This book belongs to
THE CAMPBELL COLLECTION
purchased with the aid of
The MacDonald-Stewart Foundation
and
The Canada Council

THORNTON & SON,
Booksellers,
11 The Broad,
Oxford.

CAMPBELL
COLLECTION

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/poetaelatinimino12baeh

POETAE LATINI MINORES.

RECENSUIT ET EMENDAVIT

AEMILIUS BAEHRENS.

VOLUME N I.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXIX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

EDITORIS PRAEFATIO.

Carmina latina minora in plurimis codicibus sparsim errantia ab obliuione uindicare et in unum corpus colligere, inde a saeculo XVI multi instituerunt. ex tali enim suscepto quantum lucri capturum esset litterarum Romanarum studium, non fugit sagacitatem I. I. Scaligeri, qui, cum in Appendicis Vergilianae editione a. 1573 Lugduni emissa saepiusque dehinc repetita poematia plurima cum aliunde tum ex codice nunc Vossiano L. Q. 86 petita Catalecton titulo usus adiceret, primus fundamentum qualecumque struxit. huic successit Claudius Binetus, qui ex patria bibliotheca Bellouacensi egregium codicem nunc eheu deperditum nanctus et aliis subsidiis nisus ueterum poetarum epigrammata auctiora emisit Pictauii a. 1579. quae Scaliger et Binetus certis rationibus non ducti incohauerant, ea ita ut illorum conamina longe superaret continuauit Petrus Pithoeus. is non solum paruula epigrammata, sed etiam cetera minoris ambitus poemata latina copiis instructus largis cum consilio digessit edendaque curauit Parisiis 1590 (quae editio deinde Geneuae a. 1606*) et 1619 iterum typis excusa est). et Pithoeus, nisi temporum turbulentorum iniquitate accuratiorem operam impendere prohibitus esset, multo plura quam re uera praestitit prae-

*) hac editione Burmanno [praef. ad Anth. Lat. I p. XXXV] incognita ego utor.

stare potuisset. contribuere deinde alii alia symbola, ut Barthius, Fabricius, Salmasius, Scriuerius, noua atque incognita multa promentes; nemo autem plura felicioribusque ominibus moliebatur quam Nicolaus Heinsius, qui totam fere Europam peregrinando ditissimum apparatum collegit interque alia multa codicis Salmasiani syllogam illam nobilissimam descripsit. cui si ipsi opes congestas cum cura tractare tractatasque cum orbe litterario communicare licuisset, quantum huic quoque poeseos latinae parti profuturum fuisset uiri unici ingenium!

Heinsii schedae uel sic coniecturarum bonarum plenae (de quibus alio huius operis loco pluribus dicam) in manus uenerunt Petri Burmanni senioris. hic uiae a Pithoeo monstratae non insistens in Poetas Latinos Minores, qui Leidae a. 1731 emissi duo occupant uolumina, uates nonnullos sine consilio electos et commentariis uastis instructos intrusit. maiorem prouinciae partem iam reliquam aliqua ex parte absoluendam in se suscepit P. Burmannus Secundus, gazis ab Heinsio maxime conuectis patrui beneficio usus, collegitque in Anthologia Latina, quae Amstelaedami a. 1759—73 duobus prodiit tomis, omnia epigrammata et poematia ex inscriptionibus uetustis et codicibus adhuc eruta. quem librum cum inique multi uituperent, laudabit potius atque honore dignum putabit qui summam huius incepti difficultatem perspectam habet. saepe quidem Burmannus errauit in discernendis carminum fontibus aestimandisque codicibus (quamquam hanc ob causam anteriores philologos disciplinae seueritati hodie uigenti facileque nunc consequendae nondum adsuetos uelle reprehendere, iniustum est quam maxime) ideoque poemata multa furcilla eicienda recepit; sed haec aliaque uitia compensauit et adsiduitate diligentiae, qua rudem indigestamque molem primus redegit in aliquam formam, et poeta-

rum latinorum notitia familiari, qua obscura haud pauca bene inlustrauit aut recte emendauit.

Utrumque Burmannorum opus alii deinceps docti denuo adgressi sunt. nam superiorem Burmannum excepit Io. Christianus Wernsdorfius, in sua Poetarum latinorum minorum editione octo tomos complectenti (Altenburgi a. 1780—98) et multo locupletiorem collectionem exhibens et in carminum interpretatione longe meliora praestans, ut nunc quoque huic libro sua maneat utilitas dignitasque; minus idem rem criticam prouexit, cum ab hac paene abhorreret mente neque nisi anteriorum fere copias adhiberet. iunioris autem Burmanni Anthologiam Latinam retractandam sibi sumpserunt Henricus Meyerus et Alexander Riesius, quorum ille docti Batavi opus noua distributione digessit auxitque sine ullo rei emolumento (Lipsiae 1835 duobus uoluminibus), hic primum reiectis epigrammatis monumentariis et discretis genuinis falsisque ab ipsis codicibus, quorum non paucos contulit, laudabili diligentia petiit subsidia atque ita hanc partem in meliorem statum reducendi initium quidem fecit, in aliis rebus (ut in dispositione carminum) parum felix; cuius editio Lipsiae 1869—70 duobus itidem tomis prodiit.

Sic Burmanni senioris culpa ad hunc usque diem in duas partes discissum est opus suapte natura unum indiuiduumque. nam quid aliud talis collectio sibi propositum habet quam doctorum commoditati utilitatique ita consulere, ut omnia poesis latinae monumenta ea, quae propriis editionibus non sufficiunt aut certe in multis uariisque libris communi usui non semper patentibus dispersa sunt, in unum comprehendantur? sed quod dixi 'omnia', artioribus id finibus circumscribendum est; nam de tribus carminum minorum generibus statim duo eximenda, quae anteriorum incogitantia praue admiscuit. primum enim ea poe-

mata siue poematum fragmenta, quae scriptorum latinorum operibus prosaicis sunt inserta, segreganda esse apparet, quippe quae facile illinc possint peti. unde ex. gr. Columellae librum decimum et Licentii ad Augustinum uersus a Wernsdorfio receptos nos reiecimus; idemque cadit in epigrammata multa a Burmanno Meyeroque ex Cicerone Petronio Gellio scriptoribus Historiae Augustae aliisque in Anthologiam suam inlata, cadit etiam in Quinti Ciceronis uersus astronomicos ab ipso Ausonio (teste huius codice Vossiano) non sine consilio eclogario suo inditos. haec omnia quamquam sane conducit secundum temporum ordinem sub uno quasi conspectu poni, rectius tamen in Corpus Poetarum Latinorum relegantur. porro excludendae erant inscriptiones metricae, quae et natura sua hinc satis alienae sunt et a Francisco Buechelero seorsum edentur. reliquom est igitur tertium genus, in quo omnis nostra uersatur opera, scilicet carminum in codicibus seruatorum. quodcumque ergo minoris ambitus poema siue pro se siue cum aliis similibus conexum in libris mss. extat, huic syllogae nostrae uindicandum est; et sponte sua intellegitur nihil referre, utrum illud mille an decem uersus habeat (absonum quippe hac quidem in re est inter minora et minima discrimen), sitne argumenti lyrici an astronomici, num nobilem aliquem aeui Augustei uatem an misellum quendam euanescentis antiquitatis poetastrum praeferat auctorem: id unum respiciendum est ut adsit liber omnia opuscula poetica modo adumbrata complectens facileque suppeditans. haec cum in uniuersum satis sint aperta, quaedam tamen adhuc prolixiore disputatione indigent. nam ut in uita cottidiana necesse est ut a normae tibi propositae seueritate interdum recedas teque subiungas eis quae res et utilitas flagitant, sic in hoc quoque opere, ne eius moles increscerent nimis nimisque diuersa miscerentur,

nonnulla eorum quae iure quodam secundum rationem supra expositam expectari possunt remittenda duxi. omnia igitur poesis scenicae monumenta procul habuimus; eoque id facilius fieri licuit quod et Publilio Syro post Comicorum latinorum fragmenta a Ribbeckio suus est datus locus et Octauia praetexta in calce Senecae tragoediarum poni requirique solet. uenimus ita ad quaestionem alteram de libellis sub poetarum maiorum nominibus commenticiis siue inter horum opera siue separatim traditis. in quam itidem ualent de utilitatis respectu paulo ante dicta. ueluti carminibus Tibullo false adscriptis in appendice ad huius elegias genuinas ob argumenti cognationem aliasque causas obuias semper erit locus aptissimus commodissimusque, cum contra poematum pseudouergilianorum collectio imperante fere Claudio edita, cuius particulas aliquas post uatis Mantuani opera loco sane alienissimo subiciunt, multo melius et pro se et indiuisa edatur; quapropter hanc secundus huius libri tomus exhibebit integram. ex eis autem quae Ouidii nomen ficticium gerunt adsumpsimus, ut par erat, Consolationem Liuiae et Nucem, sed spreuimus Sapphus epistulam (cuius originem uere Ouidianam fortasse serior aetas et codicum notitia meliore instructa et praeiudicatis opinionibus libera aliquando euincet, argumentis Comparettianis fundamentum substruens firmius) multoque magis ea quae causis plane dubiis nullisue poetae Sulmonensi abiudicantur. — denique quod ad poemata minora Christiana attinet, ex his procul arcenda uidebantur quaecumque ad solam historiam sacram et ad res mere ecclesiasticas spectant (ueluti de Sodoma deque Iona libelli multaque quae nuper in Anthologiam intrusa sunt), sed accersenda omnia quae aliquid momenti afferunt siue ad historiam ultimorum imperii Romani temporum inlustrandam siue ad cultus gentilis morumque ac litterarum statum tunc uigentem cogno-

scendum. quamquam in hac quoque parte est ubi certae regulae te addicere non liceat, sed iudicio atque electione sit utendum.

In ordinandis carminibus uarias iniere uias docti. et plerique quidem materiam immensam in complures diuisere partes, quarum singulae omnia ad singula poeseos genera pertinentia complecterentur; ueluti libri Wernsdorfiani tomus primus rei uenaticae auctores una cum poematis ad aucupium et piscatum spectantibus continet, et sic ceteri tomi consarcinati; parique consilio et Burmanni Anthologia instituta est. quae ratio etsi sua utilitate non est destituta (nam quid in unaquaque poeseos parte a Romanis praestitum sit commode demonstrat), nobis tamen ob causam sat grauem deserenda erat. Burmannus Secundus cum collectioni suae inderet non congruum huius naturae indolique nomen Anthologiae, non cognitum habuit partem illius haud exiguam nil esse aliud quam membra disiecta syllogae alicuius iam in ipsa antiquitate confectae. quod postquam a Frid. Duebnero agnitum et Riesii codicem Salmasianum accurate exhibentis diligentia patefactum est, primarium noui editoris officium apparet consistere in recolligendis genuinaeque formae restituendis particulis late dispersis illius syllogae, quae sola suo iure adinstar collectionis Graecae nomen meretur Anthologiae Latinae; quam reciperatam eadem qua olim procedebat specie ordineque exhiberi consentaneum est. idemque etiam in opusculis pseudouergilianis usu uenit. sic semel infracta priorum diuisione etiam aliae causae ut eam sequamur dissuadent. neque enim per singula poeseos genera, sed per singula saecula fata Dauniae Camenae persequi et uarios artis progredientis deficientisque gradus cognoscere, et uoluptatem praebet et utilitatem maiorem. itaque re diu multumque perpensitata perueni eo ut in uniuersum quidem ordinem quem uocant

chronologicum sequerer, relinquerem uero in syllogis supra dictis. quodsi in hoc primo uolumine (quo quidquid carminum minorum in codicibus seruatorum inde a Ciceronis tempore usque ad aeui Neronei initium protulit Latium continetur) Culicem tamen et Cirin aliaque desideras: hoc damnum resarcitur eo quod iam omnia pseudouergiliana tum quidem regnante Claudio simul edita tibi indiscerpta nullisque alienis commixta proprio tomo praebentur. in ceteris autem longe pluribus et posse et deberi temporis ordinem seruari facile est intellectu. at, inquit quispiam, quid tu multis illis poematiis iam reliquis facies, in quibus aetatis qua scripta sunt nec uola deprehendatur nec uestigium? sed enim horum numerus ut ualde inminuitur receptis in Anthologiam Salmasianam (sic enim interim uocare lubet) eis quae huic sunt adserenda, ita re uera pauca admodum extant carmina, de quibus non ex ipsa uersuum indole atque colore probabilem coniecturam, ad aetatem illorum quod attinet, instituat is qui longo diuturnoque usu in poesin Latinam penitus sese quasi insinuauit. nec ob pauca dubia ambiguaque relinquenda est ratio toti operi profutura.

Iam quibus auxiliis innisi hanc nouam editionem emittamus, breuiter exponendum est. equidem cum a. 1870 adulescentiae quodam feruore impetuque tam graue onus in me susciperem, non nescius eram quot labores mihi iniunxissem quantisque cum difficultatibus essem luctaturus. nam cum in paucis horum poetarum priores iustum apparatum criticum congessissent, in multo pluribus noua subsidia essent conquirenda, munus atque officium bibliothecas quam plurimas peruestigandi imponi mihi uidebam. sed quod uel ei qui unum certum scriptorem sunt edituri non semper consequuntur ut omnes eius libros mss. quotquot extant et indagent et instituta subtili aestimatione in suas classes discribant, hoc mihi in innumeris carminibus

adnitendum erat. deinde omnium poetarum Latinorum et opera et per medium aeuum fata accurate erant perscrutanda, ut quid in illis genuinum quid nostro libro uindicandum esset constaret. sic uerbi gratia poematum Ausonianorum corpus, cui ad fidem codicum recensendo nemo adhuc impendit operam, comparatis libris mss. digerere debui, ut uatis Burdigalensis peculium a bonis secernerem aduenticiis. sed hae aliaeque difficultates multae tantum afuerunt ut labefactarent consilium, ut animum mentemque mirifice instimularent. itaque postquam a. 1872—73 in Italia degimus, tempore insecuto (quoad et per facultates et per muneris academici Ienensis officia licuit) Germaniam Galliam Britanniam Belgiam Batauiam iterumque Italiae partem superiorem perquirundarum bibliothecarum causa peragrauimus. et cum *περιπλομένων ἐνιαυτῶν* plus quam mille codices manibus nostris sint triti, si quid his studiis effecerim quaeris, id adsecutus mihi uideor ut certum ubique fundamentum ad criticen tuto exercendam sit iactum. non exhaustam esse a nobis materiam totam, uix est quod moneam. nam neque omnes bibliothecas adire neque earum quas adiit nullum codicem aliquid idonei continentem praeteruidere, unius est hominis. supplebit igitur perficietque dies futurus multa eorum, quae nos incohauimus. is enim harum litterarum est progressus: ut praesens aetas patrum auorumque opes locupletauimus, ita nostras gazas olim augebunt minores. hoc secum reputent qui ipsi domi residentes nihilque parantes aliorum laboribus uti solent cum inique uituperandi lubidine neque operibus sudoris uigiliarumque plenis gratiam habent meritam. unum est quod addam. nam cautionem atque prudentiam uelim adhibeant in promendis nouis subsidiis uideantque, num digna sint luce adferantque utilitatem ueram. sic nobis ipsis multa quae per itinera inuenimus atque etiam excripsimus, ubi

uilia atque nullius pretii esse cognouimus, abicere et plerumque ne commemorare quidem potius est uisum. illam autem laboris omnis humani condicionem etiam in aliis rebus respiciant. nullus umquam codex a quoquam docto uel accuratissimo ita est conlatus ut non ei qui iterum excussit spicilegium sit relictum. equidem qui procul a me abesse scio illam disciplinae palaeographicae ignorantiam illamque neglegentiam, quam ipse castigaui alibi [Mus. Rhen. XXX p. 306 sqq.], idem nil humani a me esse alienum puto meque interdum aliquid praetermisisse certus sum, cum praesertim peregrinantes haud raro causae extra nos positae festinare cogant. nec nisi inepti stultique talia peccata reprehendent. praeterea omnes minutias uel minutissimas et ex codicibus excribere et in notis adferre, quidnam prodest? 'e' et 'ae', 'c' et 't' similiaque perpetuo in libris mss. fluctuare, quis hodie nescit? etsi igitur plane adsentior eis qui ex codicibus optimis omnes qualescumque lectiones adnotandas ducunt, tamen ne nimis rigorosi nimisque pusillae diligentiae studiosi simus iterum iterumque moneo: sunt hac quoque in re certi fines*).

Breuitati secundum huius editionis rationes necessariae ut aliis in rebus ita in praefatiunculis studui, quas singulis carminibus potius praemittere quam hic loci simul exhibere est uisum. itaque in illis ea quae de poematis alicuius auctore indoleque, de codicibus a me in usum uocatis deque anteriorum doctorum studiis editionibusque principalibus commemoranda

*) pertinet hoc etiam ad scripturae compendia uulgaria. ueluti si in Germanici editione nouissima ad Prognost. fragm. IV 18 [p. 45 Breys.] adnotatur 'ɔdit *A m*, c̄dit *P*, condit *Heinsius*', quaesiuerim ego quidnam aliud codicum compendia sibi uelint quam 'condit', quod codex Arundelianus totidem litteris praebet? talia non adferet scribendi per medium aeuum rationis gnarus.

uidebantur, adumbraui magis quam discussi, haud raro huius illiusue materiae adlicientis blandimentis aegre resistens meque ipse intra artos fines cohibens inuitum.

Quamquam de multis rebus disputandi materia restat (ut de rei orthographicae normis), tamen, ne longus fiam, unam rem in fine tangam; nam in ceteris consilium meum facile perspicient periti. uersatur autem quaestio a me tractanda in uocabulis 'es' et 'est' post uocales et 'm' positis. increbuit enim post Lachmannum auctoribus maxime Hauptio et L. Muellero [de re metr. p. 301 sqq.] mos in quacumque uersus parte scribendi ex. gr. 'diuast, illest, homost, magnumst.' hoc modo ut semper pronuntiasse, ita aliquotiens etiam scripsisse Romanos sat constat; maximeque hoc in libris sermonem familiarem praeferentibus (ut in comicorum fabulis Ciceronisque epistulis) animaduertere licet. iam apud ceteros auctores raro in uniuersum formae truncatae in codicibus deprehenduntur. in quibus ab ipsis librariis millies milliesque pleniorem formam restitutam esse, nullam habet ueri similitudinem, cum praesertim illam et carminis de bello Aegyptiaco papyri Herculanenses (cf. XIV 35) et inscriptiones multae exhibeant. quin ne in exitu quidem uersuum est quod Lachmannum [ad Lucret. p. 65 sqq.] secuti uoculas illas abbreuiemus. nam quod alias in illa uersus parte monosyllaba neque ponuntur fere neque eliduntur, id uero mitigatur sollemni pronuntiandi ratione inde profecta, quod quaedam monosyllaba uocabulis aut insequentibus aut antecedentibus ita solebant adhaerescere ut cum his quasi in unum coalescerent. quod lubet demonstrare nouo exemplo. duodecim sapientium carmina initium sumunt a monostichis de ratione tabulae sat artificiosis; singuli enim uersus constant ex senis uerbis senarum litterarum. inter quae senarum litterarum uerba ibi habentur u. 5 'aes est', 6 'si quis', 8 'pax est', 10 'ego sum', 11 'ut uere'.

et hinc ut in uocabulis ‘es’ et ‘est’ ante uocales uel ‘m’ collocatis in uita cottidiana ‘e’ euanesceret, facile euenit. flagitasse autem nonnulli uidentur ut quo modo uulgo loquebantur ita etiam scriberetur. sed tantum afuit ut id usu reciperetur, ut uel ei qui regulae aliqua ex parte obediebant (ueluti Gratius teste codice Vindobonensi) nequaquam tamen seuera cum austeritate ubique adhiberent eandem. et ex aliis quoque exemplis notum est, apud Romanos non semper congruisse inter se dicendi et scribendi rationes; cf. ex. gr. quae Fleckeisenus in annalibus suis a. 1870 p. 72 disputauit. itaque formae breuiatae, ubicumque in codicibus siue ipsae siue sub corruptelarum inuolucris latentes extant, reponantur, sed procul arceantur illis inuitis.

Morem traditum, quo in horum praemonitorum fine gratiae aguntur omnibus de scriptoris opere bene meritis, quod sequi possum laetor atque gaudeo. et cum multi docti, quos suo quemque loco commemoratos inuenies, inspiciendo codices praebendoque collationes me deuinxerint, tum duo uiri, qui quae rogaueram beniuolentissime semper semperque indefesso studio suppeditabant, ante ceteros cum lubentissima grati animi testificatione mihi sunt nominandi, Antonius Klette Ienensis, bibliothecariorum Germanorum decus ac praesidium, et G. N. du Rieu Leidensis, humanitatis exemplum rarum.

Scripsi Groningae mense Decembri a. 1878.

POETAE LATINI MINORES.

I—XV.

I.

M. TULLII CICERONIS

ARATEORUM QUAE SUPERSUNT.

Marcus Cicero Arati carmina se admodum adulescentulum in sermonem latinum uertisse ipse testatur de nat. deor. II 41, 104. uidetur autem prima iuuentute sola Phaenomena, posteriore demum tempore Diosemea quoque latine reddidisse, siquidem mense Iunio a. u. 694 ad Atticum [II 1, 11] scripsit 'prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta'. mansit huic uersioni quamquam erroribus sat grauibus laboranti suus postea honos, citantque eius uersus non ita paucos scriptores grammaticique*) latini; ex quibus Priscianus Prognosticorum exemplari adhuc utebatur.

Medio quod uocatur aeuo nil nisi idem Phaenomenon fragmentum longius quod nunc nobis suppetit reliquom erat; certe Micon Leuita (qui circa a. 850 uixit) in libello suo prosodiaco inedito tantum uersus ex illo petitos (5, 92, 147, 317) protulit; neque Seruatus Lupus (cuius locum ex epist. LXIX p. 112 ed. Antuerp. Orellius citat) plura uidetur habuisse. denique in collectionem quandam carminum astronomicorum Bedae

*) quorum opera uereor ne effectum sit ut iam multo ante codices nostros tempore grauiora uulnera textui sint inflicta. uelut quod ubique extat *circus* pro *circlus*, posterioris aetatis sapientiam (cuius uestigia habes ex. gr. apud Seruium ad Georg. III 166) redolet.

fere tempore factam duodecim Arateorum uersus (320—331) sine auctoris nomine recepti sunt; unde et in Anthologiam latinam (Meyeri 1028) et in Bedae opera illi peruenerunt: cf. quae exposui Musei Rhenani uol. 31 p. 96 sqq. et huius uoluminis carm. XI—XIII praef.*).

Phaenomenon autem fragmentum illud longius continent hi codices:

H = codex Harleianus 647 saec. IX, ob signorum imagines egregia arte factas nobilissimus, de quo dixit in archaeologiae Britannicae uol. XXVI p. 145 sqq. Ottleyus, qui miro consilio hunc librum saeculo p. Chr. n. secundo uel tertio adsignauit: cf. Wattenbach, Schriftw. i. Mittelalter p. 298 edit. sec. uersus Ciceroniani (hoc titulo in margine insigniti *Inc. Ciceronis de astronomia*) saeculo X passi sunt correctorem, qui ut nonnullos et archetypi et primae manus errores recte emendauit ita locis longe pluribus coniecturas insulsas reposuit, partim suprascriptis correcturis partim eraso pristino textu. huius codicis lectiones et coniecturas a correctore restitutas fidelissime (nisi quod hic illic in rebus leuiculis dissentiunt nouasque sordes receperunt) exhibent codices Cottonianus Tib. B. 5 saec. XI (fol. 32^b—49^b), Harleianus 2506 saec. XI (fol. 36^a—48^b), denique Vossianus L. O. 99 saec. XIII (de quo cf. L. Muellerus mus. Rhen. XX p. 142 sqq.). quos libros accuratissime a me excussos, ubi nil nisi Harleiani 647 apographa esse cognoui, abiciendos sine mora intellexi. — H ipse a. 1875 contuli; de nonnullis lectionibus dubitantem me postea firmauit E. M. Thompson Londiniensis.

*) adnotabo codicum Parisini 5543, Coloniensis 186, Harleiani 3091, Londiniensis Regii 15. B. XIX aliorumque scripturas potiores: (1—3 = 329—331) 329 'Primus adest aries' — 330 'Infelixque genu proiecto' — (4—12 = 320—328) 320 'cancri' — 326 'cornifero' Par., Harl., 'cornifera' Col., Reg. (cf. D) — 327 'locum' et 'orbem' — 328 'Exim' Par., Harl., Col.; 'Exhinc' Reg. — 'squamiferi'.

D = codex Dresdensis 183 saec. X [de quo cf. B. Bunte, Hygini Astronomica, praef. p. 11 sqq.] fol. 94ª—97ᵇ: *Incipiunt uersus Ciceronis de signis.* singulis carminis partibus praefixi tituli, ut *de Andromeda, de piscibus* ectr. hic liber plane egregius (saepe enim quid H, cum quo eundem gloriatur archetypum, a prima manu habuerit demonstrat) a me primo adhibitus est in Arateis Ciceronis. contuli a. 1876; aliquot uersus iterum mea gratia inspexit Fr. Polle Dresdensis.

Notum est diuini uirum ingenii, Hugonem Grotium, ea quae desiderantur uersibus a se factis suppleuisse. sed haec supplementa in editionibus uulgaribus obuia excribere cum ab huius operis proposito alienum sit, continebo me praemittendis ceteris Phaenomenon fragmentis aliunde cognitis, eodem modo in fine Prognosticorum reliquias exhibiturus.

I. A Ioue Musarum primordia.
[*Cic. de legg.* II 3, 7.]

II. Quem neque tempestas perimet neque longa uetustas
Interimet stinguens praeclara insignia caeli.
[*Priscian.* I *p.* 504. 17 *sq. H.*]

III. Cetera labuntur celeri caelestia motu
Cum caeloque simul noctesque diesque feruntur.
[*Cic. de nat. deor.* II 104.]

IV. Extremusque adeo duplici de cardine uertex
Dicitur esse polus.
[*Cic. ibid.* 105.]

V. Quos nostri septem soliti uocitare triones.
[*Cic. ibid.*]

VI. Ex his altera apud Graios Cynosura uocatur,
Altera dicitur esse Helice.
[*Cic. ibid.*]

VII. Hac fidunt duce nocturna Phoenices in alto.

Sed prior illa magis stellis discincta refulget
Et late prima confestim a nocte uidetur,
Haec uero parua est, sed nautis usus in hac est:
Nam cursu interiore breui conuertitur orbe.
[*Cic. ibid.* 106].

VIII. Has inter, ueluti rapido cum gurgite flumen,
Toruu' draco serpit supter superaque reuoluens
Sese conficiensque sinus e corpore flexos.
[*Cic. ibid.*, *Priscian.* II *p.* 55, 26 *sq. H.*]

VIIII. Huic non una modo caput ornans stella relucet,
Verum tempora sunt duplici fulgore notata,
E trucibusque oculis duo feruida lumina flagrant,
Atque uno mentum radianti sidere lucet;
Opstipum caput at tereti ceruice reflexum
Optutum in cauda maioris figere dicas.
[*Cic. ibid.* 107.]

X. Hoc caput hic paulum sese subito aequore condit,
Ortus ubi atque obitus partem admiscentur in unam.
[*Cic. ibid.* 108; *Hyginus Poet. Astron.* IV 3.]

XI. Attingens defessa uelut maerentis imago
Vertitur.
[*Cic. ibid.*]

XII. Engonasin uocitant, genibus quia nixa feratur.
Hic illa eximio posita est fulgore Corona.
[*Cic. ibid.*]

XIII. Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Grai.
[*Cic. ibid.* 109.]

XIIII. Huic supera duplices umeros adfixa uidetur
Stella, micans tali specie talique nitore.
[*Priscianus* II *p.* 56, 1 *sq. H.*]

XV. Hic pressu duplici palmarum continet Anguem,
Atque eius ipse manet religatus corpore tortus:

Namque uirum medium serpens sub pectore cingit.
Ille tamen nitens grauiter uestigia ponit
Atque oculos urguet pedibus pectusque Nepai.
[*Cic. ibid., u. 5 etiam Priscian.* I. *p.* 285, 4 *H.*]

XVI. Arctophylax, uulgo qui dicitur esse Bootes,
Quod quasi temoni adiunctam prae se quatit Arctum.
[*Cic. ibid.*]

XVII. Subter praecordia fixa uidetur
Stella micans radiis, Arcturus nomine claro.
[*Cic. ibid.* 110.]

XVIII. Sub pedibus profertur ..... finita Booti,
Spicum inlustre tenens, splendenti corpore uirgo.
[*Priscian.* I *p.* 247, 17 *Hertzii, cuius uidenda adnotatio*; *u.* 2 *Cic. l. l. et Seruius ad Georg.* I 111.]

XVIIII. Malebant tenui contenti uiuere cultu.
[*Lactantius instit.* V 5, 5.]

XX. Ferrea tum uero proles exorta repentest
Ausaque funestum primast fabricarier ensem
Et gustare manu uinctum domitumque iuuencum.
[*Cic. d. n. d.* II 159.]

XXI. Et Iouis in regno caelique in parte resedit.
[*Lactantius instit.* V 5, 9.]

XXII. Tertia sub cauda ad genus ipsum lumina pandit.
[*Priscian.* I *p.* 211, 1 *H.*]

XXIII. Et natos Geminos inuises sub caput Arcti.
Subiectus mediaest Cancer pedibusque tenetur
Magnu' Leo tremulam quatiens e corpore flammam.
[*Cic. d. n. d.* II 110.]

XXIIII. Hoc motu radiantis etesiae in uada ponti.
[*Cic. Orat.* § 152.]

XXV. Nauibus absumptis fluitantia quaerere aplustra.
[*Priscian.* I *p.* 351, 3 *H.*]

XXVI. Sub laeua geminorum obductus parte feretur.
Aduersum caput huic Helicae truculenta tuetur.
At Capra laeuum umerum clara optinet.
[*Cic. d. n. d.* II 110.]

XXVII. Verum haec est magno atque inlustri praedita signo,
Contra Haedi exiguum iaciunt mortalibus ignem.
[*Cic. ibid.*]

XXVIII. Corniger est ualido conixus corpore Taurus.
[*Cic. ibid.*]

XXVIIII. Has Graeci stellas Hyadas uocitare suerunt.
[*Cic. ibid.* 111.]

XXX. Iam Tauri laeuum cornu dexterque simul pes.
[*Probus de ult. syll. p.* 223, 29 *K.*]

XXXI. Namque ipse ad tergum Cynosurae uertitur Arcti
[*Cic. ibid.* 111.]

XXXII. Obscura specie stellarum Cassiepia.
Hanc autem inlustri uersatur corpore propter
Andromeda aufugiens aspectum maesta parentis.
Huic Equus ille iubam quatiens fulgore micanti
Summum contingit caput aluo, stellaque iungens
Una tenet duplices communi lumine formas,
Aeternum ex astris cupiens conectere nodum.
Exin contortis Aries cum cornibus haeret.
[*Cic. ibid.*]

E quibus hunc subter possis cognoscere fultum.
Nam caeli mediam partem terit, ut prius illae
Chelae, tum pectus qua cernitur Orionis.
Et prope conspicies paruum sub pectore claro
Andromedae signum, Deltoton dicere Grai
Quod soliti, simili quia forma littera claret:
Huic spatio ductum simili latus extat utrumque.
At non tertia pars lateris — namque est minor illis —,
Sed stellis longe densis praeclara relucet.
Inferior paulo est Aries et flamen ad Austri
Inclinatior atque etiam uehementius illi
Pisces, quorum alter paulo praelabitur ante
Et magis horrisonis Aquilonis tangitur alis.
Atque horum e caudis duplices uelut aere catenae
Discessuque diu uersae per lumina serpunt,
Atque una tandem in stella communiter haerent,
Quem ueteres soliti caelestem dicere Nodum.
Andromedae laeuo ex umero, si quaesere perges,
Adpositum poteris supra cognoscere Piscem;
E pedibus natum summo Ioue Persea uises,

12, 13 adfert Cicero de nat. deor. II 111.

---

1 hunc *Grotius*: hinc **DH** ‖ 2 Iam cęli **D** Inia cáèli (·· *m. 2*) **H**; Nam *Grotius restituit* | ille **D** ‖ 3 Chell&um **D** Cheletum **H** | qua *scripsi*: quod **DH** quoque *Grotius* ‖ 4 prole **H** *m. 1* (p *supra* l *m. 2*) | conspiciens **DH** (*in hoc* n *m. 2 suppunxit*) | claro *uulgo*: clarae **DH** ‖ 6 solita **H** *m. 1* (*ex* solitei?) ‖ 8 namque est minor **H** *m. 2*: nam onminor **H** *m. 1* nam non minor **D**; *latet aliud* ‖ 11 ille **D** ‖ 12 praelabitur **DH**, *Cic. d. n. d.*: prolabitur *Morelius* | alte (l *ex corr.*) **D** ‖ 13 horri≡sonis **H** | horriferis — auris *Cic. d. n. d.* ‖ 14 At quae *uulgo* ‖ 14 ec audis **D** | aere **H** *m. 2*: esse **DH** *m. 1* ‖ 15 Dicesquędiu diuerse per **D** Dices qu≡e diu≡≡uersae per **H** (Dices *in* Discessu *mut. m. 2*); *fortasse* Ductae, quae sua diuersae per ‖ 16 tandem *docti*: tamen **DH** | haerent **H** *m. 2*: haeret **DH** *m. 1* ‖ 17 Quam *uulgo* ‖ 18 humero **DH** *m. 2* | quaesere] qu(a)erere **DH**; *cf. Phocae ars* (*p.* 436, 5 K.): licet quaesere lectum sit apud Sallustium et Tullium ‖ 19 supera *Morelius* ‖ 20 persea uiṣses **D**: per se auis est **H**

Quos umero retinet. defixo corpore Perseus
. . . . . .
Qua summa ab regione Aquilonis flamina pulsant.
Hic dextram ad sedes intendit Cassiepiae
Diuersosque pedes uinctos talaribus aptis
Puluerulentus uti de terra elapsu' repente
In caelum uictor magno sub culmine portat.
At propter laeuum genus omnis parte locatas
Parua Vergilias tenui cum luce uidebis.
Hae septem uulgo perhibentur more uetusto
Stellae, cernuntur uero sex undique paruae.
At non interiisse putari conuenit unam,
Sed frustra temere a uulgo ratione sine ulla
Septem dicier, ut ueteres statuere poetae,
Aeterno cunctas uario qui nomine dignant,
Alcyone Meropeque, Celaeno Taygeteque,
Electra Asteropeque, simul sanctissima Maia.

---

22 Cic. ib. II 112. — 27 Probus de ult. syll. p. 223, 31 Keilii, 27 et 28 Priscianus I 214, 6 sq. Hertzii. — uerba 'Vergilias — uidebis' habet etiam Cic. d. n. d. II 112 (cf. ibi Christii adnotatio).

---

21 umero *scripsi*: umeros **H** *m. 1* humeros **DH** *m. 2* humeris *uulgo* | retinet defixo *uulgo, punctum interposui* | corrore **H** *m. 1* ‖ *lacunam unius uersus statui, quo Persea tamen currere pedibus uideri significatum esset* ‖ 22 Qua *scripsi*: Quam **D** Cum **H** Quem *Cic. d. n. d. ob conexum* | pulsant **H**, *Cic.*: pulsat **D** ‖ 23 casiepheae **D** cassiepiam **H** (m *m. 2 suppunxit*) ‖ 25 Puluerulentis **D** | elapsu *sic* **D**: elapsus **H** *m. 1* elapsa *m. 2* ‖ 26 magnū **D** magnum *man. eadem in* magno *corr.* **H** ‖ 27 Hac *et* genu *Probus* | omnis parte **DH** (s *suppunx. m. 2*), *Probus*: omni ex parte *Priscianus* ‖ 28 Parua *scripsi*: Paruas **DH** *Priscianus* ‖ 31 At *uulgo*: Ac **HD** ‖ 32 a **DH** *m. 1*: ac *m. 2* | uulgi **D** ‖ 34 uario *scripsi*: sano **DH** *m. 1* sane **H** *m. 2*; *solet Cicero in his Arateis duo adiectiua cumulare* | dignant **DH** *m. 1*: signant **H** *m. 2* ‖ 35 Alcione **D**: Altione **H** | cęleno **D** | taigeteque (i *in ras.*) **H** ‖ 36 Electa **H** *m. 1* | asteropeque **H**: staeraq; **D** | męa **D** maia (i *ex corr., fort. ex* e) **H**

Hae tenues paruo labentes lumine lucent:
At magnum nomen signi clarumque uocatur
Propterea, quod et aestatis primordia clarat
Et post hiberni praepandens temporis ortus
Admonet, ut mandent mortales semina terris.
Inde Fides posita et leuiter conuexa uidetur,
Mercurius paruus manibus quam dicitur olim
Infirmis fabricatus in alta sede locasse.
Haec genus ad laeuum Nixi delapsa resedit
Atque inter flexum genus et caput Alitis haesit.
Namque est Ales auis, lato sub tegmine caeli
Quae uolat et serpens geminis secat aëra pinnis.
Altera pars huic obscura est et luminis expers:
Altera nec paruis nec claris lucibus ardet,
Sed mediocre iacit quatiens e corpore lumen.
Haec dextram Cephei dextro pede pellere palmam
Gestit: iam uero clinata est ungula uemens
Fortis Equi propter pinnati corporis alam.
Ipse autem labens mutis Equus ille tenetur
Piscibus: huic ceruix dextra mulcetur Aquari.
Serius haec obitus terrai uisit Equi uis,
Quam gelidum ualido de pectore frigus anhelans
Corpore semifero magno Capricornus in orbe:

---

42 Cic. de nat. deor. II 112. — 45, 46 Priscianus I, p. 211, 6 sq. H. — 47 Cic. d. n. d. II 112. — 57 Priscianus I p. 285, 6 H. — 58—61 Cic. l. l., 59 etiam Priscian. I p. 211, 12 H.

---

39 clarat *Lambinus*: clar& **D** signat (sign *m. 2 in ras.*) **H** || 42 leuiter posita et conuexa **D H** posita leuiter et conuexa *codd. Cic. d. n. d.* || 44 loquasse **D** || 45 Hoc *et* nixa (*ex* nixei*?*) **D** || 46 genu≡ **D** (*m. 2 supra ras.* s *scripsit*) || 47 ales *om.* **D** || 48 et pergens *coni. Orellius* | era **H** *m. 1* | pinnis **H** *m. 1*: pennis **D H** *m. 2* || 49 opscura **H** *m. 1* || 52 dextrim **H** *m. 1* || 53 uemens **H** *m. 1*: uehemens **D H** *m. 2* || 54 Foris eque **H** *m. 1* (*num* equei*?*) | pennati **D** || 55—71 *uno folio nunc deperdito om.* **H** || 55 mutis *Turnebus*: multis **D** || 56 aquarii **D** || 57 terrai uisit equi uis *Priscianus*: terra ei; (= eius) sit equiuis **D** || 58 Tum *Cicero d. n. d.* | pectore *idem*: corpore **D**

Quem cum perpetuo uestiuit lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore currum.
Hoc caue te in pontum studeas committere mense;
Nam non longinquum spatium labere diurnum,
Non hiberna cito uoluetur curriculo nox.
Umida non sese uestris Aurora querellis
Ocius ostendet, clari praenuntia Solis;
At ualidis aequor pulsabit uiribus Auster:
Tum fessum tremulo quatietur frigore corpus.
Sed tamen insani labuntur tempore toto,
Nec ui signorum cedunt neque flamina uitant
Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
Atque etiam supero naui pelagoque uacato
Mense, Sagittipotens Solis cum sustinet orbem,
Non multo leuiora putes instare pericla,
Ante nigras cautus tenebras subducere puppim;
Nam iam tum nimis exiguo lux tempore praesto est.
Hoc signum ueniens poterunt praenoscere nautae:
Iam prope praecipitante licebit uisere nocte,
Ut sese ostendens emergit Scorpios alto,
Posteriore trahens flexum ui corporis arcum;
Sed Nepa non multum prior, at prior exit ab undis.
Iam supera cernes Arcti caput esse minoris

77, 78 Cic. d. n. d. II 113.

65 Humida **D** ‖ 66 Otius **D** ‖ 67 pulsauit **D** ‖ 68 fessum *Grotius*: fissum **D** ‖ 69 insani *temptaui*: annuam **D** anni iam *Harleiani apographa* | labantur **D** ‖ 70 Nec ui *scripsi*: Ne cui **D** Nec cui *uulgo* ‖ 71 marmore **D**; *num recte?* ‖ *post* 71 *quattuor uersus inserit Grotius* ‖ 72—93 *extant in* **H**, *sed fere euanidi; Ottleyi lectione nitor* ‖ 72 supero *Patricius*: superos **DH** *m. 1* super hoc **H** *m. 2* | uacato *idem*: uagato **DH** *m. 1* uagatur **H** *m. 2* ‖ *post* 73 *duo uersus sunt Grotii* ‖ 74 tum nimis *Lambinus*: tum minus **DH** *m. 1* cum minus **H** *m. 2* ‖ 76 nocti **D** (**H**?) ‖ 77 ostendens emergit *Cic. d. n. d.*: ostendens ostendat (-dατ' **D**) **DH** | scorpius **DH** *m. 2* | alto *Grotius*: alte **DH**, *Cic. d. n. d.* ‖ 78 plexum *Cic. d. n. d.* | ui **H**: ut **D** ‖ *post* 78 *uersus est Grotii* ‖ 79 supera *uulgo*: superiora **D** super hunc **H** *m. 2* (*de m. 1 non constat*) | arcti **D**: arti *in* arcti *corr.* **H** | capud **D**

Et magis erectum ad summum uersarier orbem.
Tum sese Orion toto iam corpore condit
Extrema prope nocte, et Cepheus conditur alte,
Lumborum tenus a palma depulsus ad umbras.
Hic missore uacans fulgens iacet una Sagitta,
Quam propter nitens pinna conuoluitur Ales:
Haec clinata magis paulo est Aquilonis ad auras.
At propter se Aquila ardenti cum corpore portat,
Igniferum mulcens tremebundis aethera pinnis,
Non nimis ingenti cum corpore, sed graue maestis
Ostendit nautis perturbans aequora signum.
Tum magni curuus Capricorni corpora propter
Delphinus iacet haut nimio lustratu' nitore,
Praeter quadruplicis stellas in fronte locatas,
Quas interuallum binas disterminat unum.
Cetera pars late tenui cum lumine serpit.
Illae, quae fulgent luces ex ore corusco,
Sunt inter partis gelidas Aquiloni' locatae
Atque inter spatium et laeti uestigia Solis.
At pars inferior Delphini fusa uidetur
Inter Solis iter, simul inter flamina uenti,
Viribus erumpit qua summi spiritus Austri.
Exinde Orion obliquo corpore nitens
Inferiora tenet truculenti corpora Tauri:

---

85 et 87 idem ibid. — 91, 92 Priscianus I p. 211, 14 sq. H. — 102 et 108 Cic. d. n. d. II 113 et 114.

---

83 palma *Morelius*: prima **DH** ‖ 84 Hinc **D** | misso reuocans **D** ‖ 85 penna **D** ‖ 86 H≡ec c≡≡clinata (*erat* declinata) **D** | a
aures **D** ‖ 87 At *in* Et *corr.* **D** ‖ 88 mulgens **D** | pennis **D** ‖ 91 corpora **DH**, *Priscianus*: cornua *Grotius* ‖ 92 haut **D**, *Priscianus*: haud **H** | lustratus **DH** (*in hoc m. 2 supra* tus *scripsit* t ante) ‖ 95 Caetera **D** | late tenui cum **D**: latetenulcum **H** *m. 1* latet et nullo cum **H** *m. 2* ‖ 97 partes **H** | aquilonis **DH** *m. 1* aquilone **H** *m. 2* | locatas **DH** *m. 1* ‖ 99 delfini **H** | fu≡sa **H**: fulsa **D**; *an* pulsa? ‖ 101 austri **H** *m. 2*: astri **H** *m. 1* a≡stri **D** ‖ 102 obliquo *ex* oblico *corr.* **D**

Quem qui suspiciens in caelum nocte serena
Late dispersum non uiderit, haud ita uero
Cetera se speret cognoscere signa potesse.
Namque pedes subter rutilo cum lumine claret
Feruidus ille Canis stellarum luce refulgens.
Huic tegit obscurus subter praecordia uenter;
Haut uero toto spirans de corpore flammam
Aestiferos ualidis erumpit flatibus ignes:
Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.
Sirion hunc Graeci praeclaro nomine dicunt.
Hic ubi se pariter cum Sole in lumina caeli
Extulit, haud patitur foliorum tegmine frustra
Suspensos animos arbusta ornata tenere.
Nam quorum stirpis tellus amplexa prehendit,
Haec augens anima uitali flamine mulcet:
At quorum nequeunt radices findere terras,
Denudat foliis ramos et cortice truncos.
Hunc propter subterque pedes, quos diximus ante,
Orioni' iacet leuipes Lepus. hic fugit, ictus
Horrificos metuens rostri tremebundus acuti.
Nam Canis infesto sequitur uestigia cursu,
Praecipitantem agitans, orientem denique ponto,
Curriculum numquam defesso corpore sedans.
At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo
Conuersam prae se portans cum lumine puppim:

125, 126; 143, 144; 150, 151 habet Cicero l. l.

104 quis **D** | suspitiens **H** || 105 audita **H** *m. 1* || 106 Cetera (C *ex corr.*) seperet (s *m. 1*) **D** Ceteras speret **H** *m. 1* || 107 claret *uulgo*: clare **DH** || 109 Huic *Orellius*: Hunc **DH** (H *in corr.* **D**) | uenter *Lambinus*: uesper **DH** || 110 Haut uero toto *scripsi*: At uero toto **D** Et uero toto **H** Nec *uulgo* || *post* 112 *uersus est Grotii* || 117 animae *coni. Wakefieldus* | flamine **D**: flamina **H** || 118 Ad **H** *m. 1* || 119 Denuda **H** *m. 1* || *post* 119 *duos uersus addit Grotius* || 121 Orionis **DH** | leuipedes **H** *m. 1* | hic fugit ictus **D**: hic eugit ictus **H** *m. 1* hic quoque rictus **H** *m. 2* || 124 orientem *docti*: oriens iam **DH** | ponto *scripsi*: paulo **DH** paulum *Morelius* || 125 Curriculo **D** | sedens **D** || 126 praelabitur *Hyginus* || 127 Conuersam *Hyginus*: Conuexam **DH**

Non aliae naues ut in alto ponere proras
Ante solent rostro Neptunia prata secantes,
Sed conuersa retro caeli se per loca portat:
Sicut, cum coeptant tutos contingere portus,
Obuertunt nauem magno cum pondere nautae,
Aduersamque trahunt optata ad litora puppim.
Sic conuersa uetus super aethera uertitur Argo,
Atque usque a prora ad celsum sine lumine malum,
A malo ad puppim clara cum luce uidetur;
Inde gubernaclum, disperso lumine fulgens,
Clari posteriora Canis uestigia condit.
Exin semotam procul in tutoque locatam
Andromedam tamen explorans fera quaesere Pistrix
Pergit et usque sitam ualidas Aquilonis ad auras
Caerula uestigat finita in partibus Austri.
Hanc Aries tegit et squamoso corpore Pisces,
Fluminis inlustri tangentem pectore ripas.
Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum
Caeli, funestum magnis cum uiribus amnem,
Quem lacrimis maestae Phaethontis saepe sorores
Sparserunt, letum maerenti uoce canentes.
Hunc Orionis sub laeua cernere planta

126—138 (omissis 130, 135, 136) habet Hyginus fab. XIV p. 49, 50 ed. M. Schmidt.

---

128 ponere *Hyginus*: pondere **DH** ‖ 129 rostris *Hyginus* ‖ 130 conuexa **DH** | se per **H**: semper **D** ‖ 131 Sicut *Hyginus*: Sicuti **DH** | portos **H** *m. 1* ‖ 133 Auersamque *coni. Grotius* | obtata **H** *m. 1* | littora **DH** *m. 1* (*prior* t *m. 2 suppuncta*) | pupim **D** ‖ 134 labitur *Hyginus* ‖ 135 usque a prora **D**: usque prora **H** | ad celsum **D**: ad caelisum **H** ‖ 136 pupim **D** ‖ 137 gub. tendens a puppe uolante *Hyginus* ‖ 138 Clara **D** | condit **D**: candet **H** tangit *Hyginus* ‖ 140 quaesere *Morelius*: quaerere **DH**. ‖ 141 aures **H** *m. 1* ‖ 143 aries **D**: aues **H** *m. 1* (t *supra* a *scr. et* e *in* i *mut. m. 2*) | tagit *coni. Schoemannus* ‖ 144 inlustri *Cic. d. n. d.*: illustri **DH** *m. 2* lustri **H** *m. 1* inlustris *coni. Orellius* | pectore *Heinsius*: corpore **DH** *Cic. d. n. d.* ‖ 145 cernens **D** ‖ 147 phoetontis **D** ‖ 148 laetum **D**

Serpentem poteris proceraque Vincla uidebis,
Quae retinent Pisces, caudarum a parte locata
Flumine mixta retro ad Pistricis terga reuerti.
Hac una stella nectuntur, quam iacit ex se
Pistricis spina eualida cum luce refulgens.
Exinde exiguae tenui cum lumine multae
Inter Pistricem fusae sparsaeque uidentur
Atque Gubernaclum stellae, quas contegit omnis
Formidans acrem morsum Lepus: his neque nomen
Nec formam ueteres certam statuisse uidentur.
Nam quas sideribus claris natura poliuit
Et uario pinxit distinguens lumine formas,
Has ille astrorum custos ratione notauit
Signaque dignauit caelestia nomine uero:
Has autem, quae sunt paruo cum lumine fusae,
Consimilis speciei stellas parilique nitore,
Non potuit nobis nota clarare figura.
Exinde australem soliti quem dicere Piscem
Voluitur inferior Capricorno uersus ad Austrum,
Pistricem obseruans, procul illis Piscibus haerens.
Et prope conspicies, expertis nominis omnis,
Inter Pistricem et Piscem quem diximus Austri
Stellas, sub pedibus stratas radiantis Aquari.

---

151 retinens **DH** *m. 1* | a *Cicero d. n. d.*: *om.* **DH** ‖ 153 Hac *scripsi*: Hanc **DH** *m. 1* Haec **H** *m. 2* ‖ 154 spinae ualida **DH**, *corr. Grotius* ‖ 156 sparsa quae **H** ‖ 157 contigit **DH** *m. 1* ‖ 158 acrem **H** *m. 2*: acram **H** *m.* 1 aerem **D** | morsũ≡lepes **D** morsulepus **H** ‖ 160 quas (s *m. 2 corr.* [*ex* e?]) **H**: neque **D** ‖ 161 Distingens **D** ‖ 162 Has (s *m. 2 in ras.*) **H**: Il a (*haec ex corr.*) et **D**; *fortasse* Certa | ille **DH**, *sed ut in hoc* e *m. 2 in ras. scripserit* | notauit, o *m. 2 in ras.* **H** ‖ 163 dignauit **D**: signauit (s *m. 2 in ras.*) **H** ‖ 164 fusae **D**: uel quae (l quae *m. 2 in ras.*) **H** uersae *coni. Ottley* ‖ 165 Consimiles **H** *m. 2* Consimili *uulgo* | speciei (*uel* specii) *genetiuum restitui*: specie≡ (*alt.* e *in ras. m. 2*) **H** specie **D** ‖ 166 nata **D** | clarere **D** ‖ 167 discere **D** ‖ 169 opseruans **H** *m. 1* ‖ 170 At *uulgo* | conspicie≡s (*eras.* n) **D** | expertes **H** *m. 2* ‖ 172 aquarii **D**

Propter Aquarius obscurum dextra rigat amnem,
Exiguo qui stellarum candore nitescit.
E multis tamen his duo late lumina fulgent:
Unum sub magnis pedibus cernetur Aquari;
Quod superest, gelido delapsum flumine fontis,
Spinigeram supter caudam Pistricis adhaesit.
Hae tenues stellae perhibentur nomine Aquai.
Hic aliae uolitant paruo cum lumine clarae
Atque priora pedum subeunt uestigia magni
Arcitenentis et obscurae sine nomine cedunt.
Inde Nepae cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri,
Exiguo superum quae lumina tempore tranat:
Nam procul Arcturo est aduersa parte locata.
Arcturo magnum spatium supero dedit orbe
Iuppiter; huic paruum inferiore in parte locauit.
Hac tamen aeterno inuisens loca curriculo nox
Signa dedit nautis, cuncti quae noscere possent,
Conmiserans hominum metuendos undique casus.
Nam cum fulgentem cernes sine nubibus atris
Aram sub media caeli regione locatam,
A summa parte obscura caligine tectam,
Tum ualidis fugito deuitans uiribus Austrum,

183, 84 Cic. d. n. d. II 114.

---

173 amne **D** ‖ 175 lumine **D** ‖ 176 magni *Aldus* | aquarii **D** ‖ 178 supter **H** *m. 1*: subter **DH** *m. 2* ‖ 179 tenuaestelle **D** | aquai *Morelius:* aquarii **D** aquari **H** ‖ 181 priora (a *ex corr.*) **H**: priore **D** | subeunt **D**: subsunt **H** ‖ 182 Artitenentis **D** Arquitenentis (ci *m. rec. suprascr.*) **H** | obscurae (b *ex corr.*) **H** | caedunt **D** ‖ 183 nepe **H** ‖ 184 permulget **D** ‖ 185 lumine tempora **DH** | tranant **D** ‖ 186 procul **H**: prope **D** | aduersa de parte **DH**; e parte *coni. Orellius; fort.* aduersa est de parte | locatū **D** ‖ 187 spatium supero **H**: spatiumq; super **D** spatio supera *Lambinus* | orbe≡ **H**: orbem **D** ‖ 188 inferiore≡≡ (e *alt. ex corr.*) **H** ‖ 189 Hac *scripsi*: Hic **DH** Haec *Morelius* | *fort.* aeterna ‖ 191 Conmis. **H**: Cōmis. **D** ‖ 194 obscura, b *ex* p *corr.* **H**

Quem si prospiciens uitaueris, omnia caute
Armamenta locans tuto labere per undas,
Sin grauis inciderit uehementi flamine uentus,
Perfringet celsos defixo robore malos,
Ut res nulla feras possit mulcere procellas,
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Coeperit et subitis auris diduxerit Ara.
Sin umeros medio in caelo Centaurus habebit,
Ipseque caerulea contectus nube feretur,
Atque Aram tenui caligans uestiet umbra,
A signorum obitu uis est metuenda Fauoni.
Ille autem Centaurus in alta sede locatus,
Qua sese clare conlucens Scorpios infert,
Hunc subter partem perportans ipse uirilem,
Cedit, equi partis properans subiungere Chelis.
Hic dextram porgens, quadripes qua uasta tenetur,
Quam nemo certo donauit nomine Graium,
Tendit et inlustrem truculentus cedit ad Aram.
Hic sese infernis e partibus erigit Hydra,
Praecipiti lapsu flexo cum corpore serpens.
Haec, caput atque oculos torquens ad terga Nepai,
Conuexoque sinu subiens inferna Leonis,
Centaurum leui contingit lubrica cauda,

210, 11 et 213, 14 Cic. d. n. d. II 114.

---

197 labore per undans **D** ‖ 199 Perstringet **D** ‖ 200 posset **D** ‖ 202 sub≡itis (*eras.* d) **H** | deduxerit **D** ‖ 203 Sin umeros **H** *m. 1* (humeros *m. 2*); Sinumeros **D** ‖ 205 aram *m. 2 ex* arma *corr.* **H** | uestigiet **H**, *corr. m. 2* ‖ 206 A (*siue* Ab) *scripsi*: At **DH** | obitu **DH**: Ad — obitum *uulgo* ‖ 208 Qua≡ (*eras.* e) **H** | scorpios **H**: scorpius **D** ‖ 209 Hunc *Orellius*: ≡a≡c **H** Haec **D** | perportans *scripsi*: perpotans **DH** *m. 1* preportans **H** *m. 2* ‖ 210 properans subiungere *Cic. d. n. d.*: properat coniungere **DH** ‖ 211 quadripes **H**: quadrupes **D** ‖ 213 illust. **D** | cedit **DH**: caedit *uulgo* | aram, am *in ras. m. 2* **H** ‖ 214 infernis, s *e corr. m. 2* **H** | idra **H** ydra **D** ‖ 215 flexu **D** | qum **H** *m. 1* ‖ 216 atoculos (q; *m. 2 suprascr.*) **D** | ad terga **H** *m. 2*: aterga **DH** *m. 1* ‖ 218 leni *uulgo*

In medioque sinu fulgens Cratera relucet;
Extremam nitens plumato corpore Coruus
Rostro tundit; et hic Geminis est ille sub ipsis
Antecanem, Graio Procyon qui nomine fertur.
Haec sunt, quae uisens nocturno tempore signa
Aeternumque uolens mundi pernoscere motum
Legitimo cernes caelum lustrantia cursu.
Nam, quae per bis sex signorum labier orbem
Quinque solent stellae, simili ratione notari
Non possunt, quia quae faciunt uestigia cursu
Non eodem semper spatio protrita feruntur.
Sic malunt errare uagae per nubila caeli
Atque suos uario motu metirier orbes.
Haec faciunt magnos longinqui temporis annos,
Cum redeunt ad idem caeli sub tegmine signum;
Quarum ego nunc nequeo tortos euoluere cursus:
Verum haec, quae semper certo uoluuntur in orbe
Fixa, simul magnos edemus gentibus orbes.
Quattuor, aeterno lustrantes lumine mundum,
Orbes stelligeri portantes signa feruntur,
Amplexi terras caeli sub tegmine fulti.
E quibus annorum uolitantia lumina nosces,
Quae densis distincta licebit cernere signis.
Tam magnos orbis magno cum lumine latos,
Vinctos inter se et nodis caelestibus aptos,

---

219 cretera **H** *m. 1* ‖ 220 Extremam *Cic. d. n. d*: Extrema **DH** ‖ 221 tundit **D**: tondit **H** ‖ 222 Antecanis *Lambinus* | procion **D** ‖ 224, 25 *inuerso ordine habent* **DH**, *sic collocauit Lambinus* ‖ 224 uolens **D**: uoles **H** | motu **D** ‖ 225 cernens **DH** (*in hoc* n *alt. m. 2 suppunx.*) | c(a)eli **DH**, *corr. Morelius* ‖ 226 sex, s *m. 2* **H** | orbem (m *m. 2*) **H**: orbe **D** ‖ 228 quia **D**: qui (i *et* a *m. 2*) **H** | faciunt *ex* facia *corr.* **D** ‖ 229 eodem *uulgo*: eadem **DH** | spacio **D** | feruntur *uulgo*: teruntur **DH** ‖ 231 suos **H** *m. 2*: suo **DH** *m. 1* | motu *ex* mutu **D** ‖ 232 Haec **D**: Hae **H** ‖ 234 Quarum *Grotius*: Quare **DH** | nunc≡neq; ot'tuos (= tortuos) **D** ‖ 235 uoluuntur *uulgo*: euoluuntur **DH** ‖ 242 Tam *Orellius*: Tum **DH** orbis **D**: orbes **H**

Atque pari spatio duo cernes esse duobus.
At si nocturno conuisens tempore caelum,
Cum neque caligans deterget sidera nubes
Nec pleno stellas superat cum lumine Luna,
Vidisti magnum candentem serpere circlum:
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.
Is non perpetuum detexens conficit orbem:
Quattuor huic simili nitentes mole feruntur:
Sed spatio multum supereis praestare duobus
Dicitur et late caeli lustrare cauernas.
Quorum alter tangens Aquilonis uertitur auras,
Ora petens Geminorum inlustria: tum genus ardens
In sese retinens Aurigae portat utrumque.
Hunc soera laeua Perseus umeroque sinistro
Tangit: at Andromeda hic dextra de parte tenetur,
Cui manus ad Boream, cubitus cui spectat ad Austrum,
Imponitque pedes duplices Equus: et simul Ales
Ponit auis caput et clinato corpore tergum
Anguitenens umeris conititur; illa recedens
Austrum consequitur deuitans corpore Virgo.
At uero totum spatium conuestiet orbis
Magnu' Leo et claro conlucens lumine Cancer,
In quo consistens conuertit curriculum Sol

---

245 At **D**: Ac **H** | nocturno conuises **D** noctur conuises **H** *m. 1* nocturno inuises **H** *m. 2* || 246 deterget *ego*: detergit **DH** detersit *uulgo* || 247 superat cum *scripsi*: superaret **DH** superauit *uulgo* || 248 cadentem **D** *m. 1* | circlum *scripsi*: circum **O** || 250 Is *ex corr. m. 2* **H** || *post* 251 *uersus est Grotii* || 251 supereis *ego*, superis *Lambinus*: superes **H** *m. 1* (superans *m. 2*) superos **D** || 252 lacte **D** || 253 tangens **D**: *om.* **H** | uertitur **DH** *m. 1*: se uergit ad **H** *m. 2* || 254 illustratū **D** || 255 *post* retinens *aliquot litt. eras. in* **D** | aurigae *uulgo*: auriga **D** aurigā (*uirgula a m. 2*?) **H** || 256 soera *ego* sura *Lambinus*: supera **DH** | humeroque **DH** || 257 Tendit **H** *m. 2* | ad andromedan (-dā **D**) **DH**, *corr. Grotius* || *post* 257 *uersus est Grotii* || 258 et *om.* **H** *m. 1* || 259 capud **D** || 260 humeris **DH** | illa **D**: ille **H** || 262 At **D**: Ut **H** | conuestiet *Grotius*: conuertit et **D** conuestit et **H** *m. 1* (conuerterit *m. 2*) || 263 Magnus **DH**

Aestiuos, medio distinguens corpore cursus.
Hic totus medius circlo disiungitur; iste
Pectoribus ualidis atque aluo possidet orbem.
Hunc octo in partis diuisum noscere circlum
Si potes, inuenies supero conuertier orbe
Quinque pari spatio, partis tris esse relictas,
Tempore nocturno quas uis inferna frequentat.
. . . . . .
Alter ab infernis Austri conuertitur auris.
Distribuens medium subter secat his Capricornum,
Atque pedes gelidum riuum fundentis Aquari,
Caeruleamque ferae caudam Pistricis et illum
Fulgentem Leporem, inde pedes Canis, et simul amplam
Argolicam retinet claro cum lumine Nauem:
Tergaque Centauri atque Nepai portat acumen:
Inde Sagittari defixum possidet arcum.
Hunc, a clarisonis auris Aquilonis ad Austrum
Cedens, postremum tangit rota feruida Solis:
Exinde *in* superas brumali tempore flexus
Se recipit sedes: huic orbi quinque tributae
Nocturnae partes, supera tres luce dicantur.
Hosce inter mediam partem retinere uidetur
Tantus, quantus erit, conlucens Lacteus orbis,
In quo autumnali atque iterum sol lumine uerno

---

265 Aestiuos **D**: Aestiuus **H** ‖ 266 circlo *scripsi*: circo **DH** | disiung. **H**: diiung. **D** | iste *Grotius*: ipse **DH** (*supra* e *m. 2* **D** *scr.* o) ‖ 268 part≡es **H** | diuersum **DH** (*in* **D** *m. 2* i *supra* er *scr.*); *ex* diueisum? | circlum *scripsi*: circum **DH** ‖ 270 spacio **D** | partis tris. *utraque* s *m. 2* **H** ‖ 271 quos **D** ‖ *inter* 271 *et* 272 *in* **DH** *cohaerentes lacunam agnouit Grotius* ‖ *post* 272 **DH** *addunt*: Arcitenens (Arquit. **H**) humeris conititur (conn. **H** *m 1* quo nit. **H** *m. 2*) illa (ille **H** *m. 2*) recedens = 260 ‖ 274 aquarii **DH** ‖ 275 Caeruleaeque **DH**, *corr. Grotius* | ferae **D**: feram **H** ‖ 276 ampl≡am **H** ‖ 277 Argoam *coni. Grotius* ‖ 279 sagitarii **H** sagittarii **D** | defixum **D**: deflexum **H** | posidet **H** *m. 1* ‖ 281 Sedens **D** ‖ 282 in *om.* **DH** | flexus *Morelius*: flexu **DH** ‖ 283 sedeṇs **D** ‖ 285 Hosque **D** | medium **D** ‖ 286 erit *uulgo*: erat **DH** ‖ 287 uerno *uulgo*: uero **DH**

Exaequat spatium lucis cum tempore noctis.
Hunc retinens Aries sublucet corpore toto,
Atque genu flexo Taurus conititur ingens;
Orion claro contingens pectore fertur;
Hydra tenet flexu; Cratera et Coruus adhaeret:
Et paucae e Chelis stellae; simul Anguitenentis
Sunt genua et summi Iouis Ales nuntius instat:
Propter Equus capite et ceruicum lumine tangit.
Hosce aequo spatio deuinctos sustinet axis,
Per medios summo caeli de uertice tranans.
Ille autem claro quartus cum lumine circlus
Partibus extremis extremos continet orbis,
Et simul a medio media de parte secatur,
Atque oblicus in his nitens cum lumine fertur:
Ut nemo, cui sancta manu doctissima Pallas
Sollertem ipsa dedit fabricae rationibus artem,
Tam tornare cate contortos possiet orbis,
Quam sunt in caelo diuino numine flexi,
Terram cingentes, ornantes lumine mundum,
Culmine transuerso retinentes sidera fulta.
Quattuor hi motu cuncti uoluuntur eodem.
Sed tantum supera terras semper tenet ille
Curriculum, oblique inplexus tribus orbibus unus,

---

289 subducet **DH** *m. 1. corr.* **H** *m. 2* | totus *uulgo* ‖ 290 connititur **H** ‖ 291 pectore *Morelius*: corpore **DH** ‖ 292 Ydra **D** | cratera et *Grotius*: crateram **DH** ‖ 293 paucae e *Grotius*: paucae **H** pauca e **D** | angitenentis **D** ‖ 295 *ante* equus *rasura unius litt.* **H** | ceruicum *uulgo*: ceruicem **DH** *m. 1* (ceruicis *m. 2*) ‖ 296 Hosce, e *ex corr.* **H** | deiunctos *Turnebus* (*potius* diiunctos) ‖ 297 uertice, ue *ex corr.* **H** | circus **DH**, *correxi* ‖ 299 orbis **D**: orbes **H** ‖ 300 se≡catur (c *ex corr.*) **H** ‖ 301 oblicus **H**: obliquus **D** | fertur *om.* **D** ‖ 302 s≡ancta **H** ‖ 303 Solertem **D** | fabricae **DH** *m. 1*: fabricis **H** *m. 2* ‖ 304 tornareca contortos **D** | possiet *uulgo*: possidet **D** posceret **H** | orbes **H** ‖ 305 numine *Aldus*: lumine **DH** ‖ 307 sidera *ex* sidere *corr.* **D** ‖ 308 motus **D** motus **H** ‖ 309 superat terras **D** superat erras **H** *m. 1* (supra terras *m. 2*) ‖ 310 implexus *Lemaire*: inflexus **DH** | tribib; unus **D**

Quantum est diuisus Cancer spatio a Capricorno;
At supter terras spatium par esse necesse est:
Et quantos radios iacimus de lumine nostro,
Quis hunc conuexum caeli contingimus orbem,
Sex tantae poterunt sub eum succedere partes,
Bina pari spatio caelestia signa tenentes.
Zodiacum hunc Graeci uocitant nostrique Latini
Orbem signiferum perhibebunt nomine uero;
Nam gerit hic uoluens bis sex ardentia signa.
Aestifer est, pandens feruentia sidera, Cancer.
Hunc subter fulgens cedit uis torua Leonis,
Quem rutilo sequitur conlucens corpore Virgo.
Exin proiectae claro cum lumine Chelae;
Ipsaque consequitur lucens uis magna Nepai.
Inde Sagittipotens dextra flexum tenet arcum:
Post hunc ore fero Capricornus uadere pergit:
Umidus inde loci conlucet Aquarius orbe.
Exim squamigeri serpentes ludere Pisces:
Quis comes est Aries, obscuro lumine labens,
Inflexusque genus proiecto corpore Taurus,
Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem.
Haec Sol aeterno conuestit lumine lustrans,
Annua conficiens uertenti tempora cursu.
Hic quantum terris conuexus pellitur orbis,
Tantum se pandens supera mortalibu' cedit.

---

311 Quanto *uulgo* ‖ 312 supter **H** *m. 1*: subter **DH** *m. 2* | par≡ **H** ‖ 314 conuexum (ue *ex corr., ut uid.*) **D**: connixum **H** ‖ 321 caedit **DH** ‖ 323 proiectae **D**: prolectae **H** ‖ 326 cornifero **D** ‖ 327 Humidus **DH** | orbe *uulgo*: orbem **DH** ‖ 328 Exim **H** *m. 1*: Exin **DH** *m. 2* | squamiferi **DH** | certantes *coni. Wakefieldus*, pergunt eludere *Orellius* ‖ 329 est **DH** *m. 2*: et **H** *m. 1* ‖ 330 Inflexoque **DH**, *corr. Burmannus* | genus *scripsi*: genu≡ **H** genu **D** | proiecto **D**: prolecto **H** ‖ 332 *post* sol *et in* **H** *et in* **D** *unius litt. ras.* | conuertit **D** ‖ 333 uertentia tempora cursu (*sic*) **DH**; uertenti *Grotius* ‖ 334 quantus terris consectus **DH**, *corr. Morelius* ‖ 335 Tantundem pandens **DH**, *correxi*; Tantundem ille patens *uulgo* | mortalibus edit **DH**, *corr. Orellius*; exit *coni. Grotius*

Sex omni semper cedunt labentia nocte,
Tot caelum rursus fugientia signa reuisunt.
Hoc spatium tranans caecis nox conficit umbris,
Quod supera terras prima de nocte relictum
Signifero ex orbi sex signorum ordine fultum est.
Quod si Solis aues certos cognoscere cursus,
Ortus signorum nocturno tempore uises:
Nam semper signum exoriens Titan trahit unum.
Sin autem officiens signis mons obstruet altus,
Aut adiment lucem caeca caligine nubes,
Certas ipse notas caeli de tegmine sumens
Ortus atque obitus omnes cognoscere possis.
Quae simul existant, cernes; quae tempore eodem
Praecipitent obitum nocturno tempore nosces.
Nam, simul ac primum supero se lumine Cancer
Extulit, extemplo cedit delapsa Corona,
Et loca conuisit cauda tenus infera Piscis.
Dimidiam retinet stellis distincta Corona
Partem etiam supera, atque alia de parte repulsa est:
Quam tamen insequitur Piscis, nec totus ad umbras
Tractus, sed supero contectus corpore cedit.
Atque umeros usque a genibus clarumque recondit
Anguitenens ualidis magnum a ceruicibus Anguem.
Iam uero Arctophylax non aequa parte secatur;
Nam breuior clara caeli de parte uidetur,
Amplior infernas depulsus possidet umbras.
Quattuor hic obiens secum deducere signa
Signifero solet ex orbi; tum serius ipse,

---

336 omni *uulgo*: omnes **H** oms **D** || 338 Huc *et* confugit **D** || 339 super ad terras **H** *m. 2* | relictum est **DH**; est *del. Grotius*, *ego in uersum inferiorem reieci* || 340 orbi sex **H**: orbis (s *a m. 2 add.?*) sex **D** orbist et *Grotius* | fultum **DH**; *huc* est *reuocaui* || 341—371 *om.* **H** || 341 certos *uulgo*: tretros **D** | cursu **D** || 343 tytan **D** || 346 sumes **D**, *corr. Lambinus* || 350 primum *nescioquis*: primo **D** || 351 extimplo cędit **D** || 355 Quam *Harleiani apographa*: Cum **D** || 356 Tactus **D**, Iactus *Harl. apogr.* || 357 humeros **D** || 359 arcto filax **D** || 363 Signiferoș **D** | ille *uulgo*

Cum supera sese satiauit luce, recedit,
Post mediam labens claro cum corpore noctem.
Haec obscura tenens conuestit sidera tellus:
At parte ex alia claris cum lucibus enat
Orion, umeris et lato pectore fulgens,
Et dextra retinens non cassum luminis ensem.
Sed cum de terris uis est patefacta Leonis,
Omnia, quae Cancer praeclaro detulit ortu,
Cedunt obscurata, simul uis magna Aquilai
Pellitur, adflexo considens corpore Nixus
Iam supero ferme depulsus lumine cedit:
Sed laeuum genus atque inlustrem linquit in alto
Plantam. tum contra exoritur clarum caput Hydrae
Et Lepus et Procyon, qui sese feruidus infert
Ante Canem: inde Canis uestigia prima uidentur.
Non pauca e caelo depellens signa, repente
Exoritur pandens inlustria lumina Virgo.
Cedit clara Fides Cyllenia, mergitur unda
Delphinus, simul obtegitur depulsa Sagitta,
Atque Auis ad summam caudam primasque recedit
Pinnas et magnus pariter delabitur Amnis.
Hic Ecus a capite et longa ceruice latescit:
Longius exoritur iam claro corpore Serpens
Crateraque tenus lucet mortalibus Hydra.
Inde pedes Canis ostendit iam posteriores,
Et post ipse trahit claro cum lumine puppim:

---

366 conuertit **D** | telus **D** *m. 1* ‖ *post* 366 *u.* 353 *repetitur in* **D** *et Harl. apogr.* ‖ 367 errat *uulgo* ‖ 368 hum. **D** ‖ 369 casum **D** ‖ 370 cum terribilis uis *coni. Orellius* ‖ 371 praeclara detullit **D** ‖ 372 Cedent **D** ‖ 373 Pelli≡tur≡ **H** | adflexo *scripsi*: ad flexu **D** delexo (*om.* ac) **H** ac flexo *uulgo* | confidens **DH** ‖ 375 ill. **D** | linquit, l *a m. 2 add.* **H** | altum *uulgo* ‖ 376 Plantāṁtum (*corr. m. 2*) **H** | capudydrae **D** ‖ 377 procion **DH** ‖ 378 deinde **DH** ‖ 380 pandens inl. **H**: candens ill. **D** ‖ 381 fide≡ scyllenia **D** ‖ 383 at **H** ‖ 384 pennas **H** *m. 2* ‖ 385 ecus **H** *m. 1*: equus **DH** *m. 2* ‖ 387 Creteraque **H** *m. 1* | ydra **D** hidra **H** ‖ 388 Inpedes **D** ‖ 389 ipsa **D** | pupim **D**

Insequitur labens per caeli lumina Nauis,
Et, cum iam toto processit corpore Virgo,
Haec medium ostendit radiato stipite malum.
At cum procedunt obscuro corpore Chelae,
Existet pariter larga cum luce Bootes,
Cuius in aduersa est Arcturus corpore fixus,
Totaque iam supera fulgens prolabitur Argo:
Hydraque, quod late caelo disparsa tenetur,
Nondum tota patet, nam caudam contegit umbra.
Anguitenens autem renouata luce refulget.
Iam dextrum genus et decoratam lumine suram
Erigit ille uacans uulgato nomine Nixus,
Qui Fidis Arcadicae semper confinia tangit:
Quem nocte extinctum atque exortum uidimus una,
Persaepe ut paruum tranans geminauerit orbem.
Hic genus et suram cum Chelis erigit alte;
Ipse autem praeceps obscura nocte tenetur,
Dum Nepa et Arcitenens inuisant lumina caeli:
Nam secum medium pandet Nepa, tollere uero
In caelum totum exoriens conabitur Arcus.
Hic tribus elatus cum signis corpore toto
Lucet; at exoritur media de parte Corona,
Caudaque Centauri extremo candore refulget.
Hic se iam totum caecas Equus abdit in umbras,
Quem rutila fulgens pluma praeteruolat Ales.
Occidit Andromedae clarum caput et fera Pistrix
Labitur, horribilis epulas funesta requirens.
Hanc contra Cepheus non cessat tendere palmas:
Illa usque ad spinam mergens se caerula condit.

---

394 Existet **DH** *m. 1*: Existit **H** *m. 2* ‖ 395 aduersa **D**: aduerso **H** aduersum *uulgo* ‖ 397 Hidraque **H** | bis s parsa **D** disp e arsa **H** ‖ 398 patet *Turnebus*: latet **DH** ‖ *post* 398 *et* 400 *uersus sunt Grotii* ‖ 400 uagans **DH**, *corr. Patricius* ‖ 401 atque exortum *om.* **D** ‖ 402 Presępe **D** ‖ 404 altę **D** ‖ 405 nempe arcitenens **D** nepae tarquitenens **H** *m. 1* (nepa et arq. *m. 2*) ‖ 413 caput **D**: *om.* **H** ‖ 414 orribilis **D** | funestra **D** funest≡a **H** ‖ 415 cępheus **D**

At Cepheus caput atque umeros palmasque reclinat.
Cum uero uis est uehemens exorta Nepai,
Late fusa uolat: *in terras labitur unda,*
Orionque metu perculsus conditur una.
Pace huius liceat causam explicuisse timoris,
Virgo, tua: mihi quaeso ueni placata, Diana.
Haec fama est hominum, haec per terras fama uagatur:
Ut quondam Orion manibus uiolasse Dianam
Dicitur, excelsis errans in collibus amens,
Quos tenet Aegaeo defixa in gurgite Chius,
Bacchica quam uiridi conuestit tegmine uitis.
Ille feras uaecors amenti corde necabat,
Oenopionis auens epulas ornare nitentis.
At uero, pedibus subito percussa Dianae,
Insula discessit disiectaque saxa reuellens
Perculit et caecas lustrauit luce lacunas:
E quibus ingenti existit cum corpore prae se
Scorpios infestus praeportans flebile acumen.
Hic ualido cupide uenantem perculit ictu,
Mortiferum in uenas figens per uulnera uirus:
Ille graui moriens constrauit corpore terram.
Qua re cum magnis sese Nepa lucibus effert,
Orion fugiens commendat corpora terris.
Tum uero fugit Andromeda et Neptunia Pistrix
Tota latet: cedit conuerso corpore Cepheus,
Extremas medio contingens corpore terras.

---

417 capud **D** | humeros **DH** *m. 2* ‖ 419 uolat per terras **DH** (uolans **H** *m. 2*), *mediis uersibus omissis* ‖ 422 aeg≡eo **H** egeo **D** | defixa in **D**: defixa (*om.* in) **H** *m. 1* (defixos *m. 2*) ‖ 423 Bacchica *Lambinus*: Brachia **DH** | quam **DH** *m. 1*: quae **H** *m. 2* | uatis **D** ‖ 424 uaecors **H**: uecors **D** | amanti **D** ‖ 425 habens **H** *m. 2* ‖ 426 percussa **H** *m. 1*: perculsa **DH** *m. 2* ‖ 427 reuellins **H** *m. 1* ‖ 428 lacu≡nas **D** ‖ 429 E≡ **D** | cum **D** *m. 2*: in **D** *m. 1*, *om.* **H** ‖ 430 Scorpius **D** | infestus *uulgo*: infesta **DH** infesto *Orellius* ‖ 431 cupide **D** ‖ 432 Mortiferū (ū *m. 2 corr.*) **D** | fi≡gens (*eras.* n) **D**: fundens (nd *m. 2 corr.*) **H** | uiros **H** *m. 1* ‖ 435 corpora, a *m. 2* **H** ‖ 436 fuit **H** *m. 1*

Hic caput et superas potis est demergere partes:
Infera lumborum numquam conuestiet umbra.
Nam retinent Arctoe, lustrantes lumine suras.
Labitur illa simul, gnatam lacrimosa requirens,
Cassiepia, neque ex caelo depulsa decore
Fertur: nam uerso contingens uertice primum
Terras, post umeris euersa sede refertur.
Hanc illi tribuunt poenam Nereides almae,
Cum quibus, ut perhibent, ausa est contendere forma.
Haec obit inclinata: at pars exorta Coronaest
Altera, cum caudaque omnis iam panditur Hydra.
At caput et totum sese Centaurus opacis
Eripit ec tenebris, linquens uestigia parua
Antepedum contecta, simul cum lumine pandit
Ipse feram dextra tenet . . . . . .
. . . . . prolabitur inde
Anguitenens capite et manibus: profert simul Anguis
Iam caput et summum flexo de corpore lumen.
Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus,
Aluum, crura, umeros simul et praecordia lustrans,
Et dextra radios laeto cum lumine iactans.
Inde Sagittipotens superas quom uisere luces
Institit, emergit Nixi caput, et simul effert
Sese clara Fides et promit pectore Cepheus.
Feruidus ille Canis toto cum corpore cedit;

---

439 capud **D** ‖ 440 umbra☰ **H** ‖ 441 arctoy **D** ‖ suras *Victorius*: summo **DH** ‖ 443 Casiephea **D** ‖ 444 uerso *Victorius*: uero **DH** | contin☰☰gens **H** ‖ 445 humeris **DH** *m. 2* ‖ 447 Qum **H** *m. 1* | est *supra lin. m. 2* **H** ‖ 448 Hae **H** *m. 1* | coronaest *ego*: corona est **DH** *m. 1* (coronae est *m. 2*) ‖ 449 ydra, a *ex* e *corr.* **D** ‖ 451 ec *ego*: et **DH** e *uulgo* ‖ 453 tenet prolabitur **D** retinet prolabitur **H** retinet (-nens *Orellius*), sed cetera magni Expectant arcus ortum *uulgo* ‖ 455 capit **H** *m. 1* ‖ 456 conuersus **D** ‖ 457 humeros **DH** *m. 2* | gestans **D** ‖ 458 dextra *uulgo*: dextrae **DH** ‖ 459 cum uisere *Morelius*: conuisere **DH** ‖ 460 et mergit **DH**, *corr. Morelius* (*an* ecmergit*?*) ‖ 461 promit **H**: promittit **D** | pectora **H** *m. 2*

Abditur Orion; obit et Lepus abditus umbra.
Inferiora cadunt Aurigae lumina lapsu.
Crus dextrumque pedem linquens obit infera Perseus
In loca, tum cedens a puppi linquitur Argo.
Inde obiens Capricornus ab alto lumine pellit
Aurigam instantemque Capram, paruos simul Haedos,
Et magnam antiquo depellit nomine Nauem.
Obruitur Procyon: emergunt alite lapsu
Ec terris Volucres: existit clara Sagitta.
Sed cum se medium caeli in regione locauit
Magnus Aquarius et uestiuit lumine terras,
Tum pedibus simul et supera ceruice iubata
Cedit Equus fugiens: at contra signipotens nox
Cauda Centaurum retinens ad se rapit ipsa,
Nec potis est caput atque umeros obducere latos;
At uero serpentis Hydrae caligine caeca
Ceruicem atque oculorum ardentia lumina uestit:
Hanc autem totam properant depellere Pisces.

463 obit et lepus *uulgo*: obiit simul **DH** | umbra *uulgo*: umbra est **DH**; *fort.* Orion, auritus ut abditus umbra est || 464 lumina lapsu *uulgo*: lumine lapsum **DH** || 565 liquens **H** *m. 1* || 468 capra **D** || 470 procione mergunt **H** | lapsu *uulgo*: lapsum **DH** || 471 Ec *ego*: Et **DH** | uolucris **DH** | exsistit **D** | *in hoc uersu desinit* **D** || 472 se *supra lin.* **H** | 477 humeros **H** *m. 2* || 478 hidrae **H** || *in* 480 *desinit* **H**

PROGNOSTICORUM FRAGMENTA.

I. Ut cum luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii caeca caligine tecti.
[*Priscianus* I *p.* 504, 20 *sq. Hertzii*]

II. Ast autem tenui quae candet lumine Phatne.
[*Priscianus* II *p.* 105, 9 *et p.* 287, 7 *H.*]

III. Atque etiam uentos praemonstrat saepe futuros
Inflatum mare, cum subito penitusque tumescit,

Saxaque cana salis niueo spumata liquore
Tristificas certant Neptuno reddere uoces
Aut densus stridor cum celso e uertice montis
Ortus adaugescit scopulorum saepe repulsus.
[*Cic. de diuinat.* I 7, 13.]

IV. Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti
Nuntiat horribilis clamans instare procellas,
Haud modicas tremulo fundens e gutture uoces.
[*Cic. de diu.* I 8, 14.]

V. Vos quoque signa uidetis, aquai dulcis alumnae,
Cum clamore paratis inanis fundere uoces,
Absurdoque sono fontis et stagna cietis.
[*Cic. de diu.* I 9, 15.]

VI. Saepe etiam pertriste canit de pectore carmen
Et matutinis acredula uocibus instat,
Vocibus instat et adsiduas iacit ore querellas,
Cum primum gelidos rores aurora remittit;
Fuscaque non numquam cursans per litora cornix
Demersit caput et fluctum ceruice recepit.
[*Cic. de diu.* I 8, 14.]

VII. Mollipedesque boues spectantes lumina caeli
Naribus umiferum duxere ex aere sucum.
[*Cic. de diu.* I 9, 15.]

VIII. Iam uero semper uiridis semperque grauata
Lentiscus triplici solita grandescere fetu
Ter fruges fundens tria tempora monstrat arandi.
[*Cic. de diu.* I 9, 15; *Plinius hist. nat.* XVIII 25, 61.]

IX. Caprigeni pecoris custos de gurgite uasto.
[*Priscianus* I *p.* 196, 10 *H.*]

II.

GRATII

CYNEGETICON QUAE SUPERSUNT

Gratius, incertum qua gente quaue patria ortus (nam nulla iuris specie uersui 40 innisi Faliscum eum appellant), teste Ouidio [ex Ponto IV 16, 34] sub Augusto imperatore scripsit Cynegeticon carmen, quod olim sine dubio compluribus libris constabat, ad nos autem peruenit particulatim: nam libri primi uu. 541 superstites sunt. codices adsunt hice:

A, Vindobonensis 277 (olim 387) in forma octaua, ex partibus constans diuersis, quarum descriptionem diligentem exhibuit Hauptius [praef. ad Ouidii Halieut. ect. p. VI—XI]. et Gratii opusculum optinetur foliis 58^b—70^b saeculo IX exaratis. quae nec pleniora nec mutilatione illa in uersibus nonnullis obuia uacantia olim Georgius Logus, primus Gratii editor (Venetiis a. 1534), adhibuit, posteriorum nemo consuluit, donec tandem summo cum Gratii emolumento Mauricius Hauptius illa excussit. nobis ad Hauptii exemplar iterum codicem cum puluisculo, ut aiunt, contulit Isidori Hilbergii Vindobonensis humanitas. unde grauioribus lectionibus, cum quibus non conueniebat Hauptii adnotationibus, notam *sic* adiecimus, plura tacite correximus. — ad eundem cum **A** archetypum redit liber simillimus et, nisi quod multo maiorem socordiam prae se fert, plane gemellus

B, Parisinus 8071 (antea Thuaneus) saec. IX—X, olim in praefatione ad quartum huius operis uolumen explanatius nobis describendus. ibi foliis 59ª—60ª scriptura continua neque uersuum (praeter 150—159) distinctione facta Gratii Cynegeticon uu. 1—159 extant. cuius libri uarias lectiones in Hauptii usum Fridericus Duebnerus enotauit, ego ipse a. 1875 non sine fructu iterum examinaui.

Paruula nulliusque pretii frusta ex Ouidii Halieuticis et Gratii Cynegeticis in codice habentur Ambrosiano R. 81. sup. saec. XVI a me inspecto.

Editores Logum insequentes — inter quos cum laude nominandi sunt Ianus Ulitius, Thomas Iohnsonus, Burmannus, Wernsdorfius, Reinhardus Sternius — etsi scriptori haud ita facili et emendando et interpretando multum profuere, saepe tamen in lubrico uersabantur, cum scripturae traditae notitia certa carerent. primus enim fundamentum solidum, quo pedibus non uacillantibus insistere possis, anno demum 1838 iecit Hauptius ea editione, qua Ouidii Halieutica et Gratii Nemesianique Cynegetica complexus est; quamquam textum ope codicum purgatum dedisse contentus parum ille corruptelis haud ita raris e coniectura tollendis studuit. quarum partem nos remouere conati sumus; alias remouebunt, qui poetae neque iniucundo neque semper satis perspicuo post nos operam impendent.

Ubicumque codicum lectionibus non appositum est nomen emendatoris, antiquissimas (maximeque Logi) editiones uerum exhibere scias.

CYNEGETICON LIB. I

Dona cano diuom, laetas uenantibus artis,
Auspicio, Diana, tuo. prius omnis in armis
Spes fuit et nuda siluas uirtute mouebant
Inconsulti homines uitaque erat error in omni.
Post alia propiore uia meliusque profecti
Te sociam, ratio, rebus sumpsere gerendis.
Hinc omne auxilium uitae rectusque reluxit
Ordo et contiguas didicere ex artibus artis
Proserere, hinc demens cecidit uiolentia retro.
Sed primum auspicium deus artibus altaque circa
Firmamenta dedit: tum partis quisque secutus
Exegere suas tetigitque industria finem.
Tu trepidam bello uitam, Diana, ferino,
Quoi primam quaerebat opem, dignata repertis
Protegere auxiliis orbemque hac soluere noxa.
Adsciuere tuo comites sub momine diuei
Mentem omnes nemorum, genitae de fontibus omnes:
Naides et Latii . . . Faunus . . . . . .

Item incipit (incip̄ **B**) gratti cynegeticon libi (libi **B**) *litt. maiusc.* **AB**; lib. I *latere intellexit A. Riesius praef. ad Anth. lat.* I *p.* XXXVI ‖ 1 letas **B** ‖ *inter* 1 *et* 2 **AB** *habent*: Causpicio (caspicio **B**) diant uom laetas uenantibus artis, *tum u.* 2 *forma recta*, *nisi quod* omnis *om.* **B** ‖ 4 inconssulti **B** *m. 1* | erat **B** ‖ 5 propore (= propriore) **B** | profectu **B** *m. 1* ‖ 6 sotiã **B** ‖ 7 uita erectusque **AB**, *corr. Turnebus* ‖ 8 contiguas **A** ‖ 9 caecidit **A** ‖ 10 aspicium **A** aspatium **B** ‖ 13 serino **B** ‖ 14 Quoi *scripsi*: Qua **AB** | querebat **AB** ‖ 15 orbem queac **B** ‖ 16 adscis uer&uo **B** | momine (= impulsu) *scripsi*: nomine **AB** numine *Barthius* | diuei *scripsi*: diune (*sic*) **A** dio üne (*sic*) **B** diuae *uulgo* ‖ 17 Mentem *Hauptius*: centem **A** centem *in* centum *m. ead. corr.* **B** Centum *uulgo* | nemorum, genitae *scripsi*: nemorumentes **A** Nemor sumentes **B** nemorum, centum *uulgo* mentem *Hauptius* ‖ 18 naides et latii *in rasura* **B** | *interualla reliquit* **A**, *non* **B**; Latii cultor qui Faunus amoeni *uulgo*

Maenaliusque puer domitrixque Idaea leonum
Mater et inculto Siluanus termite gaudens.
His ego praesidibus nostram defendere sortem
Contra mille feras et non sine carmine nisus,
Carmine et arma dabo uenanti et persequar artis
Armorum: casses plagiique exordiar astus.
Prima iubent tenui nascentem iungere filo
Limbum et quadruplicis tormento adstringere limbos:
Illa onerum patiens, illa usus linea longi.
Tunc ipsum medio cassem quo nascitur orbe
Per senos circum usque sinus laqueabis, ut omnem
Concipiat tergo, si quisquam est plurimus, hostem.
Et bis uicenos spatium praetendere passus
Rete uelim plenisque decem consurgere nodis:
Ingrati maiora sinus inpendia sument.
Optuma Cinyphiae, nequid cunctere, paludes
Lina dabunt: bonus Aeolia de ualle Sibullae
Fetus et aprico Tuscorum stupea campo
Messis, contiguum sorbens de flumine rorem,
Qua cultor Latii per opaca silentia Thybris
Labitur inque sinus magno uenit ore marinos.
At contra nostris inbellia lina Faliscis,

19 Menalius que **AB** | ideae **B** || 20 in cult' siluani stermite cudens **B** | 22 *malim* feras, et non sine tegmine, nisus | nisus *Ulitius*: lusus **A** lesus **B** || 23 uenanti et *Ulitius*: et uenandi **AB** | artis **A**: astis (*sic*) **B** || 24 cassisque plagaeque *coni. Heinsius* | astus *uulgo*: estis **A** ertis **B** (*sic*) || 25 *sqq.* de retibus conficiendis *litt. maiusc.* **AB** || 25 silo **B** || 26 limbos, o *ex corr.* **A** (*sic*) || 27 onerum *scripsi*: operum **AB** | usus *om.* **B** || 28 medio *uulgo*: memedio **AB**; *conicias* e medio | casseni **AB** | quo **A**: qui **B** | orbe *scripsi*: ore **AB** || 29 laqueas bis **AB** | omni **B** || 30 quisqua **B** || 31 cꝯ bis uiceno **A** c . . bis uiceno (· · *spat. duar. litt.*) **B** Ad bis uicenos *coni. Barthius* | pretendere **A** || 32 nadis **B** || 33 inp. **B**: imp. **A** || 34 ticinyphiae **A** ci nymphię **B** | cunctere *ex* conctere *corr.* **A**, conc̃ tere **B** || 35 bonus *ex* bones *corr.* **B** | subullae *ex* sububae *corr.* **B** || 36 apri cotuf corum *sic* **A** || 37 mensis *et* sorbes (n *suprascr.*) **B** | rorēm **B** || 38 coltor **B** | oppaca **AB** || 39 *om.* **B**, *in margine habet* **A** (marnos) || 40 acontra nris (*sic*) **B** | in bellia **B** (inbellia *etiam* **A**)

Hispanaeque alio spectantur Saetabis usu.
Vix operata suo sacra ad Bubastia lino
Velatur sonipes aestiui turba Canopi:
Ipse in materia damnosus candor inerti
Ostendit longe fraudem atque exterruit hostis.
At pauper rigui custos Alabandius horti
Cannabias nutrit siluas, quam commoda nostro
Armamenta operi: gracilis tutella, sed illis
Tu licet Haemonios includas retibus ursos.
Tantum ne subeat uitiorum pessimus umor
Ante caue: non est umentibus usus in armis,
Nulla fides. ergo seu pressa flumina ualle
Inter opus clausaeque malum fecere paludes,
Siue inprouisus caelo perfuderit imber,
Illa uel ad flatus Helices oppande serenae
Vel caligineo laxanda reponito fumo.
Idcirco et primas linorum tangere messes
Ante uetant quam maturis accenderit annum
Ignibus et claro Plias se prompserit ortu.
Imbiberit, tanto respondet longior usus.
Magnum opus et tangi, nisi cura uincitur, inpar.
Nonne uides ueterum quos prodit fabula rerum
Semideos (illi aggeribus temptare superbis

---

41 Hispanaeque *Is. Vossius*: Hispanique **A** spinisque **B** *m. 1* (spanique *m. rec.*) | alios **AB** | saetabes **AB** (*sic*), *corr. Vossius* || 42 sacra abubbastia **B** || 43 estiui **AB**; festiui *coni. Salmasius* || 44 cantior **B** || 45 exterritat *Turnebus* | hostes **B** || 46 ad paper **B** | adlabandiis (*sic*) **A** adlabandus **B** || 47 nr̄u **B** || 48 gracilis *scripsi*: grauis **AB** grauis est *uulgo* || 49 hemonios **AB** | icludas **B** || 50 humorq; **B** umqr *sic* **A** (*m. rec.* or *suprascr.*) || 52 praessa **AB** | flumina *ex* flumine *corr.* **A** || 53 clausaeque *Barthius*: causaeque **A** causeq; **B** || 54 in prou. **B** (inprou. *habet* **A**) || 55 elices opandeserene **B** || 56 *puto* laxata | reponite fumo **A** reponit efumo **B** || 58 annos **B** || 59 pliase promiserit **A** pliasse promisserit **B** || 60 Imbiberint *coni. Burmannus*; *nondum sanatus est locus, cum id quod est* calorem *non per se possit subintellegi* | res pondet langor **B** | usu **AB** || 61 in par **A**, *om.* **B** || 62 none **B** || 63 simideos **AB** | ageribus, g *alt. suprascr.*, **A**

Aethera et a! matres ausi attrectare deorum),
Quam magna mercede meo sine munere siluas
Inpulerint? flet adhuc et porro flebit Adonin
Victa Venus ceciditque suis Ancaeus in armis,
Et praedexter erat geminisque securibus ingens.
Ipse deus cultorque feri Tirynthius orbis,
Quem mare, quem tellus, quem praeceps ianua Ditis
Omnia temptantem qua laus erat obuia passast,
Hinc decus et famae primum inpetrauit honorem.
Exige si qua meis respondet ab artibus ergo
Gratia, quae uires fallat conlata ferinas.
Sunt quibus inmundo decerptae uolture plumae
Instrumentum operis fuit et non parua facultas.
Tantum inter niuei iungantur uellera cygni,
Et satis armorum est. haec clara luce coruscant,
Terribiles species, at uolture dirus ab atro
Turbat odor siluas meliusque alterna ualet res.
Sed quam clara tuis et pinguis pluma sub armis,
Tam mollis tactu et non sit creberruma nexu,
Ne reprensa suis properantem linea pinnis

---

64 Aethera *Grotius,* et ah *Hauptius*: Iret freta **AB** | ausi attrectare *Heinsius*: ausit trectare **AB** || 65 qua **B** || 66 Imp. **A** | fleta **AB** | hadonia **AB** || 67 caeciditque **A** | ancaeus in aruis *sic* **A** hanc eque manus **B**; armis *corr. Heinsius* || 68 Et (= et tamen) **AB**: Ut *Barthius coni.* | gemmisq; **B** || 69 *malim* tutorque | ferit hyrinthius **A** fe≡it (c *eras.*, r *m. rec. suprascr.*) hyrinthyus (*sic*) **B** || 70 didtis **A** || 71 Omnia **A**: omnem **B** | *uocis* temptantem *duae syllabae priores in fine lineae euanidae in* **B** | obula **A** ab ulla **B** | passast *ego* (passa *Iohnsonus,* est *Hauptius*): ᵃpsa si (*sic*) **B** passi **A** sparsit *Burmannus*; *et sane tale quid* (= *iactauit*) *potius expectes* || 72 Hic, *superscr.* n, **A** | fame **AB**, *sed in hoc* a *euanida* | primum *Barthius*: primus **AB** || 73 eis (m *litt. euanida*) **B** | respondit **AB** || 74 Gratiaque **B** || 75 De pinnatis conficiendis *litt. maiusc.* **AB** || 75 inmudo decerpt euo lturę **B** || 77 iugantur *et* cigni **B** || 78 Id *pro* Et *coni. Heinsius* | armatorum e. h. c. luc& oruscant **B**, lucet oruscant *etiam* **A** | 79 at *Burmannus*: ad **AB** | ab atro *scripsi*: abaro **AB** auaro *uulgo* || 80 mellusque **AB** | uellet **B** || 81 qua **B** || 83 In repensa **B**; *num* ni = ne *latet?*

Inplicet atque ipso mendosa coarguat usu.
Hic magis in ceruos ualuit metus. ast ubi lentae
Interdum Libyco fucantur sandyce pinnae
Linteaque expositis lucent anconibus arma,
Rarum saeua metus eludet belua falsos.
Nam fuit et laqueis aliquis curracibus usus
(Ceruino iussere magis contexere neruo:
Fraus teget insidias habitu mentita ferino).
Quid? qui dentatas iligno robore clausit
Venator pedicas, quam dissimulantibus armis
Saepe habet inprudens alieni lucra laboris!
O felix, tantis quem primum industria rebus
Prodidit auctorem! deus ille an proxuma diuos
Mens fuit, in caecas aciem quae magna tenebras
Egit et ignarum perfudit lumine uulgus?
Dic age Pierio (fas est), Diana, ministro.
Arcadium stat fama senem, quem Maenalus altor
Et Lacedaemoniae primum uidistis Amyclae,
Per non adsuetas metatum retia ualles
Dercylon. haut illo quisquam se iustior egit,
Hau fuit in terris diuum obseruantior alter:
Ergo illum primis nemorum dea finxit in armis

---

84 mendosam se arguat *Scaliger* ‖ 85 Hinc **AB** | metusa sti bulente **B** ‖ 86 lybyco **A** libico **B** | fugantur **AB** | sanoycae **A** sano yce **B** | pinne **B** ‖ 87 Linteaquę expsitis **A** | licentam conib; **B** ‖ 88 Parum **AB** | saeua *scripsi*: siqua **B** s̥qua **A** | eludet **AB**: eludat *uulgo* | bella **B** ‖ 89 Pedicae *litt. maiusc.* **AB** | aliquis **A**: aliis (*sic*) **B** ‖ 92 dentata siligno (si ligno) **AB** ‖ 93 pedias **B** | quam *etiam* **A** ‖ 94 inpradens (*sic*) **AB** ‖ 95 indṛustria **B** ‖ 96 duos **B** ‖ 97 cęca **B** | aciem quemagna **A** faciemq; magna **B** ‖ 99 mininistro **B** ‖ 101 sem̃ q.^{e} **B** (*non plane certa lectio litteris euanidis*) | menalus **AB** | altor *Turnebus*: auctor **AB**; *conieci* Arcas ‖ 101 amicle **B** ‖ 102 metantem **AB**; metatum *scripsi, ut haberet* stat fama, *quocum coniungeretur* ‖ 103 aut illo **AB** ‖ 104 Hau fuit *scripsi*: Aufuit **A** autfuit (*sed* t *priore expuncto*) **B** Aut fuit *uulgo* | obseruatior **A** obseruat (*reliquis litteris euanidis*) **B** ‖ 105 primus *in* primis *corr.* **A** primus **B** (*sic*) | armis *Barthius*: aruis **AB**

Auctoremque operi dignata inscribere magno
Iussit adire suas et pandere gentibus artes.
  Ille etiam ualido primus uenabula dente
Induit et proni moderatus uulneris iram
Omne moris excepit onus. tum stricta uerutis
Dentibus et gemina subiere hastilia furca,
Et quidam totis clauserunt ensibus . . . .,
Ne cessaret iners in uulnere massa ferino.
Blandimenta uagae fugies nouitatis: ibidem
Exiguo nimioue nocent. sed lubricus errat
Mos et ab expertis festinant usibus omnes.
Quid, Macetum inmensos libeat si ducere contos?
Quam longa exigui spicant hastilia dentes!
Aut contra ut tenero destrictas cortice uirgas
Praegrauat ingenti pernix Lucania cultro!
Omnia tela modi melius finxere salubres.
Quocirca et iaculis habilem perpendimus usum,
Ne leue uulnus eat neu sit breuis impetus illi.
Ipsa arcu Lyciaque suas Diana pharetra
Armauit comites. ne tela relinquite diuae:
Magnum opus et uolucres quondam fecere sagittae.
  Disce agedum ec ualidis dilectum hastilibus omnem.
Plurima Threicii nutritur uallibus Hebri
Cornus et umbrosae Veneris per litora myrtus

---

106 digna **AB** ‖ *inter* 107 *et* 108 Genera iaculorum *litt. mai.* **AB** ‖ 109 iram **A**: nrā **B** ‖ 110 excaepit **A** | onustrum **B** ‖ 111 gemina *Burmannus*: geminas **AB** | subiere; *num* fulsere? ‖ 112 totis **A**: notis **B** totos *uulgo* | clauserant **AB** | orbes *uulgo addunt* ‖ 113 meris **B** ‖ 114 uage **B** ‖ 117 inmensus **AB** | ducere *scripsi*: dicere **AB** | antos **B** ‖ 118 exiguis picant **AB** | astilia **B** ‖ 120 praegrauet **AB** ‖ 122 quocarca **B** | abilem **B** ‖ 123 Ne *Wernsdorf*: Neu **AB** ‖ 124 litia quę **B** | suos **AB** ‖ 125 *suspicor* relinquite: uitae magnum opus *eqs* | diue **B** ‖ 126 $\overset{v}{\text{q}}$ondandā facere **B** | sagit(a)e **AB** ‖ 127 Ligna apta iaculis *litt. mai.* **AB** | ec *scripsi*: et **AB** | hastib; omne **B** omn (*rel. absc.*) **A** ‖ 128 plurim **AB** | $\overset{h}{\text{r}}$reicii innutritur **B** inutritur **A** ‖ 129 im brose **B**

Taxique pinusque Altinatesque genestae,
Et magis incomptus superat lotaster, agrestis
Termes. ab Eois descendit uirga Sabaeis,
Mater odorati multum pulcherruma turis.
Illa suos usus intractatumque decorem
(Sic nemorum iussere deae) natalibus hausit
Arbitriis: at enim multo sunt ficta labore
Cetera quae siluis errant hastilia nostris.
Numquam sponte sua procerus ad aethera termes
Exiit inque ipsa curuantur stirpe genistae.
Ergo age luxuriam primo fetusque nocentis
Detrahe: frondosas grauat indulgentia siluas.
Post ubi proceris generosa stirpibus arbor
Se dederit teretisque ferent ad sidera uirgae,
Stringe notas circum et gemmantis exige uersus.
His, si quis uitium nociturus sufficit umor,
Vlceribus fluet et uenas durabit inertis.
In quinos sublata pedes hastilia plena
Caede manu, dum pomiferis aduertitur amnis
Frondibus et tepidos autumnus continet imbres.
Sed cur exiguis tantos in partibus orbes
Lustramus? prima illa canum; nam nulla paratus

---

130 altinateq; **B** ‖ 131 incomptus *edd.*: incomptos **AB** in contos *Iohnsonus* | superat *Sternius*: opera **AB** operae *uulgo* | lotaster *Iohnsonus*: lutoser (*siue* lutoses) **A** lutores **B** | agstis **A** agestis **B** ‖ 132 abeo his **B** | descendet **AB**, *corr. Iohnsonus* | sabeis **B** ‖ 133 pulcheruma turis **A** pulcheri mos umaturis **B** ‖ 135 sic necmo (*hoc in ras. m. rec.*) rem iusse redeę **B** | ausit **B** ‖ 136 arbitrus **B** | multos sunt facta **B** ‖ 137 ceteraque **A** ceteraq; **B** ‖ 138 ad aethera termes *scripsi*: ad aera termes **A** aderat hermes **B** ‖ 139 stirpegeniste **B** ‖ 140 luxoriam **B** ‖ 141 grauet **B** ‖ 142 proceres (i *m. rec. supra alt.* e) **B** | generosam *Wernsdorfius* | stripib; **B** ‖ 143 uirge **B** ‖ 145 si *om.* **B** | humor **B** ‖ 147 quonos *et* astilia **B** ‖ 148 cede **B** | amnis *Fr. Iacobus*: a≡n (*una littera erasa, reliquis abscissis*) **A** annes **B** ‖ 149 Frontibus **AB** ‖ 150 De canibus *litt. mai.* **AB** ‖ 151 illa, *scil. pars* | nam nulla *scripsi*: n̄ (= non) nulla **A** non ulla **B** *uulgo* | paratus *scripsi*: partis **AB** per artes *uulgo* peritis *Ulitius*

Cura prior, siue indomitos uehementior hostis
Nudo Marte premas seu bellum ex arte ministres.
Mille canum patriae ductique ab origine mores
Quoique sua. magna indocilis dat praelia Medus
Magnaque diuersos extollit gloria Celtas.
Arma negant contra Martemque odere Geloni;
Sed natura sagax: Perses in utroque paratus.
Sunt qui Seras alant, genus intractabilis irae:
At contra faciles magnique Lycaones armis.
Sed non Hyrcano satis est uehementia gentis
Tanta suae: petiere ultro fera semina siluis;
Dat Venus accessus et blando foedere iungit.
Tunc et mansuetis tuto ferus errat adulter
In stabulis ultroque grauem succedere tigrin
Ausa canis maiore tulit de sanguine fetum.
Sed praeceps uirtus: ipsa uenabitur aula
Ille tibi et pecudum multo cum sanguine crescet.
Pasce tamen: quaecumque domi sibi crimina fecit,
Excutiet silua magnus pugnator adepta.
At fugit aduersos idem quos repperit hostis
Vmber: quanta fides, utinam, et sollertia naris,
Tanta foret uirtus et tantum fellis in armis!
Quid, freta si Morinum dubio refluentia ponto
Veneris atque ipsos libeat penetrare Britannos?
O quanta est merces et quantum inpendia supra!
Si non ad speciem mentiturosque decores
Protinus (haec una est catulis iactura Britannis),
At magnum cum uenit opus promendaque uirtus

---

153 p̄mas **B** ‖ 154 patrie **B** ‖ 155 Quoſque **A** quosque **B** | sui *coni. Fr. Iacobus* ‖ 155 p̄lia **B**: proelia **A** ‖ 156 Magna quae **A** ‖ celtos **B** *m. 1* ‖ 159 *in uoce* genus *desinit* **B** ‖ 158 in utrumque *Heinsius* ‖ 160 At *nunc in* **A** *dispici nequit* ‖ 161 ircano **A** ‖ 164 mensuetis *et* erat **A** ‖ 171 Ad **A** (*sic*) | *puto* quom | reperit **A** ‖ 172 solertia **A** | nar (*reliquis litt. abscissis*) **A** ‖ 173 fellis (= irae) *scripsi*: uellet **A** | arm (*rel. absc.*) **A** ‖ 174 pon (*rel. absc.* **A**) ‖ 175 *puto* adque | britann (os *absc.*) **A** ‖ 176 supr (a *absc.*) **A** ‖ 178 Pronuis (*sic*) **A** | britan (nis *absc.*) **A**

Et uocat extremo praeceps discrimine Mauors,
Non tunc egregios tantum admirere Molossos.
Comparat his uersuta suas Athamania fraudes
Azorusque Pheraeque et clandestinus Acarnan.
Sicut Acarnanes subierunt proelia furto,
Sic canis illa suos taciturna superuenit hostis.
At clangore citat quos nondum conspicit apros
Aetola quaecumque canis de stirpe: malignum
Officium, siue illa metus conuitia rupit
Seu frustra nimius properat fauor; et tamen illud
Ne uanum totas genus aspernere per artis:
Mirum quam celeres et quantum nare merentur;
Tum non est uicti quoi concessere labori.
Idcirco uariis miscebo gentibus usum.
Quondam inconsultis mater dabit Vmbrica Gallis
Sensum agilem, traxere animos de patre Gelonae
Hyrcano et uanae tantum Calydonia linguae
Exibit uitium patre emendata Molosso.
Scilicet ex omni florem uirtute capessunt,
Et sequitur natura fauens. at te leue si qua
Tangit opus pauidosque iuuat conpellere dorcas
Aut uersuta sequi leporis uestigia parui,
Petroniost haec fama cani, uolucresque Sycambros
Et pictam macula uertraham delige falsa.
Ocior adfectu mentis pinnaque cucurrit,
Sed premit inuentas non inuentura latentis

---

in uu. 180—183 *ultimae litterae in* **A** *dispici non possunt* (180 s, 181 Molossos, 182 fraudes, 183 nan *abscissis*) ‖ 181 egregior (*sic*) *ex* egredior *corr.* **A** ‖ 182 cõnparat **A** ‖ 183 Azorusque *Wernsdorfius*: Acirusque **A** | ferẹq; **A** | blandestinus **A** ‖ 184 Sicut *Pithoeus*: Sic et **A** | subierant **A** ‖ 189 ud *absciss.* **A** | fauor **A**: furor *uulgo* ‖ 195 gelondi (*sic*) **A** ‖ 196 tantum] incautum *Heinsius* natum *Sternius* | calidonia **A** | linguae *ex* linonae **A** ‖ 197 uicium **A** ‖ 198 Silicet *et* capescunt **A** ‖ 200 Tagit **A** ‖ 202 cani *Hauptius*: cana **A** Petronios (sic fama) canes *uulgo* ‖ 203 Et pict *in* **A** *dispici nequit* ‖ 204 ocior] o *prior euanida* **A** ‖ 205 inuentur **A**

Illa feras, quae Petroniis bene gloria constat.
Quodsi maturo pressantes gaudia lusu
Dissimulare feras tacitique accedere possent,
Illis omne decus, quod nunc, metagontes, habetis,
Constaret: silua sed uirtus inrita damno est.
At uestrum non uile genus, non patria. uulgo
Sparte uos et Creta suos promittit alumnos:
Sed primum celsa lorum ceruice ferentem,
Glympice, te siluis egit Boeotius Hagnon,
Hagnon Hastilides, Hagnon, quem plurima semper
Gratia per nostros unum testabitur usus.
Hic trepidas artis et uix nouitate sedentes
Vidit qua propior ferret uia, nec sibi turbam
Contraxit comitem nec uasa tenentia longe.
Vnus praesidium atque operi spes magna petito
Adsumptus metagon lustrat per nota ferarum
Pascua, per fontes, per quas triuere latebras.
Primae lucis opus: tum signa uapore ferino
Intemerata legens, si quast qua fallitur eius
Turba loci, maiore secat spatia extera gyro;
Atque hic egressu iam tum sine fraude reperto
Incubuit, spatiis qualis permissa Lechaeis
Thessalium quadriga decus, quam gloria patrum
Excitat et primae spes ambitiosa coronae.
Sed ne qua ex nimio redeat iactura fauore
Lex dicta officiis, ne uoce lacesseret hostem
Neue leuem praedam aut propioris pignora lucri
Amplexus primos nequiquam effunderet actus;

---

207 praesantes gsudia **A** ‖ 208 taciti quae **A** ‖ 209 haberis **A** ‖ 210 constaret silua: sed uirtus *uulgo interpungunt; quod correxi* ‖ 211 At *Iohnsonus*: Ad **A** ‖ 212 Sparte uos *scripsi*: Sparta suos **A** ‖ 213 caelsa **A** ‖ 215 Astylides *Scaliger* ‖ 216 unum; *puto* uiuum ‖ 218 ferret uia *scripsi*: peteret uiā **A** patuit uia *uulgo* ‖ 220 adque **A** ‖ 222 fontes et quas *Burmannus* ‖ 225 maiore *Barthius*: maiora **A** ‖ 226 *malim* his (*scil.* spatiis) ‖ 228 quadrica **A** ‖ 229 eccitat **A** ‖ 231 ne *C. Gesnerus*: neu **A** ‖ 233 effunderet *Iohnsonus*: offenderet **A**

Iam uero inpensum melior fortuna laborem
Cum sequitur iuxtaque domus quaesita ferarum,
Vt sciat occultos et signis arguat hostes,
Aut effecta leui testatur gaudia cauda
Aut ipsa infodiens uncis uestigia plantis
Mandit humum celsisue adprensat naribus auras;
Et tamen, ut ne prima fauentem pignora fallant,
Circum omnem aspretis medius qui clauditur orbem
Ferre pedem accessusque abitusque notare ferarum
Admonet et, si forte loco spes prima fefellit,
Rusum opus incubuit spatiis ac, prospera si res,
Intacto repetit prima ad uestigia gyro.
Ergo ubi plena suo rediit uictoria fine,
In partem praedae ueniat comes et sua norit
Praemia: sic operi iuuet inseruisse benigno.
Hoc ingens meritum *est*, haec ultima palma tropaei,
Hagnon magne, tibi diuum concessa fauore.
Ergo semper eris, dum carmina dumque manebunt
Siluarum dotes atque arma Diania terris.
Hic et semiferam thoum de sanguine prolem
Finxit. non alio maior sub pectore uirtus,
Siue mora uocis seu nudi ad pignera Martis.
Thoes commissos (clarissima fama) leones
Et subiere astu et paruis domuere lacertis;
Nam genus exiguum et, pudeat qua informe fateri,

---

236 Ut *uulgo*: Et **A**; *nondum uersum persanatum puto* | ocultos **A**; *malim* occultis ‖ 241 qui clauditur orbē *scripsi*: qua clauditur orbi **A** qua cl. orbis *uulgo* ‖ 243 Admonet *uix sanum; fort.* Adsidet (= assiduus est) *aut* Se monet | loco spes *ego*: locos pes **A** loci spes *uulgo* ‖ 244 (Rarum opus) *Sternius* | ac prospera si res *scripsi*: ad prospera sires **A** ad pr. uersis *Ulitius* ‖ 245 repetit *scripsi*: repetet **A** repetens *uulgo* ‖ 247 norit *Gronouius*: noris **A** naris *uulgo* ‖ 248 benigne **A** ‖ 249 est *om.* **A** | tropae **A** ‖ 250 Hacnon **A** ‖ 252 Diania *Scaliger*: diana **A** ‖ 254 sub *Iohnsonus*: sua **A** ‖ 255 mora uocis *Hauptius*: in ora uoces **A** ‖ 257 dum uere **A** ‖ 258 qua *scripsi*: quam **A**

Vulpina species. tamen huic exacta uoluntas,
Ac non est alius quem tanta ad munia fetus
Exercere uelis, aut te tua culpa refellet
Inter opus, quo sera cadit prudentia damno.
Iunge pares ergo et maiorum pignore signa
Feturam prodantque tibi metagonta parentes,
Qui genuere sua pecus hoc inmane iuuenta.
Et primum expertos animi, quae gratia primast,
In Venerem iungas. tum sortis cura secunda,
Ne renuat species aut quem detractet honorem.
Sint celsi uultus, sint hirtae frontibus aures,
Os magnum, et patulis agitatos naribus ignes
Spirent, adstricti succingant ilia uentres,
Cauda breuis longumque latus discretaque collo
Caesaries neu pexa nimis neu frigoris illa
Impatiens; ualidis tum surgat pectus ab armis,
Quod magnos capiat motus magnisque supersit.
Effuge qui lata pandit uestigia planta:
Mollis in officio. siccis ego dura lacertis
Crura uelim et solidos haec in certamina calces.
Sed frustra longus properat labor, abdita si non
Altas in latebras unique inclusa marito *est*
Femina. nec patres Veneris sub tempore magnos

inter 258 *et* 259 Canum fetus *litt. mai.* **A** | specie *aliquot edd.* | huic *Barthius*: huc **A** ‖ 260 Ac *Hauptius*: At **A** | alio **A** ‖ 261 aut te tua, *sic* **A** | refellet *Gronouius*: reuellet **A** ‖ 262 quom sera redit *coni. Gronouius*; *malim* quom sera adiit ‖ 263 *post* 265 *ponit* **A**, *sed signis appositis correxit* ‖ 265 genuere *C. Gesnerus*: tenuere **A** ‖ 266 expertus (*sic*) **A** | quae **A** ‖ 267 iungas *ego*: iungam **A** iungunt *uulgo* | sortis *ex* sortes *corr.* **A** | secunda *Heinsius*: secundae **A** ‖ 268 aut quem *ego*: atque **A** aut quae *uulgo* aut qua *Barthius* ‖ 269 Sint incaelsi **A** | hirte **A** ‖ 270 Hos **A** | naribus *Hauptius*: nasibus **A** ‖ 271 Sperent adstrictis succingunt (*sic*) illia (l *altera puncto deleta*) uentrj (= uentrum) **A** ‖ 273 nea frigoris **A** ‖ 275 magnus **A** ‖ 276 p≡ndit (*supra ras.* a) **A** ‖ 277 ego crura (*sic*) **A** ‖ 280 inlecebras (*sic*) **A** | est *om.* **A**, *add. Lachmannus* ‖ 281 patres *scripsi*: patre **A** partae *Lachmannus*, *qui et* munus *pro* magnos *coniecit*

Illa neque emeritae seruat fastigia laudis.
Primi complexus, dulcissuma prima uoluptas:
Hunc Veneri dedit inpatiens natura furorem.
Si tenuit custos et mater adultera non est,
Da requiem grauidae solitosque remitte labores:
Vix oneri super illa suo. tum deinde monebo,
Ne matrem indocilis natorum turba fatiget,
Percensere notis iamque inde excernere prauos.
Signa dabunt ipsi. teneris uix artibus haeret
Ille tuos olim non defecturus honores.
Iamque illum inpatiens aequae uehementia sortis
Extulit: adfectat materna regna sub aluo,
Ubera tota tenetque a tergo liber aperto,
Dum tepida indulget terris clementia mundi.
Verum ubi Caurino perstrinxit frigore Vesper,
Ira iacet turbaque potens operitur inerti.
Illius et manibus uires sit cura futuras
Perpensare: leuis deducet pondere fratres.
Haec de pignoribus, nec te mea carmina fallent.
Protinus et cultus alios et debita fetae
Blandimenta feres curaque sequere merentem:
Illa perinde suos, ut erit pellecta, minores
Ad longam praestabit opem. tum denique, fetu
Cum desunt, operis fregitque industria matres,
Transeat in catulos omnis tutella relictos.

---

282 fastidia *coni. Lachmannus* ‖ 285 tenuit fastus *coni. Lachmannus; ego malim* castos mores et adultera | non (n̄) *supra lin. add.* **A** ‖ 287 oneri par *coni. Heinsius, ego olim* onerist par *temptaui* | illas uotum **A** ‖ 289 Parcensere **A** | prauos *Burmannus*: paruos **A** ‖ 290 ipsi *Ulitius*: ipse **A** ‖ 291 tuis **A** ‖ 292 ęque **A** ‖ 294 Ubera *Pithoeus*: Libera **A** | tenetq. a *scripsi*: tenet ea **A** tenet, stat *Gronouius* ‖ 296 chaurino **A** ‖ 297 Ira iacet *Ulitius*: Ire placet **A** ‖ 298 et *Heinsius*: e **A** ‖ 300 Haec de *Burmannus*: Nec me **A** ‖ 301 faetae **A** ‖ 302 curasque **A**; *an* curisque? ‖ 303 pellecta *ego*: delacta **A** dilecta *Sternius* deuincta *Lachmannus* ‖ 305 operis *Ulitius*: operi **A**

Lacte nouam pubem facilique tuebere maza,
Nec luxus alios auidaeque impendia uitae
Noscant. haec magno redit indulgentia damno.
Nec mirum: humanos non est magis altera sensus
. . . . . .
Tollit se ratio et uitiis adeuntibus opstat.
Haec illast Pharios quae fregit noxia reges,
Dum seruata cauis potant Mareotica gemmis
Nardiferumque metunt Gangen uitiisque ministrant.
Sic et Achaemenio cecidisti, Lydia, Cyro:
Atquei diues eras *ac* fluminis aurea uenis.
Scilicet ad summam ne quid restaret habendum,
Tu quoque luxuriae fictas dum colligis artes
Et sequeris demens alienam, Graecia, culpam,
O quantum et quotiens decoris frustrata paterni!
At qualis nostris, quam simplex mensa Camillis!
Qui tibi cultus erat post tot, Serrane, triumphos!
Ergo illi ex habitu uirtutisque indole priscae
Inposuere orbi Romam caput, actaque ab illis
Ad caelum uirtus summosque tetendit honores.
Scilicet exiguis magna sub imagine rebus
Prospicies, quae sit ratio et quo fine regenda.
Idcirco imperium catulis unusque magister
Additur: ille dapes poenamque operamque *peraeque*
Temperet, hunc spectet siluas domitura iuuentus.
Nec uile arbitrium est: quoicumque haec regna dicantur,

---

307 Lactem **A** | tuaebere **A** ‖ *post* 310 *unius uersus lacunam significaui. Lachmannus coniecit* non res magis altera sensus Tollit: sed ratio uitiis ad. opstat ‖ 311 subeuntibus *Burmannus* ‖ 315 achaemaenio caecidisti lydiac cyro *sic* **A** ‖ 316 Atquei *ego*: Atquę̇ **A** | ac (*uel* tot) *addidi*: *om.* **A** | fluuialibus *uulgo* ‖ 317 habend (um *absciss.*) **A** ‖ 318 luxuriae, *sic* **A** | *num* tum*?* ‖ 319 grecia **A** ‖ 322 postot serane **A** ‖ 323 ille **A**; *num* illo*?* | indolae **A** ‖ 324 inpossuere **A** ‖ 325 *malim* Virtus *et* euexit ‖ 327 Prospecies **A** | regendae **A** ‖ 329 peraeque *addidi*: *om.* **A** ministrans *uulgo*

Ille tibi egregia iuuenis de pube legendus,
Vtrumque et prudens et sumptis impiger armis.
Quod nisi et accessus et agendi tempora belli
Nouerit et socios tutabitur hoste minores,
Aut cedent aut illa tamen uictoria damnost.
Ergo in opus uigila factusque ades omnibus armis:
Arma regunt uitam. tegat imas fascia suras
. . . . is inulina suis et tergore fuluo
I . . . . . canaque e maele galeri,
Ima Toletano praecingant ilia cultro
Terribilemque manu uibrata falarica dextra
Det sonitum et curuae rumpant non peruia falces.
Haec tua militia est. quin et Mauortia bello
Vulnera et errantis per tot diuortia morbos
Causasque adfectusque canum tua *cura* tuerist.
Stat Fatum supra totumque auidissimus Orcus
Pascitur et nigris orbem circumsonat alis.
Scilicet ad magnum maior ducenda laborem
Cura, nec expertos fallet deus: huic quoque nostrae
Est arti, quod praestet opem, placabile numen.
Nec longe auxilium, licet alti uulneris orae
Abstiterint atroque cadant cum sanguine fibrae:
Inde rape ex ipso qui uulnus fecerit hoste
Virosam eluuiem lacerique per ulceris ora

---

333 prodens **A** || 335 sotios, c *suprascr.*, **A** || 336 caedent **A** || 337 de habitu uenatoris **A** *mg.* || 338 regunt uitam *scripsi*: hacuere uitā **A** acuere uiam *uulgo* acuere uirum *Iohnsonus* acuent uires *Burmannus* | facia **A** || 339 *et sequentis uersus initia abscissa in* **A**; *supplementa prolata inprobabilia, noua incerta*; I *in* 340 *dubia* (*potest fuisse* S) || 341 Toletani — cultri *coni. Hauptius* || 343 curue **A** | non *Titius*: noua (*sic*) **A** || 344 canum remedia **A** *marg.* || 345 diuertia **A** || 346 cura *uulgata*: *om.* **A** *sine interuallo* || 350 hinc quoque nostrę **A**; huic *scripsi*; hinc quoque nosse *uulgo* fallet. deus hic quoque noster *coni. Lachmannus* || 351 arti *scripsi*: aliud **A** | opem *Burmannus*: opus **A** || 352 orae *Barthius*: ora **A** || 353 atroque *Ulitius*: utroque **A** | candant **A** || 355 uiceris **A**

Sparge manu, uenas dum sucus conprimat acer:
Mortis enim patuere uiae. tum pura monebo
Circum labra sequi tenuique includere filo.
At si pernicies angusto pascitur ore,
Contra pande uiam fallentisque argue causas:
Morborum in uitio facilis medicina *reperto.*
Seu tacta inpositis mulcent p . . . . . .
(Id satis) aut nigrae circum picis unguine signant;
Quodsi destricto leuis est in uulnere noxa,
Ipse habet auxilium ualidae natale saliuae.
Illa grauis labes et curis altior ullis,
Cum uitium causae totis egere latentes
Corporibus seraque aperitur noxia summa.
Inde emissa lues et per contagia mortes
Venere in uulgum iuxtaque exercitus ingens
Aequali sub labe ruit, nec uiribus ullis
Aut merito ueniast aut spes exire precanti.
Quod siue a Stygia letum Proserpina nocte
Extulit et Furiis commissam ulciscitur iram,
Seu uitium ex alto spiratque uaporibus aether
Pestiferis, seu terra suos populatur honores,
Fontem auerte mali. trans altas ducere calles
Admoneo latumque fuga superabitis amnem.
Hoc primum effugium leti. tunc ficta ualebunt
Auxilia et nostra quidam redit usus ab arte.
Sed uarii motus nec in omnibus una potestas:

---

356 sucus acer conprimat **A** ‖ 357 purmobebo **A** ‖ 358 labras **A** ‖ 359 Ad **A** ‖ 360 prande **A** | arguet caus **A**, *huius duorumque sequentium uersuum finibus abscissis* ‖ 361 med, *quod solum restat in* **A**, *proprio Marte suppleui*; medicina recenti *uulgo* ‖ 362 Seu *Heinsius*: Sed **A** | tacta (*sic*) **A**: tactu *uulgo* | inpossitis **A** | pecuaria palmis *uulgo explent; ego malim* praecordia palmis | 364 uulnera (*sic*) **A** ‖ 366 curis a. ullis *scripsi*: curas a. illis **A** cura est a. illis *Pithoeus* ‖ 369 mortes *Sternius*: morbis **A** morbi *Ulitius* ‖ 370 iuxtaque *Pithoeus*: iusaque **A** ‖ 372 praecanti **A** ‖ 374 Furiis *Iohnsonus*: furtis **A** ‖ 376 seu terra] si litaera **A** ‖ 378 superhabitis **A** ‖ 379 lati **A**; *an* fati? ‖ 380 auxilia *ex* auxilie **A**

Disce uices et quae tutelast proxima tempta.
Pluruma per catulos rabies inuictaque tardis
Praecipitat letale malum: securius ergo,
Antire auxiliis et primas uincere causas.
Namque subit, nodis qua lingua tenacibus haeret
(Vermiculum dixere), mala atque incondita pestis.
Ille ubi salsa siti praecepit uiscera longe,
Aestiuos uibrans accensis febribus ignes,
Moliturque fugas et sedem spernit amatam.
Scilicet hoc motu stimulisque potentibus acti
In furias uertere canes. ergo insita ferro
Iam teneris elementa mali causasque recidunt.
Nec longa in facto medicinast ulcere: purum
Sparge salem et tenui permulce uulnus oliuo:
Ante relata suas quam nox bene conpleat umbras,
Ecce aderit factique oblitus uulneris ultro
Blanditur mensis Cereremque efflagitat ore.
Quid, priscas artes inuentaque simplicis aeui
Si referam? non ulla metus solacia falsi
Tam longam traxere fidem. collaribus ergo
Sunt qui lucifugae cristas inducere maelis
Iussere aut sacris conserta monilia conchis
Et uiuum lapidem et circa Melitesia nectunt
Curalia et magicis adiutas cantibus herbas.
Ac sic offectus oculique uenena maligni
Vicit tutela pax impetrata deorum.
At si deformis lacerum dulcedine corpus
Persequitur scabies, longi uia pessima leti:

---

384 Precipiat **A**, *corr. Pithoeus* | laetale **A** | securius *ego*: sicutius **A** sic tutius *uulgo* ‖ 387 adq: **A** ‖ 388 longe *ego*: longae **A** longa *uulgo* ‖ 389 uibrans *Scaliger et Gronouius*: uibrant **A** | accensis *Pithoeus*: accensi **A** ‖ 390 fugaus (*sic*) **A** ‖ 391 motus t≡mmolis (≡ *membr. perforata*) pot. **A** ‖ 392 uetere **A**; *an* uenere? ‖ 396 suas quas nox **A** ‖ 400 ulla *scripsi*: illa **A** ‖ 406 oculique *Pithoeus*: oculisque **A** ‖ 408 Ad **A** | deformis *Ios. Wassius*: deformi **A** | dulcidine **A**; prurigine *ne conicias, cf. Hauptii opusc.* III *p.* 314 ‖ 409 laeti **A**

In primo accessu tristis medicina, sed una
Pernicies redimenda anima, quae prima sequaci
Sparsa malost, ne dira trahant contagia uulgus.
Quodsi dat spatium, clemens et promouet ortu
Morbus, disce uias et qua sinit artibus exi.
Tunc et odorato medicata bitumina uino
Hipponiasque pices neclectaeque unguen amurcae
Miscuit et summam conplectitur ignis in unam.
Inde lauant aegros: ast ira coercita morbi
Laxatusque rigor. quae te ne cura timentem
Differat, et pluuias et Cauri frigora uitent;
Fac magis, ut nudis incumbunt uallibus aestus,
A uento clarique faces ad solis, ut omne
Exsudent uitium subeatque latentibus ultro
Quae facta est medicina malis. nec non tamen illum
Spumosi catulos mergentem litoris aestu
Respicit et facilis Paean adiuuit in artes.
O rerum prudens quantam experientia uulgo
Materiem largita boni, si uincere curent
Desidiam et gratos agitando prendere finis!
Est in Trinacria specus ingens rupe cauique
Introsum reditus, circum atrae moenia siluae
Alta premunt ruptique ambustis faucibus amnes.
Vulcano condicta domus. quam supter eunti

412 uulgus (*uel* uulgum) *Heinsius*: uulgi **A** ‖ 413 promouet *uulgo*: promonet **A** praemonet *Titius*: ‖ 415 odorata **A** | uino *Iohnsonus*: uiro **A** ‖ 416 Hipponiasque *Hauptius*: Iponiasque **A** Imponasque *uulgo* Idaeasque *Ulitius* | neclectaeque *Hauptius*: nec liceatquę **A** immundaeque *uulgo* | ungn^{u} **A** ‖ 418 Inde linunt *coni. Gesnerus* | astira **A**: est ira *uulgo* ‖ 419 ne cura *Gronouius*: nec urat **A** | in mentem **A** ‖ 420 et hauri **A** ‖ 421 Fac *scripsi*: Sic **A** ‖ 422 facies **A**; *ceterum nondum persanatus est locus*; *puto* Fac magis, ut tutis incumbunt uallibus aestus A uento † clarique †, faces ad solis ut omne *eqs* ‖ 424 malis *scripsi*: uadis **A** ‖ 426 *malim* in arte ‖ 428 Materiȩ^{m} **A** ‖ 430 trinacrias pectus **A** ‖ 431 circo^{v}m atre **A** ‖ 433 Vulgano **A** | super **A**, subter *uulgo* | eunti *suspectum; fort.* opimis

Stagna sedent uenis oleoque madentia uiuo.
Huc defecta mala uidi pecuaria tabe
Saepe trahi uictosque malo grauiore magistros.
'Te genium, Vulcane, loci pacemque precamur,
Incola sancte, tuam: da fessis ultima rebus
Auxilia et, meritis si nulla est noxia tanta,
Tot miserare animas liceatque attingere fontis,
Sancte, tuos' ter quisque uocant, ter pinguia libant
Tura foco, struitur ramis felicibus ara.
Hic dictu mirum atque alias ignobile monstrum
Aduersis specibus ruptoque e pectore montis
Venit ouans Austris et multo flumine flammae
Emicat. ipse manu ramum pallente sacerdos
Termiteum quatiens 'procul hinc extorribus ire
Edico praesente deo, praesentibus aris,
Quis scelus aut manibus sumptum aut in pectore motum est'
Inclamat: cecidere animi et trepidantia membra.
O quisquis misero fas umquam in supplice fregit,
Qui pretio fratrum meliorisque ausus amici
Sollicitare caput patriosue lacessere diuos,
Illum agat infandae comes huc audacia culpae:
Discet commissa quantum deus ultor in ira
Pone sequens ualeat. sed cui bona pectore mens est
Obsequiturque deo, deus illam molliter aram
Lambit et ipse, suos ubi contigit ignis honores,
Defugit ab sacris rursumque reconditur antro:
Huic fas auxilium et Vulcania tangere dona.

---

437 genium *scripsi*: primum **A** | Vulgane **A** || 438 fessis *Graeuius*: fissis **A** || 439 meritis **A**: meriti *uulgo* | tanta *scripsi*: tanti **A** || 440 atingere **A** || 441 uocanter **A** || 442 foco *ex* fuco **A** || 443 dictum **A** (*sic*) || 444 montis] mones (*sic*) **A** || 447 Termite ut **A** animi || 450 caecidere et trepidentia **A** || 452 Quis prętio **A** || 453 locessere **A** || 455 ulor **A** || 456 pectora **A** || 457 que *om.* **A** | arum **A** || 458 contiget ignis ores **A** || 459 Defuit ac sacris **A** || 460 Vulgania **A**

Nec mora: si medias exedit noxia fibras,
His laue praesidiis adfectaque corpora mulce,
Regnantem excutiens morbum. deus auctor, et ipsa
Artem aluit natura suam. quae robore pestis
Acrior aut leto propior uia? sed tamen illi
Hinc uenit auxilium ualida uementius ira.
Quod primam si fallet opem dimissa facultas,
Actu praecipitem quà spes est proxima labem
Adgredere: in subito subita et medicina tumultu.
Stringendae nares et bina ligamina ferro
Armorum geminaque cruor ducendus ab aure:
Hinc uitium, hinc illa est auidae uehementia pesti.
Ilicet auxiliis fessum solabere corpus
Subsiduasque fraces defusaque Massica prisco
Sparge cado: Liber tenuis e pectore curas
Exiget, est morbo Liber medicina furenti.
Quid dicam tussis, quid maesti damna ueterni
Aut incuratae siquast tutela podagrae?
Mille tenent pestes curaque potentia maior.
Mitte age (non opibus tanta est fiducia nostris),
Mitte, anime: ex alto ducendum numen Olympo,
Supplicibus captanda sacris tutela deorum.
Idcirco aeriis molimur compita lucis
Spicatasque faces sacrum ad nemorale Dianae

---

462 mulcę **A** ‖ 465 aut licet opropior (*sic*) **A**; *usitatius est* leti propior uia ‖ 466 Hic **A** ‖ 468 Actu *scripsi*: Ad tu **A** At tu *uulgo* | precipitem **A** ‖ 469 subita et *scripsi*: subitas et **A** subita est *uulgo* ‖ 470 Stringende **A** | bina *Hauptius*: na **A** ‖ 471 gemṁinaque **A** ‖ 473 Illic et **A** | solabore **A** ‖ 474 defussaq; **A** ‖ 475 tenuisse **A** ‖ 476 Exigit *coni. Wernsdorfius* | est] et **A** ‖ 477 maestis — ueternis **A** ‖ 478 incuratae (*sic*) **A**: incuruatae *Titius* | sequast **A** ‖ 481 Mitte] *malim* uota | anime *Scaliger*: animae **A** 482 Supplicibus uocanda **A**; Supplicibusque uocanda *uulgo recte improbante L. Muellero* (*de re m. p.* 200), *qui* uocitanda *proposuit.* socianda *coni. Th. Birt* (*Ad hist. hexam. lat. symb., Bonnae* 1876, *p.* 58). *ego scripsi* captanda; *quod cum in* canda *abisset, in* uocanda *correctum est* ‖ 483 de equis **A** *mgo* (*falso, ut apparet, loco*) ‖ 484 nemorale *Turnebus*: nemora alta **A**

Sistimus et solito catuli uelantur honore,
Ipsaque per flores medio in discrimine luci
Strauere arma sacris et pace uacantia festa.
Tum cadus et uiridi fumantia liba feretro
Praeueniunt teneraque extrudens cornua fronte
Haedus et ad ramos etiamnum haerentia poma,
Lustralis de more sacri, quo tota iuuentus
Lustraturque deae proque anno reddit honorem.
Ergo inpetrato respondet multa fauore
Ad partis, qua poscis opem, seu uincere siluas
Seu tibi fatorum labes exire minasque
Cura prior, tua magna fides tutelaque, uirgo.
Restat equos finire notis, quos arma Dianae
Admittant. non omne meas genus audet in artis.
Est uitium ex animo, sunt quorum inbellia fallant
Corpora, praeueniens quondam est incommoda uirtus.
Consule, Penei qualis perfunditur amne
Thessalus aut patriae quem conspexere Mycenae
Glaucum: nempe ingens, nempe ardua fundet in auras
Crura. quis Eleas potior lustrauit harenas?
Ne tamen hoc attingat opus: iactantior illi
Virtus quam siluas durumque lacessere Martem.
Nec saeuos miratur equos terrena Syene:
Scilicet et Parthis inter sua mollia rura
Mansit honor. ueniat Caudini saxa Taburni
Garganumue trucem aut Ligurinas desuper Alpes:
Ante opus excussis cadet unguibus. et tamen illi
Est animus fingetque meas se iussus in artes:
Sed iuxta uitium posuit deus. at tibi contra
Callaecis lustratur equis scrupossa . . . . . .

---

489 preueniunt **A** ‖ 490 herentia **A** ‖ 492 deae, *sic* **A** | reddit *Barthius*: reddet **A** ‖ 493 respondit **A** ‖ 494 seuincere **A** ‖ 497 *iterum* de equis **A** *mgo m. rec.* ‖ 498 rtis *litt. euanidae* **A** ‖ 499 quorum *scripsi*: quos **A** ‖ 502 mycaenae **A** ‖ 503 Claucum **A** ‖ 507 miretur *coni. Burmannus* | syenae **A**; Cyrene *Wesselingius ad itin. Ant. p.* 68, Sidene *Burmannus coni.* ‖ 511 excusis **A** ‖ 514—519 *fines in* **A** *abscissi* ‖ 514 Pyrene *uulgo addunt*

Non tamen Hispano Martem temptare m . . . .
Ausim. murcibiis uix ora tenacia ferr .
Concedunt. at tota leui Nasam . . . . . .
Fingit equos. ipsis Numidae soluer . . . . .
Audax et patiens operum g . . . . . .
Centum actus spatiis atque eluctabitur iram.
Nec magni cultus: sterilis quodcumque remisit
Terra sui tenuesque sitim producere riui.
Sic et Strymonio facilis tutela Bisaltae:
Possent Aetnaeas utinam se ferre per arces,
Qui ludus Siculis. quid tum, si turpia colla
Aut tenuis dorso curuatur spina? per illos
Cantatus Graiis Acragas uictaeque fragosum
Nebroden liquere ferae: o quantus in armis
Ille meis, quoius dociles pecuaria foetus
Sufficient! quis Chaonias contendere contra
Ausit, uix merita quas signat Achaia palma?
Spadices uix Pellaei ualuere Cerauni;
Et tibi deuotae magnum pecuaria Cyrrhae,
Phoebe, decus meruere, leuis seu iungere currus
Vsus, seu nostras agere in sacraria tensas.
Venanti melius signat color: optima nigri
. ra illi badiosque legunt . . . . . .

---

515 minacem *supplent* ‖ 516 Murbogii *coni. Wesselingius l. l. p.* 449 | ferro *uulgo* ‖ 517 at *Ulitius*: aut **A** | Nasamonia uirga *Ulitius* ‖ 519 g *non prorsus certum* | genus. ille uigebit *uulgo* ‖ 522 *pro* sui *malim* esu (= esui) | siti *coni. Birt l. l. p.* 18, sitim *Barthius*: sitis **A** ‖ 524 *malim* Aetnaeos — ocres ‖ 527 gratis **A** | actaeque *Heinsius; malim* ui quaeque ‖ 530 chaonia **A** ‖ 532 pellei **A** | *totum locum sic refinxerim* quin Chaonius contendere contra (*scil. Siculos*) Vix ausit, merita quem signat Achaia palma, Spadices uix Pellaei ualidiue Cerauni! ‖ 533 cirrę **A** ‖ 535 in *supra lineam* **A** ‖ 536 signat (*scil. equorum praestantiam*) *scripsi*: pugnat **A**; *alii in* melius *uitium odorabantur, pro quo* mellis *Graeuius,* uineus *Burmannus*, maelis *Theod. Birt l. l. p.* 58 *coniecerunt* ‖ 537—541 *initia in* **A** *abscissa* ‖ 537 Crura illi *uulgo,* Ora illi *Birt* | *finis uersus in* **A** *legi nequit*; in pectore crines *uulgo* glaucosque periti *Birt*

. . . rum fessas imitantur terga fauillas.
. . . . . tum Italiae (sic di uoluere) parentes
. . . . . et terras omni praecepimus usu.
. . . . . onlustrat prata . . . .

538 Et quorum *uulgo* | terda **A** ‖ 539 O quantum *uulgo* ‖ 540 Praestant *addunt* | praecipimus **A** ‖ 541 Nostraque non segnis illustrat prata iuuentus *uulgo; ultimum uersus uocabulum in* **A** *legi nequit*

III.

DIVERSORUM AUCTORUM PRIAPEA

Carmina numero octoginta, quae Augusti tempore uarii poetae latini, dum in hortis siue Messallae siue Maecenatis siue alius poetarum fautoris conueniunt, Catulli maxime aequalisque Ouidii uestigia secuti et metris ad has ineptias adcommodatissimis (distichis hendecasyllabis choliambis) usi parietibus sacelli Priapo dedicati adspergebant, ea sub finem ut uidetur imperii Augustei collegit lepidus quidam talium nugarum amator et praemissis duobus poematiis praefatoriis in uulgus emisit. non mirabimur autem quod alia carmina Priapea aliis numeris inclusa in syllogis poematum pseudouergilianorum et pseudotibullianorum extant. nam adeo mos ille in hortorum deum salacem salaces uersus componendi percrebruit, ut nec sanctissimi cetera uiri his ingenii lusibus indulgere uererentur: cf. Plinius epist. V 3, 6. iam Priapea Tibullo Vergilioque adscripta antiquitus cum nostris Priapeis LXXX coniuncta fuisse, falsissime docti nonnulli statuebant; quippe syllogas, quae sub illorum nominibus feruntur, demum Claudii fere temporibus editas esse demonstrasse alibi uidemur, ut illa ne nosse quidem nostrae collectionis redactor potuerit. hanc autem eo quo dixi spatio euulgatam esse docet Seneca rhetor controuersiarum I 2, 22: ‘nouimus, inquit, istam maritorum abstinentiam, qui, etiamsi primam uirginibus timidis

remisere noctem, uicinis tamen locis ludunt. audiebat illum Scaurus, non tantum disertissimus homo, sed uenustissimus, qui nullius umquam inpunitam stultitiam transire passus fatus est statim Ouidianum illud 'inepta loci". petitum est hoc ex Priapei secundi u. 8 'dum timet alterius uulnus inepta loci'. tum igitur temporis, hoc est primis p. Chr. natum decenniis, libellus noster iam hominum manibus terebatur. est autem memorabile, Priapeum secundum pro Ouidiano esse habitum, siue tum certior de singulis carminum auctoribus notitia extabat siue poema secundum ex uersuum colore coniecturam facientes Ouidio adscribebant. et sane Ouidianarum sententiarum dictionumque imitatio interdum iocosa hilarisque haud raro adparet.

De titulo, quem editor collectioni suae inposuit, minus certa res est. nam quod codices nouicii saeculi XV praescribunt 'P. Virgilii Maronis Priapeia' similiaue (uidetur autem is qui primus ita praescripsit Plinii loco laudato inductus esse), nihil moratur illius aeui librariorum gnarus; id uero quod in codice quodam Mediolanensi (quem ut inuestigaremus nobis quidem Mediolani uersantibus non contigit) legi traditur: 'cata dicta ueterum poetarum in Priapum', uix aliud est quam ariolatio docti cuiusdam hominis, qui uocabulum corruptum 'catadicta' ex glossariis cognitum habuit. adquiescamus igitur in eo titulo, quem exhibet omnium quos nunc quidem possidemus antiquissimus codex Laurentianus, scilicet in hoc 'diuersorum auctorum Priapea.'

Priapea nostra qui aut in antiquitate praeter Senecam commemorauerit aut medio aeuo legerit nouimus neminem. exeunte demum saec. XIII aut ineunte saec. XIV illa proprio uolumine comprehensa ex tenebris sunt eruta: cf. Guilelmus Pastrengicus de Albertino Mussato Patauino Priapeorum auctore apud Fabricium,

biblioth. med. et inf. lat. VII p. 160 Mansi. et inde ab illo tempore exemplar tum repertum describi coeptum est. iam igitur de codicibus agendum est.

A, codex Laurentianus plut. 33, 31 saeculo XIV medio scriptus a me primo, qui a. 1876 contuli, adhibitus est*). qui fol. 17—27 Vergilii Culicem Dirasque, fol. 27^{b}—38 uaria XII sapientium, duo Martialis duoque Anthologiae Salmasianae carmina, tum fol. 39^{a}—44^{b} Priapea cum hoc titulo 'DIVERSORUM AUCTORUM PRIAPEIA INCIPIT' habet; de ceteris uidendus Bandinius II p. 124 sq. nullis interuallis relictis singula Priapea cohaerent, nisi quod plurimorum initia litteris initialibus grandioribus distincta sunt. carminum textus, quamquam scatet uitiis antiquitus traditis, tamen meditatis caret interpolationibus in hoc libro, qui non paucas doctorum recentiorum coniecturas confirmauit eiusque est bonitatis ut locis nonnullis nouam adfundat lucem. tamen nec ipse est inmunis a librarii mendis erroribusque; omniumque minime ad eum solum debet dirigi crisis. nam praeter eum sine dubio alterum archetypi apographon (fortasse etiam compluria apographa) factum est; ex quo uarios per gradus descenderunt plurimi Priapeorum codices saeculo XV exarati. quibus et omnigena corruptione et turpi interpolatione foedatis, propterea quod alterum eiusdem cum **A** aetatis praestantiaeque codicem non habemus, utcumque utendum est. magnum eorum numerum adhibuerunt anteriores critici, ex quibus Burmannus et Meyerus apparatum plenissimum sed eundem infidissimum dederunt. nos ex plurimis illis codicibus nouiciis, qui ut dixi Vergilio plerumque attribuunt Priapea, elegimus tres utpote inter-

*) nisi forte est idem atque liber ignotus a Lindenbrogio hic illic citatus. — pro 'ae' semper habet 'e', quod non adnotaui.

polationibus etsi non liberos tamen non nimium in modum infectos ceterorumque turbae paululum praestantes. sunt autem hi:

H, codex Helmstadiensis 338 a. 1460 exaratus, qui fol. 79—88 Priapea continet cum hac inscriptione 'Publii Virgilii Mantuani poetae priapeia incipit.' ipse contuli.

L, codex Laurentianus plut. 39, 34 saeculi XV medii foliis 13 sola Priapea habet sine inscriptione. singulis carminibus praeponit titulos, ut secundo 'Virgilius' tertio 'Priapus', et sic ceteris. ipse contuli a. 1872.

V, codex Vossianus L. O. 81 saec. XV fol. 1—10^{b} praebet Priapea; inscriptio erasa est. singula poemata inter se cohaerent. hunc librum, de quo in praefatione secundi huius operis uoluminis plura sunt exponenda, ipse excussi.

Quattuor horum codicum (AHLV) consensum significaui more solito litterula O; siglo autem ς notaui lectiones librorum deteriorum, siue unius siue complurium siue omnium, partim ex nostris collationibus partim ex Burmanni Meyerique apparatu nobis cognitorum. sed in horum sordibus adferendis parcior fui.

De emendandis Priapeis post praeclaras priorum (maxime Scaligeri, Heinsii, Burmanni) curas nostro aeuo omnium optime meruit Franciscus Buechelerus, cuius dissertatio elegantissima ('Vindiciae libri Priapeorum') noui Musei Rhenani uol. XVIII pagg. 381—415 inserta est quique bis Petronii sui editioni minori carmina illa subiunxit. post hunc nonnulla correxit L. Muellerus, qui Elegicorum Romanorum editioni a. 1870 emissae Priapea quoque indidit. nos uero ipsi olim in Fleckeiseni ann. a. 1872 pag. 625 et a. 1875 p. 149 de aliquot locis disputauimus.

I

Carminis incompti lusus lecture procaces,
Conueniens Latio pone supercilium.
Non soror hoc habitat Phoebi, non Vesta sacello,
Nec quae de patrio uertice nata dea est,
Sed ruber hortorum custos, membrosior aequo,
Qui tectum nullis uestibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti praetende tegendae,
Aut quibus hanc oculis aspicis, ista lege.

II

Ludens haec ego teste te, Priape,
Horto carmina digna, non libello,
Scripsi non nimium laboriose.
Nec Musas tamen, ut solent poetae,
Ad non uirgineum locum uocaui.
Nam sensus mihi corque defuisset,
Castas, Pierium chorum, sorores
Auso ducere mentulam ad Priapi.
Ergo quidquid id est, quod otiosus
Templi parietibus tui notaui,
In partem accipias bonam, rogamus.

III

Obscure poteram tibi dicere: ‘da mihi, quod tu
Des licet assidue, nil tamen inde perit.
Da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
Cum tenet obsessas inuida barba genas,

I. 1 Arminis, *om. litt. initiali*, **H** ‖ 3 hoc **O**ς: hic ς | phebi **A** ‖ 4 Non **V** ‖ 5 ortorum **O** ‖ 8 hanc **HV**ς: hec **AL** h(a)ec ς

II. 1 priapo **A**,ς *unus* ‖ 2 Orto **O** ‖ 5 Ad **HL**: At **AV** | uirgineum **AL**ς: ingenuum **V**ς inguen **H** | locum **HL**ς: corum **A** chorum **V** *in ras.*, ς iocum ς ‖ 6 semsus **A** ‖ 7 pierium **L**: pyerium **A** pieridum **V**ς pyetidum **H** | corum **A** ‖ 9 quicquid *omnes praeter* **A** ‖ 10 tuis **L** ‖ 11 Impartem **A**

III. 3 michi (*fere semper*) **A** ‖ 3 quod *ex* que **H** ‖ 4 Cum **A**ς: Dum **HL**ς Quom **V** (*ut semper*) | teget *Aldina*

Quodque Ioui dederat, qui raptus ab alite sacra
  Miscet amatori pocula grata suo,
Quod uirgo prima cupido dat nocte marito,
  Dum timet alterius uulnus inepta loci.'
Simplicius multo est 'da pedicare' Latine
  Dicere: quid faciam? crassa Minerua mea est.

IIII

Obscenas rigido deo tabellas,
Ducens ex Elephantidos libellis,
Dat donum Lalage rogatque, temptes,
Si pictas opus edat ad figuras.

V

Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
  Versibus haec infra scripta duobus erit:
'Quod meus hortus habet, sumas inpune licebit,
  Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.'

VI

Qui sum ligneus, ut uides, Priapus
Et falx lignea ligneusque penis,
Prendam te tamen et tenebo prensum
Totamque hanc sine fraude, quantacumque est,
Tormento citharaque tensiorem
Ad costam tibi septimam recondam.

---

5 Quod ioui **H** ‖ 6 grata **HL**ς: sacra **AV** ‖ 8 alterius **H**ς: illius **ALV** ‖ 9 latino **O** (latoino **H**) ς; latine ς *uulgo* ‖ 10 puella *subpunctum et marg.* minerua, **L**

IIII. 2 Ducens **H**ς: Dicens **A** Dicans **LV**ς | elifanticos **A** ‖ 3 tentes **L**ς ‖ 4 pietas **A**

V. 2 hec **A**: hic **H**ς his **LV** ‖ 3 ortus **O** | sūmas **A** summas **L** | impune **HL** ‖ 4 Si mihi tu dederis **H** | ortus **O** (*quod ut constantem scripturam abhinc non enotabo*)

VI. 1 Qui **L** *mgo*: Quod **O**ς Quom sim *L. Muellerus* | sim **V** ‖ 2 penis, e *supra* i **V** pennis **H** ‖ 3 et *om.* **H** | tenebo **HLV** *corr.* ς: tenendo **AV** *m. 1* | prensum **L**: pressum **A** prensam **H**ς pressam **V** ‖ 4 Totam hanc **H** ‖ 5 cythar. **L** cytar. **HV** | tentiorem **H**ς ‖ 6 septā **A**

VII

Cum loquor, una mihi peccatur littera; nam te
Pe-dico semper blaesaque lingua mihi est.

VIII

Matronae procul hinc abite castae:
Turpe est uos legere inpudica uerba. —
Non assis faciunt euntque recta:
Nimirum sapiunt uidentque magnam
Matronae quoque mentulam libenter.

VIIII

Cur obscena mihi pars sit sine ueste, requiris:
Quaere, tegat nullus cur sua tela deus.
Fulmen habet mundi dominus, tenet illud aperte;
Nec datur aequoreo fuscina tecta deo.
Nec Mauors illum, per quem ualet, occulit ensem;
Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phoebum portare sagittas?
Clamne solet pharetram ferre Diana suam?
Num tegit Alcides nodosae robora clauae?
Sub tunica uirgam num deus ales habet?
Quis Bacchum gracili uestem praetendere thyrso,
Quis te celata cum face uidit, Amor?
Nec mihi sit crimen, quod mentula semper aperta est:
Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

X

Insulsissima quid puella rides?

VII. 1 loquar *et* lictera **A** | te **A**ς: T **H** .T. **L** .et. **V** ‖ 2 pedico **HV**: podico **A** P. dico **L** | blesaque **O** | mihi **O**ς: mea ς *uulgo*

VIII. 1 hinc procul, *sed corr.,* **V** ‖ 2 impudica **HL**ς

VIIII. 1 Quor (*semper*) **V** | requirēs **A** ‖ 2 Quaero **O**ς, *corr. L. Muellerus de re m. 51 et Buechelerus* | cur *ex* cum *corr.* **V** *m. rec.* | tela **A**, **L** *mgo*, ς: signa *ceteri* ‖ 3 habens **A** ‖ 5 emsem **A** ‖ 7 Num **LV**ς: Non **H**ς Nec **A** | hamatas **H** | phebum (*semper*) **A** | sagiptas **AV** ‖ 8 Clam nec **A** | dyana **A** ‖ 9 Nun **H** Non ς | tenet **A** ‖ 10 tunicam **LV** | nun **H** non ς ‖ 11 baccum **A** | tyrso **ALV** tirso **H**

Non me Praxiteles Scopasue fecit,
Non sum Phidiaca manu politus;
Sed lignum rude uillicus dolauit,
Et dixit mihi: 'tu Priapus esto'.
Spectas me tamen et subinde rides:
Nimirum tibi salsa res uidetur
Adstans inguinibus columna nostris.

XI

Ne prendare, caue. prenso nec fuste nocebo,
  Saeua nec incurua uulnera falce dabo:
Traiectus conto sic extendere pedali,
  Vt culum pugam non habuisse putes.

XII

Quaedam annosior Hectoris parente,
Cumaeae soror, ut puto, Sibyllae,
Aequalis tibi, quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem,
Infirmo solet huc gradu uenire
Rugosasque manus ad astra tollens,
Ne desit sibi, mentulam rogare.
Hesterna quoque nocte dum precatur,
Dentem de tribus excreauit unum.

X. 2 praxitelex **A** prassiteles **V** | copasue **O** ‖ 3 Non **ALV**ς: Nec **H**ς | sum subdiata **A** ‖ 4 uillicus, *ita* **O** ‖ 7 salsa ς: falsa **O**ς ficta ς ‖ 8 Adst. **HL**ς: Asst. **A** Ast. **V**ς | columpna **AV** puella **L**

XI. 1 Me **A** Nec **H** | prendare *Buechelerus*: prensare **O**ς prensere ς | prenso **V**ς: prensus **AHL**ς prensis ς ‖ 2 Sceua **H** scaeua ς ‖ 3 Traiecta **H** | corto **V** | expendere **L** | pedali *ex* spedali *corr.* **L** | pugam *scripsi*: rugam **AHL**ς rugas **V**ς

XII. 1 annosior (*uel* haud iunior) *Heinsius*: iunior **O**ς senior ς *unus*, serior *Scaliger* turpior *O. Iahnius* putrior *Buechelerus* ‖ 2 Cume(a)e **O**ς Cumanae ς | sibill(a)e **AV** ‖ 3 Et qualis **H** | reuertes **L** ‖ 4 Teseus **AL** | reperit **AV**ς | domo **L** ‖ 6 rogosasq; **A** ‖ 7 Nec **L** | tibi **A** | mentulam **L**ς: mentula **AHV**ς desim sibi mentula *Auancius* | rogate **A** ‖ 8 nocte *Buechelerus*: luce **O**ς ⌈ procatur **A**, *ut uid.*; rogatur *expuncto* **L** precatur *habet* ‖ 9 excreauit **L**: hec creauit **A** hic screauit **HV**ς

'Tolle' inquam 'procul ac iube latere
Scissa sub tunica stolaque russa,
Vt semper solet, et timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naso,
Vt credas Epicuron oscitari.'

XIII

Percidere puer, moneo: futuere puella:
Barbatum furem tertia poena manet.

XIIII

Huc huc, quisquis es, in dei salacis
Deuerti graue ne puta sacellum.
Et si nocte fuit puella tecum,
Hac re quod metuas adire, non est.
Istud caelitibus datur seueris:
Nos uappae sumus et pusilla culti
Ruris numina, nos pudore pulso
Stamus sub Ioue coleis apertis.
Ergo, quoi libet, huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.

XV

Commisso mihi non satis modestas
Quicumque attulerit manus agello,
Is me sentiet esse non spadonem.
Dicat forsitan haec sibi ipse: 'nemo

---

10 ac *omnes praeter* **A**, *qui* et *habet* ‖ 11 russa **A**: ruffa *ceteri* ‖ 13 hyatu **AV** ‖ 14 eminete **V** ‖ 15 epicurii **A** epicureos **HVς** epicureo, s *suprascr.*, **L** | oscitari **AVς**: obscitari **Lς** citari **Hς**

XIII. 1 Precidere **O** (*ita uel* Praec. ς), *corr. Forbergerus*; perscindere *maluit L. Muellerus* | mone **L** ‖ 2 pena **AV**

XIIII. 2 Diuerti **Oς** | putas **V** ‖ 5 Istud **ALVς**: Istuc **Hς** | celtibus **V** ‖ 5 uape **H** napee **L** ‖ 6 culti *ex* cultu *corr.* **V** ‖ 7 *om.* **L** ‖ 9 quoilibet *ego*: quilibet **AHς**, **V** *mgo m. rec.*; cuilibet **Lς** quib; **V** ‖ 10 Nigri ς *unus*

XV. 3 sentiat **A** ‖ 4, 5 **AHς**: 5, 4 *ponunt* **VLς** ‖ 4 hec **AVς**: hoc **LHς** | sibi **LVς**: tibi **AHς** | ipse nemo **HVς**: esse nemo **L** ne quisquam **A**; *fortasse* D. f. hoc sibi: unde quisquam

Hic inter frutices loco remoto
Percisum sciet esse me'; sed errat:
Magnis testibus ista res agetur.

XVI

Qualibus Hippomenes rapuit Schoeneida pomis,
  Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat,
Qualia credibile est spatiantem rure paterno
  Nausicaen pleno saepe tulisse sinu,
Quale fuit malum quod littera pinxit Aconti,
  Qua cupido lecta pacta puella uiro est:
Talia cuncta pius dominus florentis agelli
  Inposuit mensae, nude Priape, tuae.

XVII

Quid mecum tibi, circitor moleste?
Ad me quid prohibes uenire furem?
Accedat, sine: laxior redibit.

XVIII

Commoditas haec est in nostro maxima pene,
  Laxa quod esse mihi femina nulla potest.

---

5 Hic ς: Huc **O**ς | intret **H**ς intra **V** | fructices **AV** ‖ 6 Precisum **O**ς, *corr.* ς; perscissum *L. Muellerus* | sciet **HV**ς: sciat **AL**ς | me] *mgo* at. te **A** ‖ 7 ipsa res agatur **V**

XVI. 1 Qualibet **V** (*corr. mgo m. rec.*) | yppomenes **L** ypomenes **AV** hypomones **H** | ceneida **LV** ceneyda **A** ceneida **H** ‖ 3 Hesperidum *Itali*: yppomenes **L** ypomenes (-nis **V**) **AV** hypomones **H**, *itidemque fere* ς ‖ 4 Nausicaen *ego*: Nausicam **ALV** *m. 2* ς Nasicam **V** *m. 1* Nassicam **H**ς Nausicen ς Nausicaam *uulgo* Nausicaan *L. Muellerus* | sinu] uiro **L** ‖ 5 acontii **A** achonti **L** ‖ 6 *ex* **A** *dedimus*: lecta cupido — uiro est **H**ς lecta est cupido — uiro **LV**ς ‖ 7 Talia cuncta *scripsi*: Talia cunque **HLV**ς Qualiacūq; **A** Talia quinque ς *unus* | pius **A**: *om.* **L** puer **HV**ς Talia nunc pauper *Buechelerus* ‖ 8 Imp. **H**ς

XVII. 2 fures **V**

XVIII. 1 Comoditas **V** | penne **H** ‖ 2 Lassa **L**ς Laxaq; esse **A**

XVIIII

Si quando Telethusa circulatrix,
Quae clunem tunica tegente nulla
Aestu latius altiusque motat,
Crisabit tibi fluctuante lumbo:
Haec sic non modo te, Priape, possit,
Priuignum quoque sed mouere Phaedrae.

XX

Fulmina sub Ioue sunt; Neptuni fuscina telum;
Ense potens Mars est; hasta, Minerua, tua est;
Suttilibus Liber committit praelia thyrsis;
Fertur Apollinea missa sagitta manu;
Herculis armata est inuicta dextera claua:
At me terribilem mentula tenta facit.

XXI

Copia me seruet: tu suffragare rogatus,
Indicio nec me prode, Priape, tuo,
Quaeque tibi posui tamquam uernacula poma,
De sacra nulli dixeris esse uia.

XXII

Femina si furtum faciet mihi uirue puerue,
Haec cunnum, caput hic praebeat, ille nates.

XVIIII. 1 Si *scripsi*: Hic **O** ς ecquando *Scaliger* | theletusa **A** thelatusa **H** teletusa **V** ‖ 2 tegentem **L** ‖ 3 Aestu *scripsi*: Extis **O** ς Extu ς aestis ς Sistris *Buechelerus* | latius *scripsi*: satius **O** ς (≡altius **V**) aptius ς | altius ue **LV**; acriusque *L. Muellerus* | motat *Forbergerus*: mouet **O** ς mouit *uulgo* ‖ 4 Crisabit **A**: Crissabit *ceteri; de forma* crisare *cf. Lachmannus ad Lucr. p.* 276 *et L. Muellerus ad Lucil. p.* 229; crissauit *uulgo* ‖ 5 Haec sic *scripsi*: Hec si **AL** Sic **HV** ς Sic ut ς | possit *Muellerus*: posset **O** ς

XX. 1 Neptūni **A** Neptumni **L** Neptunni **H** ‖ 3 Suttil. **A**: Subtil. **HLV** *m. 1* Sutil. **V** *corr.* | cōmictit **A** | tyrsys **A** tyrsis **V** tirsis **HL** ‖ 4 sagipta **AV** sagicta **L** ‖ 5 inuicti **L** ‖ 6 Ac **V**

XXI. 1 me seruet *ego*: me perdit (prodit **V**) **O** ς mi periit *Antonius* deperiit *Muellerus* ‖ 2 Inditio **A** | me **LV** ς: nos **H** ς no **A** *ita ut supra* o *lineola erasa uideatur* ‖ 3 Hec quecunq; tibi posui u. p. **L**

XXII. 1 uirque puerque (purq; **L**) **O** ς, *corr. Muellerus*

XXIII

Quicumque hic uiolam rosamue carpet
Furtiuumue olus aut inempta poma,
Defectus pueroque feminaque
Hac tentigine, quam uidetis in me,
Rumpatur, precor, usque mentulaque
Nequicquam sibi pulset umbilicum.

XXIIII

Hic me custodem fecundi uillicus horti
Mandati curam iussit habere loci.
Fur habeas poenam, licet indignere 'feram'que
'Propter olus' dicas 'hoc ego?' 'propter olus'.

XXV

Hoc sceptrum, quod, ubi arbore est recisum,
Nulla iam poterit uirere fronde;
Sceptrum, quod pathicae petunt puellae,
Quod quidam cupiunt tenere reges,
Cui dant oscula nobiles cinaedi,
Intra uiscera furis ibit usque
Ad pubem capulumque coleorum.

XXVI

Porro — nam quis erit modus? — Quirites,
Aut praecidite seminale membrum,
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinae sine fine prurientes
Vernis passeribus salaciores,

XXIII. 1 rosamq; **A** ‖ 2 inemta *ex* inepta *corr.* **V** ‖ 3 Defetus ue **L** | pueroque **AH**ς: puerq; **V** puerue **L** | feminaue **L** ‖ 4 quam **H**ς: qua **AV** quem **L**

XXIIII. 3 caueas *Muellerus* | penam **A** | que *om.* **V**

XXV. 1 quo **L** | ubi (*uel* ut) arbore est recisum *scripsi*: ab (ex **L**) arbore est recisum **O**ς ab arbore ut recisum est *uulgo* 2 etiam **A** | uirere **H**ς: reuirere **AV**ς reuire **L** ‖ 3 patic(a)e **O**ς ‖ 5 Quoi **V** | obscula **AL** | cinedi **O**

XXVI. 1 Poro **H** | modus] **A** *mgo*: al. metus ‖ 5 pasteribus **H** | salatiores **AV** solatiores **H**

Aut rumpar nec habebitis Priapum.
Ipsi cernitis, ecfututus ut sim
Confectusque macerque pallidusque,
Qui quondam ruber et calens solebam
Fures caedere quamlibet ualentes.
Defecit latus et periculosam
Cum tussi miser expuo saliuam.

XXVII

Deliciae populi, magno notissima circo,
Quintia, uibratas docta mouere nates,
Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo
Ponit et adducta tympana pulsa manu:
Pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat,
Tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

XXVIII

Tu, qui non bene cogitas et aegre
Carpendo tibi temperas ab horto,
Pedicabere fascino pedali.
Quod si tam grauis et molesta poena
Non profecerit, altiora tangam.

XXVIIII

Obscenis, peream, Priape, si non
Vti me pudet inprobisque probris.
Sed cum tu posito deus pudore

---

6 rumpat **A** ‖ 7 ecfututus ut *Buechelerus*: ut fututus ut **A** futurus ut **L** ut futuiturus **V** futuiturus **H**, *similia* ς, *nisi quod unus* et fututus ut *habet*, exfututus *uulgo* ‖ 8 macer, *om.* que, **L** ‖ 9 condam **AV** | calens *scripsi*: ualens **O**ς rigens *Buechelerus* uigens *Muellerus* ‖ 10 scindere *idem* | quoslibet **L** ‖ 11 Deficit **HLV**ς ‖ miser *om.* **H**

XXVII. 1 Delitie **AHV** | circo *om.* **H** ‖ 3 cimbala **AHV** | pruritus **H** ‖ 4 abducta (obd. **V**) **O**ς | timpana (tinp. **V**) **ALV**ς: cimbala **H** ‖ 5 spectatibus **V** ‖ 6 fit (*mgo* c' sit) **A**

XXVIIII. 2 inprobisque probris *scripsi*: īprobris probrisq; **A** improbis probisque **HL**ς improbis probrisque **V**ς improbisque uerbis *uulgo*

Ostendas mihi coleos patentes,
Cum cunno mihi mentula est uocanda.

XXX

'Falce minax et parte tui maiore, Priape,
Ad fontem, quaeso, dic mihi qua sit iter.'
Vade per has uites, quarum si carpseris uuam,
Cur aliter sumas, hospes, habebis aquam.

XXXI

Donec proterua nil mei manu carpes,
Licebit ipsa sis pudicior Vesta.
Sin, haec mei te uentris arma laxabunt,
Exire ut ipse de tuo queas culo.

XXXII

Vuis aridior puella passis,
Buxo pallidior nouaque cera,
Collatas sibi quae suisque membris
Formicas facit altiles uideri,
Cuius uiscera non aperta Tuscus
Per pellem poterit uidere aruspex,
Quae suco caret estque pura pumex

---

4 Ostendas **AL**ς: ostendis **HV**ς

XXX. 1 Falet **H** | minans **A** | et **A** *mgo*, ς *uulgo*: ex **O**ς ‖ 3 uuam **O**ς, *nisi quod in* **A** *ex* unam *correctum est,* unam ς; uuas *uulgo* ‖ 4 Cur **O**ς: Quas *uulgo* | sūmas **AV** summas **L** | aquam **AL**: aquas **HV**ς

XXXI. 1 mei ς: mea **AH** *m. 1* **V**ς tua **H** *m. 2* **L** ‖ 2 pudicitior **AV** pudicicior **H** ‖ 4 ipse *Buechelerus*: ipsa **O**ς | queas de t. c. **V** | cunno *Scioppius*

XXXII. 1 arridior **V** ‖ 2 Busso **AH**ς ‖ 3 Collata≡ (*eras.* m) sibi que (*hoc supra lin.*) **A** Collatas sibiq; **H** Collatasq; sibi quae **L** Conlatasq; sibi (*om.* quae) **V**; *similia* ς, *sed ut in nonnullis uerum sit repertum* ‖ 7 *om.* **A** *in initio nouae paginae* | succo **H**ς | estque pura *scripsi*: usque putris **H**ς us; putrix **V** atque putris **L**, *similia alii* ς; ut putrisque *uulgo* atque petra *Scaliger* atque putra *Vossius* ut peresa (porosa) *Heinsius* usque quaque *Buechelerus* est putusque *Muellerus. femininum uocis* pumex *usum testatur Seruius ad Aen.* XII 587 | pilmex **V** pomex **H** *m. 1*

(Nemo uiderit hanc ut expuentem,
Quam pro sanguine puluerem scobemque
In uenis medici putant habere),
Ad me nocte solet uenire et affert
Pallorem maciemque larualem.
Ductor ferreus insulariusque
Lanternae uideor fricare cornu.

XXXIII

Naidas antiqui Dryadasque habuere Priapi,
Et quo tenta dei uena subiret, erat.
Nunc adeo nihil est, adeo mea plena libido est,
Vt Nymphas omnis interiisse putem.
Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar,
Falce mihi posita fiet amica manus.

XXXIIII

Cum sacrum fieret deo salaci,
Conducta est pretio puella paruo
Communis satis omnibus futura:
Quae quot nocte uiros peregit una,
Tot uerpas tibi dedicat salignas.

XXXV

Pedicabere, fur, semel; sed idem
Si praedatus eris bis, irrumabo;

---

8 *pro* ut **A** nisi *a m. 2 in rasura habet* ‖ 9 pulue≡rē **V** | scobemque ς: scrobemque **O** ς ‖ 11 solet uenire nocte **L** ‖ 12 matiemq; **V** | lariualem **A** ς *unus* ‖ 13 insulariusque *Burmannus*: insularis eque (eque **L** ς) **O** ς ‖ 14 Lanternae ς *unus*: latern(a)e **O** ς

XXXIII. 1 Nayades **AH** Naiades **L** ς Naydes **V** | driadesque (que *om.* **V**) *codd. praeter* **A** ‖ 2 quoi — subaret *L. Muellerus* ‖ 3 nicil **A** nil **V** ‖ 4 omnis **LV** ς: omnes **AH** ς ‖ 5 factu *plerique*: dictu **L** fatu ς *unus* | sed ne **AV** ς: sed si **HL** ς ‖ 6 mihi *Buechelerus*: manu **O** ς

XXXIIII. 2 p̄tio **A** ‖ 3 Comunis **AV** | fututura **V**

XXXV. 1 *pro* sed idem *expectes participium cum* semel *coniungendum, uelut* refigens ‖ 2 Si precisus eris **O** ς (*nisi quod* prehensus **L**, deprehensus *unus* ς, prensus *alter* ς); *correxi.* Si deprensus eris *Meyerus*

Et si tertia furta molieris,
Vt poenam patiare et hanc et illam,
Pedicaberis irrumaberisque.

XXXVI

Notas habemus quisque corporis formas:
Phoebus comosus, Hercules lacertosus;
Trahit figuram uirginis tener Bacchus;
Minerua rauo lumine *est*, Venus paeto;
Frontem caprinos Arcadas uides Faunos;
Habet decentes nuntius deum plantas;
Tutela Lemni dispares mouet gressus;
Intonsa semper Aesculapio barba est;
Nemo est feroci pectorosior Marte:
Quod si quis inter hos locus mihi restat,
Deus Priapo mentulatior non est.

XXXVII

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum, quaeritis, unde procreamur?
Cum penis mihi forte laesus esset
Chirurgique manum miser timerem,
Dis me legitimis nimisque magnis,

---

3 Et **A**: Quod *ceteri* ‖ 4 patiare et hanc **A**ς: patiare hanc **HV**ς patiaris hanc **L**ς ‖ 5 irrim. **L**

XXXVI. 1 corporis quisque (s *in* **V** *suprascr.*) formas **O**ς ‖ 2 Febus **A** ‖ 3 Trait **A** | sacer (*mgo*: al. tener) **L** celer **H** | bachus **A** ‖ 4 Minera **H** | flauo **O**ς; rauo *Hauptius*, glauco *Antonius* | est *om.* **O**ς ‖ 5 Fronte crinitos **O**ς (*in* **V** *ex* crinidos *corr.*); frontes ς *unus*, frontem ς *unus*; comatos *uulgo* cruentos *Scaliger* bicornes (*uel* eminentes) *Buechelerus* caprinos *L. Muellerus* | orcades **A** archades **HLV**ς arcades ς ‖ 6 nuntium deus **A** nunctius deus **V** ‖ 8 Resculapio **V** ‖ 10 hos ς *pauci*: h(a)ec **O**ς ‖ 11 priapo nemo mentulatior est **V**

XXXVII. 3 ponis **L** pennis **H** | mihi forte **A**ς: forte mihi **HLV** ‖ 4 chirurgique ς: cirugiq; **A** cirugicamque **HV** *m. 1* cyrugicamque **L** chirurgicamque **V** *corr.* ς ‖ 5 Dis (*siue* Diis) me legitimis *codd. praeter* **A**, *qui habet* Me duci medicis nimisque; *latet aliquid, cum in uulgata lectione* me *plane abundet; puto* dum dis legitimis *siue* dum diuis medicis, *ut a u.* 8 *apodosis incipiat*

Vt Phoebo puta filioque Phoebi,
Curandam dare mentulam uerebar,
Huic dixi: 'fer opem, Priape, parti,
Cuius tu, pater, ipse pars uideris:
Qua salua sine sectione facta
Ponetur tibi picta, quam leuaris,
Par uel consimilisque concolorque.'
Promisit fore mentulamque mouit
Pro nutu deus et rogata fecit.

XXXVIII

Simpliciter tibi me, quodcumque est, dicere oportet,
  Natura est quoniam semper aperta mihi:
Pedicare uolo, tu uis decerpere poma;
  Quod peto, si dederis, quod petis, accipies.

XXXVIIII

Forma Mercurius potest placere,
Forma conspiciendus est Apollo,
Formosus quoque pingitur Lyaeus,
Formosissimus omnium est Cupido.
Me pulcra fateor carere forma,
Verum mentula luculenta nostra est:
Hanc mauult sibi quam deos priores,
Si qua est non fatui puella cunni.

XXXX

Nota Suburanas inter Telethusa puellas,

---

6 phebo *et* phebi **A** ‖ 7 Curandam **AL**: Curatum **HV**ς | uidebar **V** (*corr. m. rec. mgo*), **H**ς ‖ 9 pars *Gronouius*: par **O**ς Lar *Muellerus* ‖ 11 qua **L**ς ‖ 12 Par uel *scripsi*: Parue et **A** Parua et *ceteri fere omnes*; parque *Antonius* compar *Scaliger* | consimilis, *om.* que, **V** ‖ 14 uultu **H**

XXXVIII. 1 opportet **A** ‖ 4 dederis quodlibet acc. **L**

XXXVIIII. 1 placere potest **L** placare **V** ‖ 2 *om.* **V** ‖ 3 lieus **AHV** ‖ 4 est omnium cupido **L** omnium est apollo **A** est a(p)pollo omnium **HV**; *et sic fere* ς *recepta lectione* apollo ‖ 5 pulchra **HL**ς ‖ 6 mea est **L**

XXXX. 1 sub (suo **V**) urbanas **O**ς | celesina **A** theleth. **L** thelat. **H** telet. **V**

Quae, puta, de quaestu libera facta suo est,
Cingit inaurata penem tibi, sancte, corona:
Hunc pathicae summi numinis instar habent.

XXXXI

Quisquis uenerit huc, poeta fiat
Et uersus mihi dedicet iocosos.
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet poetas.

XXXXII

Laetus Aristagoras natis bene uilicus uuis
De cera parili dat tibi poma, deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi
Fac ueros fructus ille, Priape, ferat.

XXXXIII

Velle quid hanc dicas, quamuis sim ligneus, adstans
Oscula dat medio si qua puella mihi?
Augure non opus est: 'in me' (mihi credite) dicit
'Vtatur ueris uiribus hasta rudis.'

XXXXIIII

Nolite omnia, quae loquor, putare
Per lusum mihi per iocumque dici.

---

2 puta ς *unus*: puto **O**ς | est *om.* **HV** ‖ 3 pennem **H** ‖ 4 Hunc **L**ς: Hoc **A** Hanc **HV**ς | patice **O** | muneris **L**

XXXXI *omittit* **A** ‖ 4 Ficosiss. **HLV**ς: fucosiss., iocosiss., *similia* ς *pauci*

XXXXII. 1 Doctus **A** | aristogoras **O**ς | natus **L** | uilicus, *sic hic* **A**: uillicus *ceteri* ‖ 2 parili (*scil.* uuis) *scripsi*: facta **O**ς facili ς *unus*; *uaria coniecerunt*, factas *Hauptius, qui et pro* poma *uoluit* dona ‖ 3 ymagine **AV**

XXXXIII. *hoc carmen post sequens ponunt uulgo contra* **O**ς ‖ 1 lingeus **V** | adstans *scripsi*: hastam **O**ς quamuis sic ligneus adstem *Doruillius* ‖ 2 Obscula **A** ‖ 3 dicit *scripsi*: dixit **O**ς ‖ 4 Utatur *scripsi*: Utetur **O**ς | ueris usibus **O**ς *sine sensu*; Veneris lusibus *Heinsius*, uerae uiribus *Ouwensius*, nerui uiribus *L. Muellerus*

XXXXIIII. 1 qu(a)e dico putare **HL**ς ‖ 2 luxum **L**

Deprensos ego ter quaterque fures
Omnes, non dubitetis, irrumabo.

XXXXV

Cum quendam rigidus deus uideret
Feruenti caput ustulare ferro,
Ut Maurae similis foret puellae,
'Heus' inquit 'tibi dicimus, cinaede,
Vras te licet usque torqueasque,
Num tandem prior es puella, quaeso,
Quoi sint, mentula quos habet, capilli?'

XXXXVI

O non candidior puella Mauro,
Sed morbosior omnibus cinaedis,
Pygmaeo breuior gruem timenti,
Vrsis asperior pilosiorque,
Medis laxior Indicisue bracis:
Mandes huic licet, ut libet, te inire;
Nam quamuis uidear satis paratus,
Erucarum opus est decem maniplis,
Fossas inguinis ut teram dolemque
Cunni uermiculos scaturrientis.

---

3 Deprendens **A** Deprehensos **HV**ς | ego *om.* **H**, *unde* quoque *pro* ego ς *pauci* ‖ 4 non **O**ς (*cf. Ouid. a. a.* III 133): ne *uulgo* | irrimabo **A** irrimando **L**

XXXXV. 4 cinede **A** cinedo **HV**ς ‖ 5 usque quod **H** | torqueasque *Aldina*: torquearis **O**ς ‖ 6 Non **L** | priores **V**ς prior est ς ‖ 7 Quoi *Tan. Faber*: Qua **AL** Quam *ceteri* | sint **A**: sunt *plerique codd.*

XXXXVI. *cohaeret in* **A** *antecedenti* ‖ 1 moro **AH** ‖ 2 cynedis **AV** cinedis **H** ‖ 3 pigmeo **AHL** pigineo **V** | timenti **O**ς: timente ς ‖ 5 indicis libratis **O**ς Indicisque braccis *uulgo* Indicisue bracis *Buechelerus* ‖ 6 Mandes ς *pauci*: Manes **O**ς Mallem *Is. Vossius* Manda *L. Muellerus* | huic (*siue* parti *siue* Priapo) licet *scripsi*: hic licet **O**ς scilicet *Is. Vossius* | ut libet te inire *scripsi*: ut libenter ires **O**ς ut libet perires *Buechelerus* ut libet perennis *L. Muellerus* ‖ 8 Erutatum **A** Eurucarum **V** ‖ 9 terram **HL**ς dolem teramque ς ‖ 10 Cum **H** | scaturientis (-tes **V**) **O**ς

XXXXVII

Quicumque uestrum, qui uenitis ad cenam,
Libare nullos sustinet mihi uersus,
Illius uxor aut amica riualem
Lasciuiendo languidum, precor, reddat,
Et ipse longa nocte dormiat solus
Libidinosis incitatus erucis.

XXXXVIII

Quod partem madidam mei uidetis,
Per quam significor Priapus esse:
Non ros est, mihi crede, nec pruina,
Sed quod sponte sua solet remitti,
Cum mens est pathicae memor puellae.

XXXXVIIII

Tu, quicumque uides circa tectoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci,
Versibus obscenis offendi desine: non est
Mentula subducti nostra supercilii.

L

Quaedam, si placet hoc tibi, Priape,
Fucosissima me puella ludit
Et nec dat mihi nec negat daturam:
Causas inuenit usque differendi.
Quae si contigerit fruenda nobis,

XXXXVII. 1 qui *om.* **A** hic (*mgo m. rec.* huc) **V** ‖ 2 substinet **A** ‖ 3 uocor (*mgo m. rec.* uxor) **V** | ut **A** ‖ 5 ipsa **L** | longa nocte **Lς**: nocte longa **AHVς** ‖ 6 eurucis **V**

XXXXVIII. 1 Quo **V** *m. 1* ‖ 3 est *om.* **L** ‖ *uerba* 48, 4 sua solet — 50, 5 fruenda nobis **V** *m. 1 omisit, in spatio uacuo add. m. rec.* ‖ 4 remicti **A** ‖ 5 patic(a)e **O**

XXXXVIIII. 1 circum **L** | tectoria *Scaliger*: temptoria **AL** tentoria **HVς**

L. 2 Fucosiss. **A**: Ficosiss. *ceteri codd.* tricosissima *Hauptius*; *erat cum* nugosissima *conicerem* | ridet **V** ‖ 4 Causas **Oς**: Causasque *uulgo* | husque **A** ‖ 5 futuenda **L**

Totam cum paribus, Priape, nodis
Cingemus tibi mentulam coronis.

LI

Quid hoc negoti est quaue suspicer causa
Venire in hortum plurimos meum fures,
Cum, quisquis in nos incidit, luat poenas
Et usque curuos excauetur ad lumbos?
Non ficus hic est praeferenda uicinae
Vuaeque, quales flaua legit Arete,
Non mala truncis adserenda Picenis
Pirumue, tanto quod periculo captes,
Magisque cera luteum noua prunum
Sorbumue uentres lubricos moraturum.
Praesigne rami nec mei ferunt morum
Nucemue longam, quae uocatur Albana,
Amygdalumue flore purpurae fulgens.
Non brassicarum ferre glorior caules
Betasue, quantas hortus educat nullus,
Crescensue semper in suum caput porrum.
Nec seminosas ad cucurbitas quemquam
Ad ocimumue cucumeresque humi fusos

---

6 cum paribus ς: comparibus **AL**ς similibus **HV**ς sutilibus *Heinsius* | nodis *Buechelerus*: nostris **O**ς noster *Heinsius*

LI. 1 negotii **O**ς | suspicer **HV**ς: suspicor **AL**ς ‖ 3 Quin q. incidit in nos **V** | incidat **HL**ς ‖ 5 proferenda **V** ‖ 6 flaua et **L** | legit *edd.*: legis **O**ς, *nisi quod in* **A** *haec uox euanida* | arethe **AL**ς orethe **H** orechye **V**, *similia* (*ut* crete) ς ‖ 7 poma **L** | adserenda *edd.*: aseruanda **A** asseruanda **L**ς asseruata **H** obseruanda **V**ς ‖ 8 tanto q. periculo **L**ς: tanto q. pericula **AV**ς tanta q. pericula **H**ς | capte **A** ‖ 9 primum **L** ‖ 10 nomen fructus (*mgo*: al. uentres lubricos) **L** uentris lumbrices **A**; uentris *etiam* **H**ς ‖ 12 qu(a)e uocatur **O**ς: quam uocant *uulgo* | Albana *Scaliger*: alua **A** alna *reliqui codd.* auellanam *Aldina* ‖ *uu.* 12—20 *ordine peruerso in spatio uacuo add.* **V** *m. rec.* ‖ 13 Amigd. **AH**ς | purpurae *Burmannus*: purpureo **O**ς ‖ 14 brasicarum **O**ς | ferre *Burmannus*: fere **H**ς fero **LV**ς, *in* **A** *fere euanuit aut erasa est uox* | glorior *Burmannus*: gloriosior **O**ς ‖ 15 Betasue ς: Bet(a)eue **O**ς (Bleteue **H**) | quantos — educet **A** ‖ 18 acimumue **A** acynumue **L** acimumq; **H** | cucumeresue **L** cucumerosq; **V**

Venire credo, sessilesue lactucas
Acresque caepas aliumque furatum,
Nec ut salaces nocte tollat erucas
Mentamque olentem cum salubribus rutis.
Quae cuncta quamuis nostro habemus in saepto,
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum uenitis, inprobissimi fures:
Nimirum apertam conuolatis ad poenam,
Et uos id ipsum, quod minamur, inuitat,

LII

Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto,
Iam primum stator hic libidinosus
Alternis et eundo et exeundo
Porta te faciet patentiorem.
Accedent duo, qui latus tuentur,
Pulcre pensilibus peculiati;
Qui cum te male foderint iacentem,
Ad pastum ueniet salax asellus
Et nil deterius mutuniatus.

---

19 crede **HLV**ς | sessilesq; **V** assilesq; **L** | latucas **AL** || *u.* 22 *ante* 20 *posuit Buechelerus* || 22 cepas **A** alliumq; **L** aleumq; **H** | fibratum *Scaliger* || 21 Mentūq; **L** || 23 quamuis nostro *plerique*: nostro quamuis **L**ς *pauci* | habemus *uulgo*: habeamus **O**ς nostro quamquam habemus *L. Muellerus* | septo *in* **V** *add. m. 2* || 26 inpr. **V**: impr. *ceteri* || 28 Et uos id ipsum *Auancius*: Et uos hoc ipsum **HV**ς Et hoc uos ipsum **L** Cū (*in ras.*?) uos hoc ipsum **A** Hoc uos et ipsum *Santenius* | minuamur **A**

LII. 2 continens **H** || 3 statis **H** status **V** || 4 Alternis et **L**ς: Alterni s; **A** Alterni sed **H**ς Alternis sed **V**ς | exeundo **HA**ς: redeundo *ceteri* || 5 Porta te facient **V**, ς *plerique*: Portam te faciet **H** Porta patefiet **L** Portā te facient **A**ς; *an* portam in te faciet? || 6 Accedant **H** || 7 Pulchre **L**ς || *post u.* 7 *in* **V** *sequitur* 70, 5 *usque ad finem libelli, deinde nullo interuallo* 52, 8 *sqq.* || 8 Quicūq; te **AHV**ς | foderent **A** foderit **HV**ς || 9 pastum *scripsi*: partum **AHV**ς portam **L**ς partem ς partes *Salmasius* | ueniat **A** || 10 Et nil **A**ς: Nihil **HV**ς Nil iam **L** Nilo *Scaliger* |

Quare, si sapiet, malus cauebit,
Cum tantum sciat esse mentularum.

LIII

Contentus modico Bacchus solet esse racemo,
Cum capiant alti uix cita musta lacus,
Magnaque fecundis cum messibus area desit,
In Cereris crines una corona datur.
Tu quoque, diue minor, maiorum exempla secutus,
Quamuis pauca damus, consule poma boni.

LIIII

CD si scribas temonemque insuper addas,
Qui medium uult te scindere, pictus erit.

LV

Credere quis possit? falcem quoque — turpe fateri —
De digitis fures subripuere meis.
Nec mouet amissi tam me iactura pudorque,
Quam praebent iustos altera tela metus:
Quae si perdidero, patria mutabor, et olim
Ille tuus ciuis, Lampsace, Gallus ero.

---

dexterius **A** | minuciatus **A** minutiatus **LV**ς metulatus **H** mutoniatus ς mutuniatus *Buechelerus* ‖ 11 Quare (Qua **V** *m. 1*) si sapiet **O**ς *omnes* (*quod utpote ex Catulli* 35, 7 *sumptum retinui*): qui sapiet *uulgo* | malus *scripsi*: malum **O**ς malo *Pithoeus* ‖ 12 sciet **O**ς, *corr. Auancius ex Catulli* 5, 13; *qui locus etiam fauet nostro* malus

LIII. 1 bachus **A** ‖ 2 Cum capiant (-at **H**) altos (-tus **L**) uix cita (tita **V**) musta lacus (latus **A**) **O**ς; alti *uulgo*; sua *pro* cita ς; *ceterum totum locum nondum persanatum puto* ‖ 3 defit ς *unus* ‖ 4 ceteris **L** | datus **V** *m. 1* ‖ 5 sequuto **V**

LIIII. *in* **L** *sequitur* LV ‖ 1 CD *Buechelerus*: Ed *codd.* (Edi **A**) | super **V** ‖ 2 uult te (τ **V**) **O**ς: te uult ς *uulgo* | sindere **A**

LV *cohaeret praecedenti in* **A** ‖ 1 possit **A**ς *pauci*: posset *plerique* ‖ subripuere **AV** surripuere **H**ς: surripuisse **L**ς ‖ 3 amissa **L** | tam me **AL**'ς: me tam **HV**ς ‖ 5 perdiderim **V** | mutabor **A**: multabor *ceteri* ‖ 6 lausace **AH** lamsace, *suprascr.* p, **V** | ero *in* erit *corr.* **V**

LVI

Derides quoque, fur, et inpudicum
Ostendis digitum mihi minanti?
Eheu me miserum, quod ista lignum est,
Quae me terribilem facit uideri.
Mandabo domino tamen salaci,
Vt pro me uelit irrumare fures.

LVII

Cornix et caries uetusque bustum,
Turba putida facta saeculorum,
Quae forsan potuisset esse nutrix
Tithoni Priamique Nestorisque,
Illis ni pueris anus fuisset,
Ne desim sibi, me rogat, fututor.
Quid si nunc roget, ut puella fiat?
[Si nummos tamen haec habet, puella est.]

LVIII

Quicumque nostram fur fefellerit curam,
Effeminato inane pruriat lumbo;
Quaeque hic proterua carpserit manu poma
Puella, nullum reperiat fututorem.

LVI. 1 furet **A** | impud. **HL**ς ‖ 2 minantē **H** ‖ 3 eheu *Scaliger*: heu **V**ς heu heu **ALV**ς | quid lignum (*om.* ista) **L** | est **AL**ς: *om.* **HV**ς ‖ 6 irrimare **L** inguinare **A**

LVII *cohaeret praecedenti in* **A** ‖ 1 cariex **V** *m. 1* canens **H** ‖ 2 turba putida (-dica **A**) **O**ς: turba (et) putrida ς | s(a)eculorum **V**ς: sacculorum **AL** saculorum **H** ‖ 4 Titoni **O** (Titoniq; **V**ς) | Priamiue Nestorisue *L. Muellerus* ‖ 5 ni ς: in **O**ς ‖ 6 desit *uulgo* | futuitor **HV** ‖ 7 Que si (*corr. mgo*) **L** ‖ 8 (*in quo* hoc **V**) *ut spurium damnarunt Barthius et Antonius*

LVIII. 1 curam **A**ς *pauci*: fidem *ceteri* ‖ 2 Effeminato inminet (imminet **HL**ς iminet **V**ς) procul (procu **V** *m. 1*) dubio **O**ς; *uerba corruptissima, in quibus* culo *pro* dubio *et aut* marceat *aut auctore Is. Vossio* uerminet *scribunt, cum tamen flagitet sententia: uir cupiens coitum efficere nequeat* (*cf. u.* 4); *hinc quod supra legitur conieci* ‖ 3 Que **V** | hic **A**: h(a)ec *reliqui* | carpseris **A** | manu *om.* **L** ‖ 4 reperiat **AH**ς: reperiet **LV**ς inueniet ς | futuitorem **HV**

LVIIII

Praedictum tibi ne negare possis:
Si fur ueneris, inpudicus exis.

LX

Si quot habes uersus, tot haberes poma, Priape,
Esses antiquo ditior Alcinoo.

LXI

Quid frustra quereris, colone, mecum,
Quod quondam bene fructuosa malus
Autumnis sterilis duobus adstem?
Non me praegrauat, ut putas, senectus,
Nec sum grandine uerberata dura,
Nec gemmas modo germine exeuntes
Seri frigoris ustulauit aura,
Nec uenti pluuiaeue siccitasue,
Quod de se quererer, malum dederunt;
Non sturnus mihi gracculusue raptor
Aut cornix anus aut aquosus anser
Aut coruus nocuit siticulosus:
Sed quod carmina pessimi poetae
Ramis sustineo laboriosis.

LXII

Securi dormite, canes: custodiet hortum
Cum sibi dilecta Sirius Erigone.

LVIIII. 1 me **L** ‖ 2 impud. **HL**ς | exis *Is. Vossius*: eris **O**ς ibis *uulgo*

LX. 1 tot — quot **L**

LXI. 2 condam **AV** ‖ 3 Autumpnis **A** Auctumnus **L** | asstem **A** astem **V**ς ‖ 6 modo] meo **L** | exeuntem **V** ‖ 7 ustolauit **A** uffulauit **V** instillauit **L** ‖ 8 pluuiaue **V**, ue *om.* **H** ‖ 9 quererer **H**ς: querer **A** querere **LV** ‖ 11 amser **A** ‖ 12 sintic. **A** ‖ 13 Set **V** | quidem carmina **L** | peximi **V** ‖ 14 substineo **AV**ς

LXII. 1 cormite **L** | canis **H** ‖ 2 tibi **A** | delecta **V** | syrius **AV**

LXIII

Parum est quod, hic ut fiximus semel sedem,
Agente terra per caniculam rimas
Siticulosam sustinemus aestatem;
Parum, quod imos perfluunt sinus imbres
Et in capillos grandines cadunt nostros
Rigetque dura barba uincta crystallo;
Parum, quod acta sub laboribus luce
Parem diebus peruigil traho noctem.
Huc adde, quod me fuste de rudi uilem
Manus sine arte rusticae dolauerunt,
Interque cunctos ultimum deos numen
Cucurbitarum ligneus uocor custos.
Accedit istis inpudentiae signum,
Libidinoso tenta pyramis neruo.
Ad hoc puella — paene nomen adieci —
Solet uenire cum suo fututore,
Quae tot figuras, quot Philaenis enarrat,
Commenta bis pruriginosa discedit.

LXIII. 1 Parum est mihi quod hic fixi sedem *codd.* (*nisi quod* sedem **A**ς: fidem **HV**ς pedem **L**); *corr. Lachmannus ad Lucret. p.* 199; quod hic cum fixerint mihi sedem *Muellerus* humi quod hic semel pedem fixi *Buechelerus* ‖ 2 terra≡ **V** terram **HL** ‖ 3 subst. **A** substinēs **V** | etatem **A** ‖ 4 Parum quod **AH**ς: Parumque **LV**ς | imos perfluunt *Scioppius*: imi perfluunt **A**ς uni superfluunt **HV**ς, *idemque nisi quod* umi **L** hiemis perfl. *Buechelerus* udi perpluunt sinus imbre *Heinsius* ‖ 6 durā **A** duro *Heinsius* | crist. **AHV**ς ‖ 7 Parumque **LV**ς ‖ 9 quod me terribilem fuste *codd.* (*nisi quod* terribiles **HL**ς fustem **L**), *corr. Scaliger*; quod me uilem et e rudi fuste *L. Muellerus, alii alia* ‖ 11 cuntos **A** | deus **L** ultimo des nomen **A** ‖ 13 Accedet **A** | inpudenti **V** impudenti **H** impudentiae **L**ς ‖ 14 pir. **AV** ‖ 15 hoc *scripsi*: hec (= haec) **L** hanc **AHV**ς *uulgo* ‖ 16 futuitore **V** ‖ 17 Quae **O**ς: quo ς *unus* | figuras **A**ς: figuris **HLV**ς | quas **H** **V**ς | phylenis **A** philenis **H** filenis **V** ‖ 18 Commenta bis *scripsi*: Non inuentis **O**ς Non admouente *Heinsius* Non impetratis *Buechelerus* Non adnuente *Muellerus* | pruriginosa *Aldina*: pruriosa **O**ς (pruinosa **V**ς *pauci*) nos perosa *Buechelerus* | discedat **AL**

LXIIII

Quidam mollior anseris medulla
Furatum uenit huc amore poenae:
Furetur licet usque, non uidebo.

LXV

Hic tibi qui rostro crescentia lilia morsit,
  Caeditur e tepida uictima porcus hara.
Ne tamen exanimum facias pecus omne, Priape,
  Horti sit facias ianua clausa tui.

LXVI

Tu quae, ne uideas notam uirilem,
Hinc auerteris, ut decet pudicam:
Nimirum, nisi quod times uideri,
Intra uiscera habere concupiscis.

LXVII

Penelopes primam Didonis prima sequatur
  Et primam Cadmi syllaba prima Remi,
Quodque fit ex illis, tu mi deprensus in horto,
  Fur, dabis: hac poena culpa luenda tua est.

LXVIII

Rusticus indocte si quid dixisse uidebor,
  Da ueniam: libros non lego, poma lego.

LXIIII. 2 hūc **A** hic **L** | pene **A**

LXV. 1 Hec **HV**ȿ | nostro **L** | lilia *ex* labia *corr.* **V** | morsit *Buechelerus*: mersit **O**ȿ rosit *uel* rasit *uel* carpsit *Heinsius* || 2 et **L** | ara **O**ȿ || 3 Ne ȿ: Nec **O**ȿ (Non **L**) | exanimum *uulgo*: extraneum **O**ȿ (*in* extrarium *corr.* **V**) || 4 si **L** | facias] posthac *Buechelerus*

LXVI. 1 quae *om.* **V** || 2 aduerteris **A** || 3 Nimirum **O**ȿ: Nil mirum ȿ *pauci* **A** A mirum *Buechelerus* | quod *om.* **V** | uideri **AHV** *m. 1* ȿ: uidere **L**ȿ uideris **V** *m. rec.* || 4 Intra] Sacra **A**

LXVII. 1 Penolopes **O**ȿ | didonis **AL**ȿ: dido fac **HV**ȿ Didus fac *Heinsius* || 2 Cadmi *Scriuerius*: cani **O**ȿ | sill. **AHV**ȿ | reni **V** remis **L** || 3 Quodcūq; ex illis fit tu depr. **L**ȿ | ex iis **V** | tu mi ȿ: tu michi **A** tu mi **V** tu mis **H**ȿ mihi tu *uulgo* | dep̄nsus **AH** p̄hensus **V** | in] ab **L** || 4 hanc p(o)enam **AL**ȿ | tua *ex* tibi **H**

Sed rudis hic dominum totiens audire legentem
Cogor Homeriacas edidicique notas.
Ille uocat, quod nos psolen, *ψολόεντα κεραυνόν*;
Et quod nos culum, *κουλεόν* ille uocat.
Μερδαλέον certe si res non munda uocatur,
Et pediconum mentula merdalea est.
Qui, nisi Taenario placuisset Troica cunno
Mentula, quod caneret, non habuisset opus.
Mentula Tantalidae bene si non mota fuisset,
Nil, senior Chryses quod quereretur, erat.
Haec eadem socium tenera spoliauit amica,
Quaeque erat Aeacidae, maluit esse suam.
Ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen
Ad citharam, cithara tensior ipse sua.
Nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira:
Principium sacri carminis ile fuit.
Altera materia est error fallentis Vlixei;
Si uerum quaeras, hunc quoque mouit amor.
Hic legitur radix, de qua flos aureus exit,

LXVIII. *cohaeret in* **A** *cum praecedenti* ‖ 3 dnum (*om. lin.*) **H** ‖ 4 Cogor Homeriacas *Heinsius*: Coris **A**ς Choris **H**ς Carpsi **V**ς Constitui **L**ς, *tum* meracas (-chas ς) *omnes codd.* ‖ 5 Psoleon ille uocat quod nos (*om.* **H**) psolenta (sol. **V** psoloenta ς) cerānon (cerā nos **V** ceraumon **L** ceraunon ς) *codices fere; in quibus primum uocabulum, quod ψωλόν legit* (*Heinsius ψωλήν*), *post* quod nos *traiciendum esse agnouit Gronouius*; psolen *ego dedi, cum uoculam plebis latinae usu tritam requiri appareat* ‖ 6 Et **AL**: Id *ceteri* | uos **H** | culeon **O**ς (coleon **L**) ‖ 7 Merdaleon *codd. plerique* (Mend. **A** Merdalion ς) *σμερδαλεόν Heinsius* | si *Weberus*: nisi **O**ς (uisa **V** in se **H**) quasi *siue* sist *Buechelerus* ‖ 8 pendiconum **A** penditonum **H** pentidon≡um (*eras.* e) **V** | mēdalea **A** mendalia **HV** ‖ 9 Qui (*scil. Homerus*) *Heinsius*: Quod **O**ς (Q *ras.* **A** *in ras.*) Quid ς *uulgo* | si **A** | trenario **AHV** | Troica] mentula **L** ‖ 10 quid **V** ‖ 11 cantal. **V** | mota *ego*: nota **O**ς natā *Broukhusius* ‖ 12 crises **O**ς ‖ 13 sotium **AH** ‖ 14 eacide **A** ‖ 15 pheletr. **AH** peletr. **V** pheletronia **L** ‖ 16 tentior ς | esse **L** ‖ 17 Nobis **AV** | hic **HV** | nata **AL**ς: nota **HV**ς | ylias **AV** ‖ 18 Principiumq; **A** | ile *scripsi*: ille **L**ς *unus* illa *ceteri* ‖ 19 materna **A** | euror **V** | ulixei **A**: ulixi *ceteri* (ulixis ς) ‖ 21 Hinc ς

Quam cum μῶλυ uocat, mentula μῶλυ fuit.
Hic legimus Circen Atlantiademque Calypson
Grandia Dulichii uasa petisse uiri.
Huius et Alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo uix potuisse tegi.
Ad uetulam tamen ille suam properabat, et omnis
Mens erat in cunno, Penelopea, tuo:
Quae sic casta manes, ut iam conuiuia uisas
Vtque fututorum sit tua plena domus.
E quibus ut scires quicumque ualentior esset,
Haec es ad arrectos uerba locuta procos:
'Nemo meo melius neruum tendebat Vlixe,
Siue illi laterum siue erat artis opus.
Qui quoniam periit, uos nunc intendite, quemquem
Esse uirum sciero, uir sit ut ille meus.'
Hac ego, Penelope, potui tibi lege placere,
Illo sed nondum tempore natus eram.

LXVIIII

Cum fici tibi suauitas subibit
Et iam porrigere huc manum libebit,
Ad me respice, fur, et aestimato,
Quot pondo est tibi mentulam cacandum.

LXX

Illusit mihi pauper inquilinus,

---

22 Quem **O**ς, *corr. Buechelerus* | thimoli — timola **A** thimoli *bis* **V** tmoli *bis* **L** ☰moli *bis* **H**, *similia* ς || 23 Hine **V**ς | circen☰ **H** circem **V** | athlanciadāq; **A** athlandidamq; **HV** athlandidemq; **L** | calipson **O**ς: Calypsun *uulgo* || 25 alcioni **L** alchioni **V** || 27 tamen] uir **V**ς | omnes **H** *m. 1* **L** || 28 penolopea **O** (-peia **L**) || 29 sit **H** | si *et* uises **L** || 30 fit **V** || 31 sciret **L** | qui quoque *L. Muellerus* || 32 erectos **L** | loquuta **V** || 34 siue erat **A**ς: seu fuit *plerique* || 35 nunc] modo **V** | quemquem *scripsi*: qualem **O**ς quem iam *Muellerus* || 37 penolope **O** || 38 natus ς: factus **O**ς

LXVIIII. 2 licebit **L**ς || 3 | Ad hanc resp. **V** | extimato **AH** || 4 Quot **L**ς: Quod **AHV**ς (**L** *mgo*) | est *hic ponunt* **O**ς: *post* mentulam ς *pauci* | mentulam **HV**ς: mentula **AL**ς | cacandam **V**

LXX *priori adhaeret in* **A** || 1 Illusit *edd.*: Illa fit **AL**ς Ille fit **V** Ira (ra *in ras. m. 2*) fit **H**, *peiora* ς

Cum ferctum dederat molamque tusam;
Quorum partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde uenit
Nidorem, puto, persecuta fumi,
Quae libamine mentulae comeso
Tota nocte mihi litat rigendo.
At uos amplius hoc loco cauete
Quicquam ponere, ne famelicarum
Ad me turba uelit canum uenire,
Ne dum me colitis meumque numen,
Custodes habeatis irrumatos.

LXXI

Si commissa meae carpes pomaria curae,
Dulcia qui doleam perdere, doctus eris.

LXXII

[Tutelam pomarii, diligens Priape, facito:
Rubricato furibus minare mutino.]
Quod mouear, non est, quia, si furaberis ipse
Grandia mala, tibi brachia macra dabo.

LXXIII

Obliquis quid me, pathicae, spectatis ocellis?

---

2 Cum (= eo quod) **O** ς (*nisi quod* **V** *more solito* Quom): Qui *uulgo* | ferctum *scripsi*: uerbum **A** ς libum **HL** ς libido **V** ς | dederat **AH** ς: deerat **LV** ς dederit ς Qui cum libo aderat *Buechelerus* | molaque fusa **O** ς, *accusatiuum restituit Scaliger*; salsa *Buechelerus* tusam *ego* ‖ 3 Quarum **O** ς, *corr. Buechelerus*; Quare *uulgo* | porticibus **L** | additis ς: abditis (-tus **L**) **O** ς | ignem **O** ς: inguen ς ‖ 4 abibit **H** ‖ 6 persecuta **A**: prosecuta (-quuta **V**) *ceteri* ‖ 8 lititat **V** | rigando *Wakefieldus* rigenti *L. Muellerus* ‖ 9 Aut **H** *m. 1* **V** | huic **A** ‖ 10 Quēquam **V** | famelicorum **O** ς, *corr.* ς *unus* ‖ 12 *fort.* Neu | nomen **A** ‖ 13 irrim. **L**

LXXI. 2 qui *Heinsius*: quid **O** ς

LXXII. *uu.* 1 *et* 2 *crassa Minerua a medii aeui monachis ficti* ‖ 2 Rubricate *et* mutinio (*mgo*: at murino) **L** | rumere mutinio **A** ‖ 3 mouear ς: moneat **A** ς moneam **LV** ς moueat **H** moneas *Auancius* monear *Buechelerus* ‖ 4 bracchia **A** bactica **V**

LXXIII. 1 quid me patice **O** ς: pathicae quid me ς *uulgo*

Non stat in inguinibus mentula tenta meis.
Quae tamen exanimis nunc est et inutile lignum,
Vtilis haec, aram si dederitis, erit.

LXXIIII

Per medios ibit pueros mediasque puellas
Mentula, barbatis non nisi summa petet.

LXXV

Dodone tibi, Iuppiter, sacrata est,
Iunoni Samos et Mycena ditis,
Vndae Taenaros aequorumque regi;
Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius, orbis umbilicum,
Creten Delia Cynthiosque colles,
Faunus Maenalon Arcadumque siluas;
Tutela Rhodos est beata Solis,
Gades Herculis umidumque Tibur;
Cyllene celeri deo niuosa,
Tardo gratior aestuosa Lemnos;
Hennaeae Cererem nurus frequentant,
Raptam Cyzicos ostreosa diuam,
Formosam Venerem Gnidos Paphosque
. . . . . .

---

2 in *om.* **H** *m. 1* **L** ‖ 3 exanimus **L** | nunc stat et **A** ‖ 4 hec aram **O** ς (eram **L**): arram ς erucam *Burmannus* aruum *Muellerus*

LXXIIII. *priori adhaeret in* **O** ς, *seiunxit Scaliger* ‖ 2 petit **O** ς

LXXV. 1 Dodona **O** ς | iupiter **HV** ‖ 2 Mycena *Aldina*: micene **O** ς ‖ dites **O** ς, *corr. Buechelerus,* dines *Ald.* ‖ 3 Taenaros ς: tenedos (-tos **A**) **O** ς | aequorumque (*compend.*) **A**: (a)equoreoque *ceteri* aequorisque *uulgo* ‖ 4 cecropii **V** ‖ 5 phitius **AH** phithius **V** | umblicum **V** ‖ 6 Cretem **A** ‖ 7 menalos **O** ς | arch. **HL** ‖ 8 rodos **AV** ‖ 9 Ghades **A** | umid. **A**: humid. *ceteri* ‖ 10 Cill. **AH**, Cilene **V** | celen *ex* ceren *corr.* **A** ‖ 11 extuosa **AV** ‖ 12 Enee **A** Ethnee **HLV** ς | murus **H** | Cyzicos *L. Gyraldus*: cocitos **AV** ς cocytos **H** ς coccytos **L** | ostreola **AL** ς hostreola **H** ‖ 14 gnidosq; paphos **L** ‖ *post* 14, *ut et initio carminis sequentis, hiare textum intellexit Buechelerus*; ς *pauci addunt*: mortales tibi Lampsacum donarunt

LXXVI

. . . . . .

Quod sim iam senior meumque canis
Cum barba caput albicet capillis:
Deprensos ego perforare possum
Tithonum Priamumque Nestoremque.

LXXVII

Inmanem stomachum mihi cietis,
Qui densam facitis subinde saepem
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est laedere, dum iuuatis; hoc est
Non admittere ad aucupem uolucres.
Obstructa est uia, nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius usque et usque et usque
Furum scindere podices solebam,
Per noctes aliquot diesque cesso.
Poenas do quoque, quot satis superque est,
In semenque abeo salaxque quondam
Nunc uitam perago — quis hoc putaret? —
Vt clusus citharoedus abstinacem.
At uos, ne peream situ senili,
Quaeso, desinite esse diligentes
Neue inponite fibulam Priapo.

LXVIII

At di deaeque dentibus tuis escam

LXXVI. 1 *priori adhaeret in* **AHV**ς ‖ 1 sim **HV**ς: si **A** sum **L** ‖ 3 Deprehensos **HV**ς ‖ 4 Titon. **HV**ς Trionum **A**

LXXVII *priori adh. in* **AHV**ς ‖ 1 Immane **A** Imm. **HL**ς | stomacum **AHV**ς | cietis *uel* mouetis *Burmannus*: uidetis **O**ς ‖ 2 Quid **L** ‖ 10 aliquos **L** ‖ 11 quot ς *unus*: quod **O**ς, *quo retento* Poenae *Heinsius* ‖ 13 Nunc *Buechelerus*: Non **O**ς ‖ 14 clusus **A**: lusus *ceteri* (elusus ς *pauci*) | abstinacem *scripsi*: abstinerem **AV**ς abstineret **L**ς abstinetem **H** abstinentem *Buechelerus* ‖ 15 ne] ut **H** ‖ 17 *om.* **A**, *m. rec. in marg. add.* | imp. **HL**ς | fibulam **V** *m. 2*, ς: fabulam **HV** *m. 1* ς sepulam **L**ς

LXXVIII. 1 dii **O**ς | escam **O**ς: escas *uulgo*

Negent, amicae cunnilinge uicinae,
Per quem puella fortis ante nec mendax
Et quae solebat inpigro celer passu
Ad nos uenire, nunc misella landicae
Vix posse iurat ambulare prae fossis.

LXXVIIII

Priape, quod sis fascino grauis tento,
Quod exprobrauit hoc tibi suo uersu
Poeta noster, erubescere hoc noli:
Non es poeta fascinosior nostro.

LXXX

At non longa benest, at non bene mentula crassa
Et quam si tractes, crescere posse putes?
Me miserum, cupidas fallit mensura puellas:
Non habet haec aliquid mentula maius ero.
Vtilior Tydeus qui, si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.

* * *

Sed potuit dampno nobis nouitasque pudorque
Esse, repellendus saepius iste mihi.

---

2 amicae *Aldina*: amicas (-cos **V**) **O**ς | cunni (cū nos **V**) ligni (lingi **L**) **O**ς, *corr. Aldina* ‖ 3 fortis ς: foris **O**ς ‖ 4 imp. **HL**ς | celer *uulgo*: celerique **O**ς ‖ 5 nunc *om.* **V** | landicae *Munckerus*: landices **O**ς (laud. **L**) ‖ 6 uitat **V** | fosis **A** saxis **L**

LXXVIIII *adhaeret priori in* **AHV**ς ‖ 1 tento ς: tenero **O**ς ‖ 2 exprobauit **AHV**ς | hoc *ego*: hanc **O**ς hic *uulgo* ‖ 3 *om.* **V** | Noster poeta **L** ‖ 4 es *Aldina*: est **O**ς | fascinosior *eadem*: sarcinosior **O**ς (sarr. **V** sarcinorosior **L**)

LXXX. 1 longa bene non stat bene **O**ς (*similia* ς *pauci*), *quod correxi traiecto* stat *ex* benestat non bene *efficiendo* benest at non bene, *ut proxime hoc accedat ad Ouidii am.* III 7, 1; *alia alii coniecerunt* ‖ 2 Nec *ex* Et *corr.* **A** Sed **H** ‖ 4 aliquid **H**: aliud **ALV**ς | ero (hero) *ego*: eo **O**ς ea *Antonius* ‖ 5 tideus **A HV**ς | omero **V** ‖ 7 dampno **A** | grauitasq; **V**ς ‖ 8 repetendum est **A** ‖ *post u.* 6 *lacunam statui: coniungunt* **O**ς; *Buechelerus post u.* 8 *clausulam deesse putat, secutus Scaligerum uu.* 9 *et* 10

Dum uiuis, sperare decet: tu, rustice custos,
Huc ades et neruis, tente Priape, faue.

ut proprium carmen separantem ‖ *Τελος* **L** Finis **V** *in margine* Explicit Priapeia **A** Finis. Publii Virgilii Maronis poete inter omnes Latinos excellentis Priapeia explicit per me Ioannem carpensem die 15 Nouembē 1460. Bene Vale qui legeris. **H**

IV.

INCERTI NUX ELEGIA

Erat olim in codice quodam Ouidiano inter metamorphoseon libros et opusculum de medicamine faciei femineae elegia de Nuce nescio unde sumpta ad explendas aliquot paginas uacuas inserta. et iam prioribus temporibus cum non deessent qui Ouidii carmen esse negarent, nostro saeculo prudentissimus quisque huic sententiae subscripserunt. et hercle siue ad aequabilem quae in sensibus poeticis apparet mediocritatem siue ad materiae susceptae tractationem hic illic plus iusto ieiunam languidamque siue ad orationem non incultam quidem sed luminibus ac splendore carentem siue ad proprietates metricas (inter quas maxime memorabilis est elisionum grauiorum abstinentia similis eius quam et apud auctorem in Maecenatem elegiarum et apud poetas sub Claudio ac Nerone uiuentis habes), ad haec omnia, inquam, si animum aduertis, deprehendes hominem ab Ouidii ingenio indoleque toto ut aiunt caelo diuersum. nihilominus ipse sermo Nucis scriptorem aeuo Augusteo floruisse certissime euincit. et ita iudicauit etiam L. Muellerus [de r. metr. p. 49]; cui aliis ratiunculis (quibus tamen num iustum pondus insit ualde dubito) accessit A. Riese in Fleckeis. ann. a. 1870 p. 282.

Ex illo codice supra adumbrato deinceps facta sunt aliquot apographa. quorum unum et nunc quidem antiquissimum est:

F = codex Florentinus, olim S. Marci 223, saec. XI—XII, qui post metamorphoses in una pagina et

Nucem (cum hac inscriptione *P. Ouidii Nasonis liber nucis incipit* litt. maiusc.) et Medicamina faciei litteris formae minutissimae et insuper detritae scripturae praebet. ipse a. 1872 codicem examinaui, sed quominus in conferendo Nucis libello ultra u. 20 progrederer interdixerunt oculi legendi difficultate summa incensi. excripsit autem in usum meum uarias lectiones intercedente Domenico Comparetti Nic. Anziani, Laurentianae bibliothecarius alter. — hic liber quamquam (quantum nunc scimus) omnium est uetustissimus, tamen nisi imperitis et talium quaestionum ignaris non uidebitur unicum textus constituendi fundamentum esse debere. nam ad alterum archetypi apographon antiquum redit recentis licet originis, tamen optimae notae liber:

L = codex Lugdunensis [Periz. Q. 7], chartaceus, saec. XV, inter prosae orationis opera fol. 45—48 de Nuce et de medicamine faciei libellos exhibens. titulo caret. ipse excussi.

Quam uellem, his duobus archetypi testibus integris adicere possem tertium, qui ubi illi dissident alterutrius testimonium comprobaturus sit. sed quod mihi negatum est, continget fortasse posterioribus. interim ex altera codicum familia late sparsa apparatus mei supplementum petii. saeculo enim XII ex genuino conexu erepta Nux cum uariis et Ouidii et aliorum scriptorum libris coniungebatur. plurimi extant codices saeculis XII—XV exarati, in quibus elegia nostra pessime corrupta et inmutata habetur. horum singulis nulla est fides; sed ob causam modo expositam utque specimen eorum sit praesto quaerentibus, trium codicum a me conlatorum (scilicet Bodleiani F. 2. 14 saec. XII—XIII fol. 104—107, Gottingensis [Mss. philol. 127] saec. XIII fol. 70 — 73, Guelferbytani [56, 20. Ms. Aug. 8] saec. XIII fol. 62—65: quorum duo posteriores inscribunt *Incipit Ouidius de nuce*, titulo caret primus), horum igitur

trium codicum scripturam selectam (omissis sordibus) C nota usus adposui. eius generis libris multis anteriores utebantur, ex quibus farraginem inutiliter congestam habes in Burmanniana Ouidii editione [uol. I p. 829 sqq.]. peculiaribus editionibus elegiam et Lindemannus [Zittauiae a. 1844] et nuperrime Wilamowitzius [comment. Mommsen. p. 390 sqq.], hic uerbis superbis parum proficiens, emiserunt.

Nux ego iuncta uiae, cum sim sine crimine uitae,
A populo saxis praetereunte petor.
Obruere ista solet manifestos poena nocentes,
Publica cum lentam non capit ira moram.
Nil ego peccaui; nisi si peccare uocetur,
Annua cultori poma referre suo.
At prius arboribus, tunc cum meliora fuerunt
Tempora, certamen fertilitatis erat.
Tum domini memores sertis ornare solebant
Agricolas, fructu proueniente, deos.
Saepe tuas igitur, Liber, miratus es uuas;
Mirata est oleas saepe Minerua suas.
Pomaque laesissent matrem, ni subdita ramo
Longa laboranti furca tulisset opem.
Quin etiam exemplo pariebat femina nostro;
Nullaque non illo tempore mater erat.
At postquam platanis sterilem praebentibus umbram
Vberior quauis arbore uenit honos,
Nos quoque frugiferae, si nux modo ponor in illis,
Coepimus in patulas luxuriare comas.
Nunc neque continuos nascuntur poma per annos,

---

1 uit(a)e **CL**: cure **F** ‖ 3 manifeste **L** ‖ 5 peccare **FL**, *unus ex* **C**: peccasse *duo reliqui* | uocetur *docti*: docetur **CFL** uocatur *Heinsius* ‖ 7 tunc **CL**: tum **F** ‖ 9 Tum **FL**: Cum *uel* Dum *uel* Tunc **C** ‖ 10 Agricolas *Heinsius*: Agricol(a)e *codd.* ‖ 18 honos **F**: honor **C** humor **L** ‖ 20 Cepimus **CL**

Vuaque laesa domum laesaque baca uenit.
Nunc uterum uitiat, quae uult formosa uideri;
Raraque in hoc aeuo est, quae uelit esse parens.
Certe ego, si numquam peperissem, tutior essem:
Ista Clytaemnestra digna querella fuit.
Si sciat hoc uitis, nascentes supprimet uuas;
Orbaque, si sciat hoc, Palladis arbor erit.
Hoc in notitiam ueniat maloque piroque:
Destituent siluas utraque poma suas.
Audiat hoc cerasus: bacas exire uetabit;
Audiat hoc ficus: stipes inanis erit.
Non equidem inuideo: numquid tamen ulla feritur,
Quae sterilis sola conspicienda coma est?
Cernite sinceros omnes ex ordine truncos,
Qui modo nil, quare percutiantur, habent.
At mihi saeua nocent mutilatis uulnera ramis;
Nudaque deiecto cortice ligna patent.
Non odium facit hoc, sed spes induta rapinae.
Sustineant aliae poma: querentur idem.
Sic reus ille fere est, de quo uictoria lucro
Esse potest: inopis uindice facta carent.
Sic timet insidias, qui se scit ferre uiator,
Cur timeat: tutum carpit inanis iter.
Sic ego sola petor, soli quia causa petendi est:
Frondibus intactis cetera turba uiret.

---

22 bacha **C** bacca **L** ‖ 23 uterum uiciat **F**: uterus uicio est **C** uterus uicii **L** ‖ 26 clytaemestra **F** clitemestra **CL** | querela *codd.* ‖ 27 supprimat **L** ‖ 29 noticiam **FL** ‖ 30 Destituant **L** ‖ 31 *ex* **F** *dedi*: Audiat hoc ficus ficu priuabit amicum **L**; *in reliquis codicibus crassae interpolationes, ut* Quaeque sibi uario distinguit poma colore, *quae uerba etiam in* **F** *marg. m. recens adscripsit* ‖ 32 ficus **F**: cerasus **CL** ‖ 33 numquid **CL**: numquam **F** ‖ 36 percutiantur **CL**: conspiciantur **F** ‖ 37 mutilantis — rami **F** ‖ 39 induta *scripsi*: inducta **CL** illustra **F** indulta *codex Fabricii* iniusta *Wilamowitzius* ‖ 40 aliae] illae *idem* ‖ 43 se scit *codd.*: scit se *uulgo* ‖ 45 solam quia **F**, *nescio an recte*

Nam quod habent fruticeta aliquando proxima nostri
  Fragmina, quod laeso uimine multa iacent:
Non istis sua facta nocent: uicinia damno est,
  Excipiunt ictu saxa repulsa meo;
Idque fide careat, si non, quae longius absunt,
  Natiuum retinent inuiolata decus.
Ergo, si sapiant et mentem uerba sequantur,
  Deuoueant umbras proxima quaeque meas.
Quam miserum est, odium damnis accedere nostris
  Meque ream nimiae proximitatis agi!
Sed, puto, magna mei est operoso cura colono.
  Inueniat, dederit quid mihi praeter humum.
Sponte mea facilis contempto nascor in agro;
  Parsque loci, qua sto, publica paene uia est.
Me, sata ne laedam, quoniam sata laedere dicor,
  Imus in extremo margine fundus habet.
Non mihi falx nimias Saturnia deputat umbras,
  Duratam renouat non mihi fossor humum.
Sole licet siccaque siti peritura laborem,
  Irriguae dabitur non mihi sulcus aquae.
At cum maturas fisso noua cortice rimas
  Nux agit, ad partes pertica saeua uenit.
Pertica dat plenis inmitia uulnera ramis,
  Ne possim lapidum uerbera sola queri.
Poma cadunt mensis non interdicta secundis,
  Et condit lectas parca colona nuces.
Has puer aut certo rectas dilaminat ictu

---

47 fruticeta *scripsi*: frutices *codd.* | aliquando **F**: alioquin **L**, *hoc aut illud* **C** | nostri **FL**: nobis **C** *duo,* nostris *unus* || 48 quod **FL**: *uaria* **C** | multa] trunca *Burmannus*; *conieci* muta, *i. e. a nullis auibus frequentata* || 57 mei *unus ex* **C**: mea **F** *et* **C** *reliqui,* meo **L** || 58 Inueniat **L**: Inueniet **F** (*?*) Inueniat *uel* Inuenies **C** || 60 p(a)ene **CL**: poena **F** || 64 reuocat **L** || 69 inmitia **C**: inimica **L** inmania **F** || 70 Ne possim **FL**, *unus ex* **C**: Nec possum **C** *ceteri* | uerbera **FL** *et unus ex* **C**: uulnera **C** *reliqui* || 73 certo rectas **FL**: *nugae in* **C** | dilaminat *Erasmus*: dilaniat **L** deliniat **F** delimat *uel* diuerberat **C**

Aut pronas digito bisue semelue ferit.
Quattuor in nucibus, non amplius, alea tota est,
Cum sibi suppositis additur una tribus.
Per tabulae cliuum labi iubet alter et optat,
Tangat ut e multis quaelibet una suam.
Est etiam, par sit numerus qui dicat an impar,
Vt diuinatas auferat augur opes.
Fit quoque de creta, qualem caeleste, figura,
Sidus et in Graecis littera quarta gerit.
Haec ubi distincta est gradibus, quae constitit intus,
Quot tetigit uirgas, tot capit ipsa nuces.
Vas quoque saepe cauum spatio distante locatur,
In quod missa leui nux cadat una manu.
Felix, secreto quae nata est arbor in agro
Et soli domino ferre tributa potest!
Non hominum strepitus audit, non illa rotarum;
Non a uicina puluerulenta uia est.
Illa suo, quaecumque tulit, dare dona colono
Et plenos fructus annumerare potest.
At mihi maturos numquam licet edere fetus,
Ante diemque meae decutiuntur opes;
Lamina mollis adhuc tenero est in lacte, quod intra est,
Nec mala sunt ulli nostra futura bono:
Iam tamen inuenio, qui me iaculentur et ictu
Praefestinato munus inane petant.
Si fiat rapti, fiat mensura relicti:

---

74 pronas, *ita codd.* | ferit *scripsi*: petit **CL** petat **F** ‖ 75 Quatuor **CL**: A tribus **F**, *unde* Aut tribus *praue Wilamowitzius, qui et* area *coniecit* ‖ 77 iuuet *et* optet **F** ‖ 78 quaelibet *codd*: quamlibet *uulgo* ‖ 79 numerus *om.* **L** ‖ 81 figura **L**, *duo ex* **C**: figuram **F** (*?*), *unus ex* **C** ‖ 83 quae **CF**: qua **L** qui *uulgo* ‖ 84 uirgas *Senftlebius*: uirga *codd.* | ipsa **FL**, *unus ex* **C**: ipse *duo ex* **C** ‖ 85 spacio **FL** ‖ 86 quod **L**: quo **CF** | cadat **FL**: cadit **C** ‖ 87 agro **CL**: aruo **F** ‖ 91 dona **FL**, *unus ex* **C**: poma *duo ex* **C** ‖ 93 fetus **F** *et duo ex* **C**: fructus **L**, *unus ex* **C** ‖ 94 decutientur **L** ‖ 95 tenero ē in **L**: tenet os in **F** (*?*) tenero de *duo*, teneroq; in *unus ex* **C** tenet omne in *Wilamowitzius* | intra **CL**: intro **F** ‖ 96 illi **F** ‖ 97 inuenio *codd.*: inuenias *uulgo*

Maiorem domini parte, uiator, habes.
Saepe aliquis, foliis ubi nuda cacumina uidit,
Esse putat Boreae triste furentis opus.
Aestibus hic, hic me spoliatam frigore credit;
Est quoque, qui crimen grandinis esse putet.
At mihi nec grando, duris inuisa colonis,
Nec uentus fraudi solue geluue fuit:
Fructus obest, peperisse nocet, nocet esse feracem;
Quaeque fuit multis, et mihi praeda malo est.
Praeda malo, Polydore, fuit tibi: praeda nefandae
Coniugis Aonium misit in arma uirum.
Hesperii regis pomaria tuta fuissent:
Vna sed inmensas arbor habebat opes.
At rubus et sentes tantummodo laedere natae
Spinaque uindicta cetera tuta sua est.
Me, quia nec noceo nec obuncis uindicor hamis,
Missa petunt auida saxa proterua manu.
Quid, si non aptas solem tutantibus umbras,
Finditur Icario cum cane terra, darem?
Quid, nisi suffugium nimbos uitantibus essem,
Non expectata cum uenit imber aqua?
Omnia cum faciam, cum praestem sedula cunctis
Officium, saxis officiosa petor.
Haec mihi perpessae domini patienda querella est:
Causa uocor, quare sit lapidosus ager.
Dumque repurgat humum collectaque saxa remittit,
Semper habent in me tela parata uiae.
Ergo inuisa aliis uni mihi frigora prosunt:
Illo me tutam tempore praestat hiems.

---

100 habes **CL**: habet **F** ‖ 106 fraudis **F** ‖ 108 et **F**: hei **L** ei *unus,* est *duo ex* **C** ‖ 109 polidore **CL** ‖ 110 adonium **C**; *puto* Argolicum | in **F**: ad **CL** ‖ 115 nec **F**, *duo ex* **C**: non **L**, *unus ex* **C** | obuncis **F**, *unus ex* **C**: ab uncis **L** aduncis *duo ex* **C** ‖ 117 tutantibus *scripsi*: uitantibus **L** (*at cf.* 119) minantibus **F** fugientibus *duo,* mutantibus *unus ex* **C** ‖ 119 suffragium **L** ‖ 123 querela *codd.* ‖ 124 Causa uocor *scripsi*: Causabor *codd.* Causa habeor *Salmasius* ‖ 125 repurgat **CL**: repugnat **F** ‖ 128 Illo; *malim* Uno

Nuda quidem tunc sum, nudam tamen expedit esse:
Non spolium de me, quod petat, hostis habet.
At simul induimus nostris sua munera ramis,
Saxa nouos fructus grandine plura petunt.
Forsitan hic aliquis dicat 'quae publica tangunt,
Carpere concessum est: hoc uia iuris habet.'
Si licet hoc, oleas distringite, caedite messes;
Improbe, uicinum carpe, uiator, olus.
Intret et urbanas eadem petulantia portas;
Sitque tuis muris, Romule, iuris idem.
Quilibet argentum prima de fronte tabernae
Tollat et ad gemmas quilibet alter eat.
Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos
Et quascumque potest tangere, tollat opes.
Sed neque tolluntur nec, dum regit omnia Caesar,
Incolumis tanto praeside raptor erit.
At non ille Deus pacem intra moenia finit:
Auxilium toto spargit in orbe suum.
Quid tamen hoc prodest, media si luce palamque
Verberor et tutae non licet esse nuci?
Ergo nec nidos foliis haerere nec ullam
Sedibus in nostris stare uidetis auem.
At lapis in ramo sedit quicumque bifurco,
Haeret et ut capta uictor in arce manet.
Cetera saepe tamen potuere admissa negari,
Et crimen noxa est infitiata suum:
Nostra notat fusco digitos iniuria suco,
Cortice contactas inficiente manus.
Ille cruor meus est, illo maculata cruore

---

129 tamen **F**, *duo ex* **C**: tunc **L**, *unus ex* **C** ‖ 130 Non **CL**: Nam **F** ‖ 132 nouo **F** ‖ 133 hic **F**: hoc **CL** ‖ 134 hoc] si **L** ‖ 135 Si licet **L**: Scilicet **CF** ‖ 139 fronte] forte **L** ‖ 142 *fortasse* quicumque ‖ 148 tutam *duo ex* **C** | nuci **FL**, *unus ex* **C**: mici *et* mihi *duo reliqui* ‖ 150 uidebis **F** ‖ 152 et ut — manet **CL**: ut et — sua **F** ‖ 153 admissa **L**, *unus ex* **C**: amissa **F**, *duo ex* **C** ‖ 154 noxa est *Heinsius:* uox est **FL** uix est *unus ex* **C**, Crimen ut est uxor *duo reliqui* | inficiata **FL**, *unus ex* **C**

Non profectura dextra lauatur aqua.
O! ego, cum longae uenerunt taedia uitae,
Optaui quotiens arida facta mori!
Optaui quotiens, aut caeco turbine uerti
Aut ualido missi fulminis igne peti!
Atque utinam subitae raperent mea poma procellae,
Vel possem fructus excutere ipsa meos.
Sic, ubi detracta est a te tibi causa pericli,
Quod superest, tutum, Pontice castor, habes.
Quid mihi tunc animi est, ubi sumit tela uiator,
Atque oculis plagae destinat ante locum?
Nec uitare licet moto fera uulnera trunco,
Quem sub humo radix curuaque uincla tenent.
Corpora praebemus plagis, ut saepe lanistis,
Quom populus manicas deposuisse uetat,
Vtue grauem candens ubi tolli uacca securem
Aut stringi cultros in sua colla uidet.
Saepe meas uento frondes tremuisse putastis:
Sed metus in nobis causa tremoris erat.
Si merui uideorque nocens: imponite flammae,
Nostraque fumosis urite membra focis.
Si merui uideorque nocens: excidite ferro,
Et liceat miserae dedoluisse semel.
Si nec cur urar, nec cur excidar, habetis:
Parcite. sic coeptum perficiatis iter.

---

158 profutura **F** || 166 totum **F** || 167 ubi **FL**, *unus ex* **C**: cum *reliqui* || 168 destinet **L**, *unus ex* **C** | ante **FL**: ipse (esse) **C** || 169 uulnera **FL**, *duo ex* **C**: uerbera *unus* || 170 curuaque uincla **FL**, *duo ex* **C**: uincula dira *unus* || 171 lanistis *scripsi*: sagittis *codd.* Sagittae *coni. A. Kiesslingius* || 172 Quem *docti*: Cum *codd.* || 173 candens *Heinsius*: pandens **F**, *unus ex* **C** pascens **L**, *duo ex* **C** | securem **FL**, *unus ex* **C**: securim *reliqui* || 174 stringri **L** | colla] fata **L** || 176 Sed non metus **F** || 179 excidite (excindite **L**) ferro *et* 177 imponite flammae *codd. mei* || 180 miserae **FL**: mortis **C** | dedoluisse *Heinsius*: dedecus esse *codd.* || 181 succidar **L** || Explicit liber nucis ouidii nasonis **F**, Explicit Ouidius de nuce **L** *et fere* **C** *subscribunt.*

V.

INCERTI

CONSOLATIO AD LIVIAM.

Epicedion Drusi (sic enim Consolatio uulgo audit) primo in duabus Ouidii editionibus principibus, quae Bononiae et Romae a. 1471 prodiere, in lucem emissum neque ad hunc usque diem in ullo codice antiquiore repertum est; nam libri mss., qui extant paucissimi, post inuentam artem typographicam exarati et ex editionibus istis deriuati sunt. nihilominus comiter poema illud a doctis exceptum; ex quibus I. I. Scaliger, cum fetum Ouidianum agnoscere nequiret, Epicedion una cum duabus in Maecenatem elegiis rettulit ad C. Pedonem Albinouanum, clarissimum aeui Nasoniani uatem, ratiocinatione ductus infirmissima uel potius nulla. nec N. Heinsius hoc opusculum pulcherrimum uocare uerebatur; similiterque iudicauerunt cum alii tum L. C. Valckenarius [cf. Koppiersii obseruat. philol. cap. XII]. sed ecce uaria uariis temporibus iudicia in rebus ad pulcri sensum redeuntibus. anno enim 1849 Mauricius Hauptius in programmate Lipsiensi [= opusc. I p. 315—357] longa subtilique disputatione demonstrare studuit, carmen inuitis Musis a pusillanimo quodam Ouidii imitatore factum non antiquum poetam, sed saeculi p. Chr. n. XV doctum Italum nescio quem habere auctorem. quae dissertatio, cum praesertim F. Th. Adleri defensio libello scolastico Anclamensi a. 1851 inserta et per se parum ualeret ad infringenda Hauptii argumenta et in pauco-

rum manus perueniret, fere omnium nancta est comprobationem; sic L. Muellerus [de r. m. p. 50] ita illi adstipulatur ut contra si quis sentiat eum nil sentire adfirmet. mihi quoque adulescentulo ualde imposuit Hauptii disputatio; sed eadem, quo magis progrediebar in cognoscenda poesi latina, eo minus certa atque firma apparebat; peruenique tandem eo ut ultimus ex animo euelleretur scrupulus. de quo iudicio meo quae a. 1875 in cartas conieci, operae pretium duco hic repetere.

Cum per se periculosae plenum opus aleae sit, saeculi XV doctos Italos coarguere falsationum (nullo enim certo exemplo constat eos cum consilio doloque malo carmina quidem adulterina pro antiquis uenditasse, neque fieri fere potuit quin fraus statim detegeretur), tum internae rationes parum fauent Hauptii suspicioni. Drusi potissimum mortem uersibus celebrare, unde Italo alicui in mentem uenit? putat Hauptius, in Maecenatem elegias hanc ansam dedisse. sed ibi [VII 4] in codicibus pro 'Drusi' extat 'bruti'; quod uitium sane apertum demum Francius et Gronouius comparatione nostri Epicedii correxerunt. potuisse hanc emendationem praecipi ab Italo quodam, largimur Hauptio; sed ueri hoc simile esse non magis concesserim quam eundem Italum iam apud Propertium IV (V) 11, 102 egregium Heinsii et Broukhusii inuentum 'honoratis auis' praeoccupasse; mirum enim esset, nisi haec correctio in interpolato aliquo Propertii libro extaret. — ad res autem narratas quod attinet, falsario omnia necessaria ex Tacito Suetonio Seruio Dione praesto fuisse Hauptius statuit. uerum enim uero restant, quae ipso Hauptio concedente nemo saeculi XV doctus, qui tum erat harum litterarum status, scire potuit (cf. u. 386 Isargus fluuius et 387 Dacius Apulus). porro suppostoris est, auctorum notorum uestigia anxie terere, scilicet ne fraudis conuincatur. sed dis-

cordant inter se quae Epicedii scriptor uu. 401—404 quaeque Dio 55, 1 narrant. et ex Dione etiam alia mala omina sine dubio petiturus fuisset falsarius. qui ut puto etiam hoc cauisset, ne ipsius de Liuiae summo dolore narratio a Senecae [ad Marc. 3. 4] uerbis dissentiret. haec ut obstant Hauptii sententiae, ita miranda omnino est singularis ficti illius Itali dexteritas prudentiaque in colligendis undecumque auctorum ueterum locis adque unam imaginem ab hac quidem parte plane egregiam componendis. et dubito quam maxime, num ulli saeculi XV Italo per ingenium studiaque licuerit, colorem adeo antiquitatis speciem praeferentem uel minimis in rebus inducere uersibus suis. ueluti adulationes Augusto oblatae tam sunt conformes eis quae apud ceteros eius aeui poetas occurrunt adeoque data ubique opera adhibentur, ut hominis eodem tempore uiuentis esse ipsae clament. uideas quaeso alteram rem. u. 201 poeta se ordini equestri adscriptum dicit 'funeris exequiis adsumus omnis eques'; sed hoc non contentus eandem rem iterum profert u. 463 sq., uidelicet ut Liuiae propensam equitum uoluntatem denuo suggerat. haec aliaque sunt hercle minutiae, sed eae tamen minutiae, quae quia in poetam tantum coaeuum quadrant idcirco omnem fraudis suspicionem remoueant.

Insunt sane Epicedio complura male et cogitata et dicta, quae in reprehensionem incurrant iustam. sed quod quaedam absurde sunt ficta quodque eaedem sententiae saepius molestissime repetuntur, in his aliisque non est causa idonea carmen antiquitati atque saeculo Augusteo abiudicandi. quasi uero praeter magna illa Dauniae Camenae decora tum non uixissent mediocres malique poetae! reliqua sunt paucissima quae recte uideantur uituperata esse. sed in haec cadit idem, quod iam dicendum est de Epicedii sermone. nam in hoc uexando Hauptius non sat cir-

cumspecte egit. sume uniuscuiusque scriptoris Romani editiones priscas ex eisque solis de latinitate fac iudicium: unumquemque scriptorem Romanum antiquitati poteris abrogare. hoc uolo: in carmine, cuius recensio non derigatur ad codicem aliquem uetustum secundum artis praecepta aestimandum, deesse omne fundamentum, quo innisis de oratione ac stilo plenam ferre sententiam liceat. in quali libro manuscripto Consolatio sit inuenta, quale illius apographon praesto fuerit primis editoribus, quali modo hi textum constituerint, haec omnia densissimis obruta tenebris. hinc accurata de carminis sermone disputatio tota uacillat. et certo certius mihi est, multa quae Hauptius tamquam uitiosa atque spurca poetae exprobrauit librariis fuisse imputanda, nonnulla etiam sine iuris specie pro prauis haberi (ueluti genetiui formam 'ferocum' u. 275 obuiam). denique inueniuntur multa quae nec ficticius ille Italus admisisse possit putari ideoque mutari debeant ipso Hauptio agnoscente; itaque quominus illa quoque menda iam reliqua e coniectura tollamus, qua sana quidem ratione impedimur? ut breuiter comprehendam quae sentio: perpensitatis cum cura omnibus argumentis prolatis in summa sententiae falsus mihi uidetur Hauptius, ut tamen de hoc carmine eodem fere modo (parua ut componamus magnis) meritus esse censendus sit atque Peerlkampius de Horatii carminibus lyricis; ostendit scilicet, anteriorum philologorum admirationem uanam caecamque fuisse, primus detexit mendas naeuosque haud paucos, indicauit flores ex Ouidii maxime hortis decerptos.

Equidem in Consolationis scriptore uidere mihi uideor nobilem aliquem equitem Romanum otii oblectandi gratia Musarum sacra colentem, uirum multa poetarum aequalium proximeque antecedentium lectione imbutum et ex. gr. Catulli Tibulli Propertii Vergilii Ouidii carmina firmiter memoria tenentem quidem,

Institute of Mediaeval Studies
CAMPBELL COLLECTION

sed uena poetica destitutum ideoque uersus suos operis instar tessellati ex illorum recordatione fere componentem. neque aliter ego iudico quam anno a. Chr. n. nono Epicedion Liuiae esse traditum. cui sententiae si obstare uidentur loci aliquot, qui ex Ouidii carminibus post annum illum factis deprompti putantur, id quod iam saepius monui iterum monebo, nimirum cautionem esse adhibendam in rimandis poetarum latinorum imitationibus, cum multas locutiones multosque orationis flosculos non ex eius uatis, apud quem primum nunc quidem leguntur, ingenio prouenisse sed quasi commune bonum a multis tum poetis frequentatos esse ueri sit simillimum. non uno quidem nomine utile est similitudines inter diuersos poetas intercedentes diligenter componere, sed antiquae poesis iudex prudens, si ad imitationes certe statuendas res redit, saepe difficilis morosusque existet et saepe ungues sibi rodet. hodie sat constat Ouidium alieni boni adeo non contemptorem fuisse ut ex. gr. ex Tibulli Propertiique elegiis locos multos et certa imitatione et incerta uagaque recordatione usus in sua poemata traduceret. aliquot autem phrases insuetiores simul ab illo et Consolationis auctore ex aliis aeui illius uatibus sumi potuisse quis negauerit? quin Ouidii menti hoc illudue Epicedii dictum bonum ita inhaesisse ut postea sine rubore ille in suum usum more solito conuerteret, tuto statuet qui et Ouidium et poetas Romanos nouerit; hinc uerbi gratia explicanda est mira illa congruentia inter Epicedii uersum 362 et Ouidii Tristium II 425.

Ceterum et posteriore tempore huic carmini suus constitit honos, non tam ob internas eius uirtutes quam ut puto ob clarum celebreque auctoris nomen. nam apud Senecam (quem iam Adlerus indicauit Consolatione usum esse) in scriptis ad Polybium et Marciam, porro apud Statium aliosque nonnulla lecti Epicedii uestigia extant.

Restat ut unde in primorum editorum manus Consolatio peruenerit disquiratur. in codice Laurentiano plut. XXVI 2 (saeculi siue XV exeuntis siue ineuntis XVI) Epicedion ex uetustis editionibus deprauate descriptum continenti habetur Ouidii uita ab Italo quodam confecta, in qua leguntur haec: *scripsit etiam Ouidius epistulam consolatoriam ad Liuiam Augustam de morte Drusi Neronis filii, qui in Germania morbo perierat, quae nuper inuenta est.* erat igitur tum temporis certa fama de Epicedio ex ueteri libro ms. protracto. et scimus Henoch Asculanum a. 1451 a pontifice maximo Nicolao V in Germaniam conquirundorum codicum causa missum reportasse librum duas in Maecenatem elegias continentem [cf. praef. seq. carm.]. procliuis ergo coniectura est, Consolationem in eodem libro extitisse. iam illae elegiae utpote notae et in codicibus aliis Vergilio adscriptae neglegebantur, Epicedion autem, ut fieri solet in ignotis, cupide arreptum inter Ouidii opera recipiebatur, siue huic in uetusto codice uindicatum erat siue eius esse uidebatur doctis. — ex eis autem quae supra dixi facile apparet, de constituendo textu ita me sentire: ubicumque saeculi Augustei atque antiquitatis genio plane indigna deprehendantur, manum emendatricem admouendam neque in tam deploranda fundamenti critici condicione acriora reformidanda remedia, ut ea quae cum alii tum maxime Heinsius egregie incohauerunt nostra posterorumque opera ad finem perducantur.

Haec olim a me scripta nec nunc muto. disseruit interim hoc ipso anno [1878] de Epicedio in Hermae Berolinensis uol. XIII p. 145—244 Aemilius Huebnerus. quem etsi nostrae de antiqua carminis origine sententiae socium extitisse ab eoque imitationis Propertianae uestigia (licet inmixtis dubiis multis) diligentissime monstrata esse laetamur, tamen in grauioribus quaestionibus desideramus et acutum subtileque

iudicium et interiorem poesis Romanae notitiam. multa scribarum uitia, quae Hauptius sua innisus opinione aliqua saltim iuris specie tuebatur, Huebnerus accersitis Ouidii Propertiique locis, quos sine consilio ullo auctorem imitatum peruerse statuit, praue sustentabat, textus recensioni Hauptianae seruilem in modum addictus et praeterea parum arcanam rei metricae scientiam praeferens (sic p. 205 synaloephas u. 375 ‘regna deae inmitis’ et u. 349 ‘imposuit te alto’ eiusdem duritatis esse et p. 211 post superfluam plane de uoculis ‘es’ et ‘est’ truncatis disputationem u. 379 ‘nata quod alta es quodque es fetibus aucta duobus’ sine offensione esse affirmat). neque in eo quod secundo p. Chr. n. saeculo Consolationem a scolastico quodam poeta confectam putat, peritum harum rerum iudicem ullum habebit assentientem.

Ex editionibus commemorandae duae utpote commentariis non inutilibus instructae, Goralli siue potius Clerici (Amstelod. 1715) et Burmanni (Ouid. I p. 795 sqq.). nuperrime autem Iacobus Maehly in programmate Basiliensi a. 1873 huic carmini, quamquam pro ficto suppositoque habuit, tamen operam suam deesse noluit.

Ex Ouidii editionibus principibus cum ceteri libri et mss. et typis expressi fluxerint, illarum lectiones ut criticae factitandae sint fundamentum consectarium est. sed nanciscendis illis postquam diu frustra operam dedi, A. Mau Romanum ut requireret requisitasque conferret rogaui. uerum ne Romae quidem editio Bononiensis extat. itaque hanc felicioribus indagandam relinquens solius Romanae scripturas (R) adposui omissis minutiis (ut interpunctione et ‘e’ pro ‘ae’ posita); editionum codicumque posteriorum lectiones selectas (quantum enim pretii inest his interpolationibus?) ς siglo usus attuli.

Visa diu felix, mater modo dicta Neronum,
Iam tibi dimidium nominis huius abest,
Iam legis in Drusum miserabile, Liuia, carmen,
Unum qui dicat iam tibi 'mater' habes,
Nec tua se pietas distendit amore duorum,
Nec posito fili nomine dicis 'uter?'
Et quisquam leges audet tibi dicere flendi?
Et quisquam lacrimas temperat ore tuas?
Ei mihi, quam facile est (quoiuis hoc contigit uni),
Alterius luctu fortia uerba loqui.
Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu,
Fortior ut possis cladibus esse tuis!
Occidit exemplum iuuenis uenerabile morum:
Maximus ille armis, maximus ille toga.
Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes
Et titulum belli dux duce fratre tulit.
Ille genus Sueuos acre indomitosque Sicambros
Contudit inque fugam barbara terga dedit
Ignotumque tibi meruit, Romane, triumphum,
Protulit in terras imperiumque nouas.
Soluere uota Ioui fatorum ignara tuorum,
Mater, et armiferae soluere uota deae
Gradiuumque patrem donis implere parabas
Et quoscumque coli iusque piumque deos,
Maternaque sacros agitabas mente triumphos,
Forsitan et curae iam tibi currus erat.
Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis
Et tumulus Drusum pro Iouis arce manet.

P. Ouidii Nasonis Poete consolatio ad Liuiam Augustam de morte Drusi Neronis filii eius: qui in Germania morbo periit **R** ‖ 1 Isa, *om. litt. init.*, **R** ‖ 5 se *Heinsius*: te **R**ς ‖ 6 dicis] quaeris *Francius; num* reddis? ‖ 7 *et* 8 *fuisse qui* Ecquisquam *mallent Gorallus adnotat* ‖ 8 lachrymas (*sic semper*) **R** ‖ 9 Hei **R**ς | quoiuis hoc contigit uni *scripsi*: quoiuis hoc contigit. omnis **R** quamuis *et* omnes ς, *unde* quamuis hic contigit omnes *Micyllus* ‖ 13 memorabile ς ‖ 24 quoscunq; (*sic semper*) **R**

Fingebas reducem praeceptaque mente fouebas
  Gaudia et ante oculos iam tibi uictor erat.
'Iam ueniet, iam me gratantem turba uidebit,
  Iam mihi pro Druso dona ferenda meo.
Obuia progrediar felixque per oppida dicar
  Collaque dans oculos illius ore premam.
Talis erit, sic occurret, sic oscula iunget,
  Hoc mihi narrabit, sic prior ipsa loquar.'
Gaudia uana foues. spem pone, miserrima, falsam;
  Desine de Druso laeta referre tuo.
Caesaris illud opus, uoti pars altera uestri,
  Occidit: indignas, Liuia, solue comas.
Quid tibi nunc mores prosunt et puriter actum
  Omne aeuum et tanto tam placuisse uiro?
Quidque, pudicitia tantum inuoluisse bonorum,
  Ultima sit laudes inter ut illa tuas?
Quid, tenuisse animum contra sua saecula rectum,
  Altius et uitiis exeruisse caput,
Nec nocuisse ulli et fortunam habuisse nocendi,
  Nec quemquam seruos extimuisse tuos,
Nec uires errasse tuas campoue foroue
  Quamque licet citra constituisse modum?
Nempe per hos etiam Fortunae iniuria mores

---

29 preceptaq; *sic* **R** || 34 Collaque dans oculos *scripsi*: Collaque et os oculos **R**ς oculosque ς; *sed collum filii osculans mater inepta est; cf. Catull.* IX 8 *sq.; num praeterea* osque premam*?* || 37 uana *uulgo*: magna **R**ς || 39 illud opus *fluxisse ex Ouidii met. XV 751 adnotat Burmannus* | uoti *Heinsius*: ueluti **R**ς || 41 et puriter actum *scripsi* (*coll. Cat.* LXXVI 19): actumque pudice **R**ς actumque decore *Peerlkampius ad Verg.* I *p.* 254 || 42 tam *Heinsius*: iam **R**ς || 43 Quidque pudicicia **R**ς: Quodque pudicitia est ς | inuoluisse *scripsi*: inuiolata **R**ς cumulasse *Heinsius* cumulata *Hauptius* Quidque pudicitiae fama inuiolata *Peerlkampius* || 45 contia **R** | *de uocis* saecula *usu cf. Propert.* I 16, 12; II (III) 25, 35 *et* 37 || 48 seruos *scripsi*: neruos **R**ς; *intellege ministros aulicos ipsis dominis saepe truculentiores* || 49 campoque foroque **R**ς, *correxi* || 50 licet **R**ς: libet *coni. Heinsius* | modum *Burmannus*: domum **R**ς

Regnat et incerta est hic quoque nixa rota;
Hic quoque sentitur, neu quid non improba carpat
Saeuit et iniustum ius sibi ubique facit.
Scilicet immunis si luctus una fuisset
Liuia, Fortunae regna minora forent!
Quid si non habitu sic se gessisset in omni,
Vt sua non essent inuidiosa bona?
Caesaris adde domum, quae certe, funeris expers,
Debuit humanis altior esse malis.
Ille uigil, summa sacer ipse locatus in arce,
Res hominum ex tuto cernere dignus erat,
Nec fleri ipse suis nec quemquam flere suorum
Nec, quae nos patimur uulgus, et ipse pati.
Vidimus erepta maerentem stirpe sororis:
Luctus ut in Druso publicus ille fuit.
Condidit Agrippam quo te, Marcelle, sepulcro,
Et cepit generos iam locus ille duos.
Vix posito Agrippa tumuli bene ianua clausa est,
Percipit officium funeris ecce soror.
Ecce, parum ante dati: iactura nouissima Drusus
A magno lacrimas Caesare quartus habet.
Claudite iam, Parcae, nimium reserata sepulcra,
Claudite: plus iusto iam domus ista patet.
Cedis et in uanum tua nomina, Druse, citantur:
Vltima sit fati summa querella tui.
Iste potest implere dolor uel fercula tota

---

53 neu *Heinsius*: ne **R**ς ‖ 61 sacer ille *Heinsius* ‖ 67 sepulchro (*sic semper*) **R** ‖ 70 Percipit *Lipsius*: Perficit **R**ς; *an* Exigit*?* | offitium **R** ‖ 71 Ecce parum ante dati *scripsi*: Ecce ter ante datis **R**ς datas *Bentleius* En tribus accedens *Maehly; conieci etiam* Ecce tot ante datis (*scil. tumulo*) *coll. Ouid. her.* III 51 ‖ 75 Cedis **R**: Caedis ς | in uanum *scripsi*: in longum **R**ς incassum ς | citantur *ego*: leuantur **R**ς uocantur *Burmannus* ‖ 76 fati summa **R**: fati haec summa ς | *num* sumpta*?* querela **R** ‖ 77 fercula (*siue* funera) *scripsi*: s(a)ecula **R**ς; *Drusi amissi dolor aequat omnes iacturas*

Et magni luctus obtinuisse locum.
Multi in te amissi; nec, cui tot turba bonorum,
Omnis cui uirtus contigit, unus erat.
Nec genetrice tua fecundior ulla parentum,
Tot bona per partus quae dedit una duos.
Heu, par illud ubi est totidem uirtutibus aequum
Et concors pietas nec dubitatus amor?
Vidimus attonitum fraterna morte Neronem
Squalida promissa flere per ora coma
Dissimilemque sui uultu profitente dolorem.
Ei mihi, quam toto luctus in ore fuit.
Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem
Vidisti, lacrimas uidit et ille tuas
Affigique suis moriens tua pectora sensit
Et tenuit uultu lumina fixa tuo,
Lumina caerulea iam iamque natantia morte,
Lumina fraternas iam subitura manus.
At miseranda parens suprema neque oscula legit,
Frigida nec fouit membra tremente sinu;
Non animam apposito fugientem excepit hiatu
Nec strauit caesas per tua membra comas.
Raptus es absenti, dum te fera bella morantur,
Vtilior patriae quam tibi, Druse, tuae.
Liquitur, ut quondam Zephyris et solibus ictae
Soluuntur tenerae uere tepente niues.

---

78 magni ς: magnum **R**ς; *conicias* Et magnum luctus obtinet iste locum || 79 cui ς: tu **R**ς || 80 erat *Scaliger*: eras **R**ς; *totum locum sic interpretare: nec enim ei (Augusto), cui tot hominum bonorum copia esset, unus tamen erat cui ut tibi omnes simul uirtutes contigissent* || 82 foecundior **R** || 84 *conicias* nec labefactus amor || 86 Squallida *Heinsius*: Pallida **R**ς || 87 colorem *Heinsius; at cf. Bentleius ad Hor. sat.* II 5, 104 || 88 Hei **R**ς | ore *Rutgersius*: orbe **R**ς || 93 ceruleia **R** | natantia **R**: nutantia ς || 95 legit *Heinsius*: fregit **R** figit, fixit, sumpsit ς || 96 fouit *Micyllus*: mouit **R**ς || 98 strauit *scripsi*: traxit **R**ς | caesas ς: cecas **R** caecas ς sectas *Lipsius* canas *uel* laceras *Rouerius* || 101 Cephyris **R**

Te queritur casusque malos, inuisaque uita est,
  Accusatque annos ut diuturna suos.
Talis in umbrosis, mitis nunc denique, siluis
  Deflet Threicium Daulias ales Ityn;
Halcyonum tales uentosa per aequora questus
  Ad surdas tenui uoce sonantur aquas;
Sic plumosa nouis plangentes pectora pinnis
  Oeniden subitae concinuistis aues;
Sic fleuit Clymene, sic et Clymeneides, alte
  Quom iuuenis patriis excidit ictus equis.
Congelat interdum lacrimas duratque tenetque
  Suspensasque oculus fortior intus agit:
Erumpunt iterumque lauant gremiumque sinusque,
  Effusae grauidis uberibusque genis.
In uires abiit flendi mora: plenior unda
  Defluit, exigua siqua retenta mora.
Tandem ubi per lacrimas licuit, sic flebilis orsa,
  Singultu medios impediente sonos:
'Nate, breuis fructus, duplicis sors altera partus,
  Gloria conspectae, nate, parentis, ubi es?
Sed neque iam dulcis nec iam sors altera partus,
  Gloria conspectae nunc quoque matris, ubi es?
Heu, modo tantus, ubi es? tumulo portaris et igni.
  Haec sunt in reditus dona paranda tuos?
Sicine dignus eras oculis occurrere nostris?
  Sic ego te reducem digna uidere fui?

---

103 Te *fortasse* Se | inuisaque uita est *temptaui*: irrisaque tales **R**ς irrisaque uota *Heinsius* atque irrita uota *Bentleius* incisaque fila *Withofius* atque irrita tura *Hauptius* ‖ 106 Daunias a. Itin **R** ‖ 109 pinnis **R**: pennis ς ‖ 110 Oenidem ς ‖ 111 Clemeneides **R** | alte **R**: altae ς ‖ 112 Quom **R**: Cum ς ‖ 114 oculus f. intus *Heinsius*: oculis f. ictus **R**ς ‖ 115 lauant *Burmannus*: grauant **R**ς | gremiumque *Naugerius:* gemitumque **R**ς ‖ 116 grauidis ς: grauibus **R** ‖ 119 sic *Naugerius*: sed **R**ς | orsa **R**: orsa est ς ‖ 122 conspecte **R**: confectae ς ‖ 123 dulcis *scripsi*: duplicis **R**ς ‖ 124 conspecte **R**: confectae ς ‖ 127 Siccine **R** | nostris **R**: matris ς

Caesaris uxori si talia dicere fas est,
Iam dubito, magnos an rear esse deos.
Nam quid ego admisi? quae non ego numina cultu,
Quos ego non potui demeruisse deos?
Hic pietatis honos? artus amplector inanis,
Et uorat hos ipsos flamma rogusque ferus.
Tene ego sustineo positum scelerata uidere?
Tene meae poterunt ungere, nate, manus?
Nunc ego te infelix summum teneoque tuorque
Effingoque manus oraque ad ora fero?
Nunc primum aspiceris consul uictorque parenti?
Sic mihi sic miserae nomina tanta refers?
Quos primum uidi fasces, in funere uidi,
Et uidi inuersos indiciumque mali.
Quis credat? matri lux haec durissima uenit,
Qua natum in summo uidit honore suum.
Iamne ego non felix? iam pars mihi rapta Neronum,
Materni celeber nomine Drusus aui?
Iamne meus non est nec me facit ille parentem?
Iamne fui Drusi mater et ipse fuit,
Nec quom uictorem referetur adesse Neronem,
Dicere iam potero "maior an alter adest?"
Vltima contigimus. ius matris habemus ab uno,
Vnius est munus quod tamen orba negor.
Me miseram! extimui frigusque per ossa cucurrit.
Nil ego iam possum certa uocare meum.
Hic meus ecce fuit: iubet hic de fratre uereri;
Omnia iam metuo: fortior ante fui.
Sospite te saltem moriar, Nero: tu mea condas
Lumina et excipias hanc animam ore pio.

---

133 amplector **R**: complector ς || 134 Et uorat *Heinsius*: Euocat **R**ς | ferus *scripsi*: suus **R**ς sinus ς || 137 tuorque, *sic* **R** || 138 Affigoque ς; *malim* Coniungoque || 141 Quo ς || 142 inuersos *Lindenbrogius et Lipsius*: euersos **R**ς || 143 durissima *Heinsius*: carissima **R**ς || 145 non felix ς: sum felix **R**; *an* sum infelix? || 149 cum ς

Atque utinam Drusi manus altera et altera fratris
Formarent oculos comprimerentque meos.
Quod licet, at certe tumulo ponemur in uno,
Druse, neque ad ueteres conditus ibis auos;
Miscebor cinerique cinis atque ossibus ossa.
Hanc lucem celeri turbine Parca neat.'
Haec et plura refert. lacrimae sua uerba sequuntur
Oraque nequicquam per modo questa fluunt.
Quin etiam corpus matri uix uixque remissum
Exequiis caruit, Liuia, paene suis.
Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,
Inter quae periit, ponere certus erat:
Abstulit inuitis corpus uenerabile frater
Et Drusum patriae quod licuitque dedit.
Funera ducuntur Romana per oppida Drusi,
(Heu facinus) per quae uictor iturus erat,
Per quae deletis Raetorum uenerat armis.
Ei mihi, quam dispar huic fuit illud iter!
Consul init fractis maerentem fascibus urbem:
Quid faceret uictus, sic ubi uictor init?
Maesta domus plangore sonat, quoi figere laetus
Parte sua dominus uouerat arma manu.
Vrbs gemit et uultum miserabilis induit unum:
Gentibus aduersis forma sit illa, precor.
Incerti clauduntque domos strepitantque per urbem,
Hic illic pauidi clamque palamque dolent.
Iura silent mutaeque tacent sine uindice leges;
Aspicitur toto purpura nulla foro.
Dique latent templis neque iniqua ad funera uultus

---

161 at *scripsi*: hoc **R**ς o *Heinsius* ‖ 162 atque **R**ς: simul ς ‖ 167 et iam **R** ‖ 168 poene **R** ‖ 170 quae periit *Rutgersius*: qu(a)eque ruit **R**ς ‖ 172 patri(a)e **R**ς: prime ς | quod licuitque *quid hic sibi uelit non dispicio. fortasse* quoi decuitque, *scil. matri* ‖ 173 ducuntur ς: dicuntur **R** ‖ 175 Rhetorum **R**ς ‖ 176 Hei **R**ς ‖ 177 Consul init **R**ς: Consuluit ς ‖ 179 quoi **R**: cui ς ‖ 185 iacent *Heinsius* ‖ 187 Diique **R**

Praebent nec poscunt tura ferenda foco:
Obscuros delubra tenent; pudet ora colentum
Aspicere inuidiae, quam meruere, metu.
Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
Sustulerat timidas sidera ad alta manus,
Iamque precaturus 'quid ego autem credulus' inquit
'Suscipiam in pullos irrita uota deos?
Si pia non illos pro Druso Liuia mouit,
Nos erimus magno maxima cura Ioui?'
Dixit et iratus uota insuscepta reliquit
Durauitque animum destituitque preces.
Obuia turba ruit lacrimisque rigantibus ora
Consulis erepti publica damna refert.
Omnibus idem oculi, par est concordia fiendi:
Funeris exequiis adsumus omnis eques,
Omnis adest aetas, maerent iuuenesque senesque,
Ausoniae matres Ausoniaeque nurus.
Auctorisque sui praefertur imagine maesta
Quae uictrix templis debita laurus erat.
Certat onus lecti generosa subire iuuentus
Et studet officio sedula colla dare.
Et uoce et lacrimis laudasti, Caesar, alumnum,
Tristia cum medius rumperet orsa dolor.
Tu letum optasti, dis auersantibus omen,
Par tibi, si sinerent te tua fata mori.
Sed tibi debetur caelum, te fulmine pollens
Accipiet cupidi regia magna Iouis.
Quod petiit tulit ille, tibi ut sua facta placerent,
Magnaque laudatus praemia mortis habet.

---

188 foco *scripsi*: rogo **R**ς *ineptissime*; *suis scilicet aris dei iniuriae conscii tura non postulant* ‖ 192 sydera (*sic semper*) **R** ‖ 194 pullos *scripsi*: nullos **R**ς *absone*; pullos = obscuros *u.* 189 ‖ 195 Si pia *scripsi*: Liuia **R**ς *anaphorae forma pessima* ‖ 198 destituique **R** ‖ 201 iidem **R** ‖ 205 Autorisque **R** ‖ 207 lecti ς: luctu **R**ς ‖ 208 offitio **R** ‖ 210 orsa *Naugerius*: ossa **R**ς ora ς ‖ 211 loetum **R** | diis **R** | auersantibus, *sic* **R**: aduersantibus ς ‖ 215 tulit ς: uult **R**ς

Armataeque rogum celebrant de more cohortes:
Has pedes exequias reddit equesque duci.
Te clamore uocant iterumque iterumque supremo;
Ac uox aduersis collibus icta redit.
Ipse pater flauis Tiberinus adhorruit undis,
Sustulit et medio nubilus amne caput.
Tum salice implexum muscoque et arundine crinem
Caeruleum magna legit ab ore manu
Vberibusque oculis lacrimarum flumina misit:
Vix capit adiectas alueus altus aquas.
Iamque rogi flammas extinguere fluminis ictu,
Corpus et intactum tollere certus erat;
Sustentabat aquas cursusque inhibebat ad aequor,
Vt posset toto proluere amne rogum.
Sed Mauors, templo uicinus et accola campi,
Haec dixit siccis uerba neque ipse genis:
'Quamquam animi decet ira, tamen, Tiberine, quiescas:
Non tibi, non ullis uincere fata datur.
Iste meus periit, periit arma inter et enses
Et dux pro patria: funera causa probat.
Quod potui tribuisse, dedi: uictoria parta est:
Auctor abit operis, sed tamen extat opus.
Quondam ego tentaui Clothoque duasque sorores,
Impia quae certo pollice pensa trahunt,

---

218 Has *scripsi*: Ast **R**ς at ς ac *Pithoeus* ‖ 220 Ac *scripsi*: At **R**ς Et *Maehly* | icta; *malim* ista ‖ 221 Tyberinus (*semper*) **R** | abhorruit *uel* inhorruit ς ‖ 222 Sustulit e *uel* Et tulit e ς ‖ 224 Caeruleo *Micyllus* ‖ 227 auctu *Rutgersius*, actu *Heinsius* ‖ 229 inbibebat **R** | ad aequor *Heinsius*: equorum **R**ς, *cuius uitii originem bene explicat Burmannus* ‖ 232 Haec *scripsi*: Tot **R**ς; *sed* tot uerba = tot tantum uerba (*cf. Ouid. met.* IX 29) *non habet locum, nisi ubi oratio paucissimorum uerborum sequitur* ‖ 233 animi *scripsi*: amnes **R**ς *absurde; sed fortasse praestat* amens (*quamquam haec ira licet insana tamen pulcra est*) ‖ 236 Ut *Burmannus* | funera causa latet **R**ς, *correxi;* funere causa patet *Cuperus* ‖ 238 Autor **R** ‖ 240 *sic* **R**ς: Pollice quae certo pensa seuera tr. ς; *pro* Impia *Heinsius* Inuida *maluit*

Vt Remus Iliades et frater conditor urbis
Effugerent aliqua stagna profunda uia.
De tribus una mihi "partem accipe quae datur" inquit
"Muneris. ex istis quod petis alter erit.
Hic tibi, mox Veneri Caesar promissus uterque:
Hos debet solos Martia Roma deos."
Sic cecinere deae: nec tu, Tiberine, repugna
Irrite nec flammas amne morare tuo
Nec iuuenis positi supremos destrue honores.
Vade age et immissis labere pronus aquis.'
Paret et in longum spatiosas explicat undas
Structaque pendenti pumice tecta subit.
Flamma diu cunctata caput contingere sanctum
Errauit posito lenta sub usque toro.
Tandem ubi complexa est siluas alimentaque sumpsit,
Aethera subrectis lambit et astra comis;
Qualis in Herculeae colluxit collibus Oetae,
Quom sunt imposito membra cremata deo.
Vritur heu decor ille uiri generosaque forma
Et faciles uultus, uritur ille uigor
Victricesque manus facundaque principis ora
Pectoraque, ingenii magna capaxque domus.
Spes quoque multorum flammis uruntur in isdem:
Iste rogus miserae uiscera matris habet.
Facta ducis uiuent operosaque gloria rerum:
Haec manet, haec auidos effugit una rogos.
Pars erit historiae totoque legetur in aeuo
Seque opus ingeniis carminibusque dabit.
Stabis et in rostris tituli speciosus honore
Causaque dicemur nos tibi, Druse, necis.
At tibi ius ueniae superest, Germania, nullum:

---

241 Rhemus **R** || 248 Irrite *Naugerius*: Irrita **R**ς || 250 admissis *nescioquis* || 251 explicit **R** || 253 contata **R** || 254 sub usque *Naugerius*: sibi usque **R**ς subitque *Lipsius* || 256 subrectis *scripsi*: subiectis **R**ς subuectis *Bentleius* || 257 Oethe **R** || 258 Cum ς || 260 facilis ς || 263 iisdem **R** || 268 Seque; *malim* Saepe

Postmodo tu poenas, barbara terra, dabis.
Aspiciam regum liuentia colla catenis
Duraque per saeuas uincula nexa manus
Et tandem trepidos uultus inque illa ferocum
Inuitis lacrimas decidere ora genis.
Spiritus ille minax et Drusi morte superbus
Carnifici in maesto carcere dandus erit.
Consistam laetisque oculis lentusque uidebo
Strata per obscenas corpora nuda uias.
Hunc Aurora diem spectacula tanta ferentem
Quam primum croceis rosida portet equis!
Quam paruo numeros impleuit principis aeuo,
In patriam meritis occubuitque senex!
Certus eras numquam nisi uictor, Druse, reuerti.
Haec te debuerant tempora: uictor eras.
Consule nos, duce nos, duce iam uictore caremus:
Inuenit en tota maeror in urbe locum.
At comitum squalent immissis ora capillis:
Infelix, Druso sed pia turba suo.
Quorum aliquis tendens in te sua brachia dixit
'Quor sine me, quor sic incomitatus abis?'
Adice Ledaeos, concordia sidera, fratres
Templaque Romano constituenda foro:
Nec sua conspiciet (miserum me!) munera Drusus
Nec sua prae templi nomina fronte leget.
Saepe Nero inlacrimans summissa uoce loquetur

---

272 barbara terra *scripsi*: barbare morte **R**ς barbara morte *Heinsius* ‖ 273 Regum *et* cathenis **R** ‖ 275 ferocum; *de hac genetiui forma cf. Neue, lat. Form.* I *p.* 259 *sqq. ed. alt. et Aem. Huebnerus Hermae uol.* XIII *p.* 220 ‖ 279 l(a)etisque oc. l(a)etusque **R**ς; *dedi uulgatam.* lentisque oc. laetusque *Heinsius* ‖ 280 obscoenas **R** ‖ 282 rosida ς: roscida **R**ς ‖ *uu. qui sunt in* **R**ς 283, 84 *et* 287—290 *post* 298 *traieci, in margine olim extantes* ‖ 293 canemus **R** ‖ 294 en *Heinsius*: in **R**ς ‖ 297 brachta **R** ‖ 298 Cur—cur ς ‖ 283 Adiice Ledeos **R** ‖ 284 constituenda *scripsi*: conspicienda **R**ς; *nouum, nisi fallor, templum Dioscuris uouerant fratres* ‖ 288 pro ς ‖ 289 in lachrymas **R**ς illachrymas ς

'Quor adeo fratres heu sine fratre deos?'
Quid referam de te, dignissima coniuge Druso
Atque eadem Drusi digna parente nurus?
Par bene compositum: iuuenum fortissimus alter,
Altera* tam forti mutua cura uiro.*
Femina tu princeps, tu filia Caesaris; illi
Nec minor es magni coniuge uisa Iouis.
Tu concessus amor, tu solus et ultimus illi,
Tu requies fesso grata laboris eras.
Te moriens per uerba nouissima questus abesse
Et mota in nomen frigida lingua tuum.
Infelix recipis non quem promiserat ipse,
Nec qui missus erat, nec tuus ille redit,
Nec tibi deletos poterit narrare Sicambros,
Ensibus et Sueuos terga dedisse suis
Fluminaque et montes et nomina magna locorum
Et siquid miri uidit in orbe nouo.
Frigidus ille tibi corpusque refertur inane,
Quemque premat sine te sternitur ecce torus.
Quo raperis laniata comas similisque furenti?
Quo ruis? attonita quid petis ora manu?
Hoc fuit Andromache, cum uir religatus ad axem
Terruit admissos sanguinolentus equos.
Hoc fuit Euadne tunc cum ferienda coruscis
Fulminibus Capaneus impauida ora dedit.
Quid mortem tibi maesta rogas amplexaque natos
Pignora de Druso sola relicta tenes
Et modo per somnos agitaris imagine falsa
Teque tuo Drusum credis habere sinu
Et subito tentasque manu sperasque receptum,

290 Cur ς || 302 tam *Heinsius*: iam **R**ς; *uereor ne in uerbis* iam — uiro *ineptissimis altius haereat uulnus; conieci* Altera habens formae munera praecipua || 304 uisa **R**ς: iussa ς || 305 confessus *Burmannus* || 314 Et quicquid *Francius* || 319 *et* 321 Hoc fuit *corruptum*; Haec fuit *Maehly*; *conicias aut* Sic fuit *aut* Hoc facit || 319 axem *uulgo*: axes **R**ς || 321 ferienda ς: furibunda **R** feriunda *Heinsius*

Quaeris et in uacui parte priore tori?
Ille pio, si non temere haec creduntur, in aruo
Inter honoratos excipietur auos,
Magnaque maternis maioribus, aequa paternis
Gloria quadriiugis aureus ibit equis,
Regalique habitu curruque superbus eburno
Fronde triumphali tempora uinctus erit.
Accipient iuuenem Germanica signa ferentem,
Consulis imperio conspicuumque decus.
Gaudebuntque suae merito cognomine gentis,
Quod solum domito uictor ab hoste tulit.
Vix credent tantum rerum cepisse tot annos,
Magna rati latum quaerere facta locum.
Haec ipsum sublime ferent, haec, optima mater,
Debuerint luctus attenuare tuos.
Femina digna illis quas aurea prodidit aetas,
Principibus natis, principe digna uiro,
Quid deceat Drusi matrem matremque Neronis
Aspice, quo surgas aspice mane toro.
Non eadem uulgusque decent et culmina rerum:
Est quod praecipuum debeat ista domus.
En posuit te alte Fortuna locumque tueri
Iussit honoratum: Liuia, perfer onus.
Ad te oculos auresque trahis, tua facta notamus,
Nec uox missa potest principis ore tegi.
Alta mane supraque tuos exurge dolores
Infragilemque animum, quod potes, usque tene.
Ac melius certe uirtutum exempla petemus,

339 tot annos *intellege* tot tantum annos; *cf. ad u.* 232 ‖ 340 rati *Hauptius*: uiri **R**ς; *sed dubito num loci correctio perfecta sit* ‖ 342 Debuerint *scripsi*: Debuerant **R**ς ‖ 343 quas *Micyllus*: quos **R**ς | prodidit *Ruhnkenius ad Vell.* I 3: condidit **R**ς ‖ 347 culmina *Scaliger teste Francio*: lumina **R**ς ‖ 349 En posuit *scripsi*: Imposuit **R**ς | alte **R**ς: alto ς ‖ 354 quod **R**ς: quo ς ‖ 355 Ac melius certe *scripsi*: An melius per te **R**ς; *sed pro* per te *Hauptio recte suspecto saltim* de te *expectes* ‖ 356 Qum (*siue* Quom) tu *scripsi*: Quin tu **R** Quam si ς

Qum tu Romanae principis edis opus.
Fata manent omnis, omnis expectat auarus
Portitor et turbae uix satis una ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia sub leges mors uocat atra suas.
Ecce necem intentam caelo terraeque fretoque,
Casurum unde triplex uaticinantur opus.
I nunc et rebus tanta impendente ruina
In te solam oculos et tua damna refer.
Maximus ille quidem iuuenum spes publica uixit
Et qua natus erat gloria summa domus;
Sed mortalis erat nec tu secura fuisti
Fortia progenie bella gerente tua.
Vita data est utenda, data est sine fenore nobis
Mutua nec certa persoluenda die.
Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis:
Illa rapit iuuenes, sustinet illa senes,
Quaque ruit furibunda ruit totumque per orbem
Fulminat et caecis caeca triumphat equis.
Regna deae immitis parce irritare querendo,
Sollicitare animos parce potentis erae.
Quae tamenetsi uno tristis tibi tempore uenit,
Saepe eadem rebus fauit amica tuis.
Nata quod en alte es, quod fetibus aucta duobus,
Quodque etiam magno consociata Ioui,
Quod semper domito rediit tibi Caesar ab orbe,

---

361 intentant *Bentleius et Peerlkampius*; *equidem aut* intentat *aut* intentans *malim* ‖ 362 Casurum uñ triplex *scripsi*: Casurum triplex **R**ς Casurumque triplex *Heinsius* | uaticinantur *Heinsius*: uaticinatur **R**ς ‖ 366 Et ς: Ex **R** ‖ 367 erat **R**ς: erit ς ‖ 371 iniquis *Heinsius*: inique **R**ς ubique ς ‖ 375 *in uerbis* deae immitis *uidendum est num synaloephe ingratissima probabili coniectura tolli possit* ‖ 376 her(a)e **R**ς ‖ 377 Quae tamen hoc uno **R**ς, *quod Hauptio iam suspectum correxi hemistichium Catullianum* (LXVIII*b* 65) *restituendo* ‖ 379 Nata quod alte es quodque es foetibus a. d. **R**ς, *corr. Heinsius* ‖ 380 consotiata **R**

Gessit et inuicta prospera bella manu,
Quod spes implerunt maternaque uota Nerones,
Quod pulsus totiens hostis utroque duce
(Rhenus et Alpinae ualles et sanguine nigro
Decolor infecta testis Isargus aqua,
Danuuiusque rapax et Dacius orbe remoto
Appulus (huic hosti perbreue Pontus iter)
Armeniusque fugax et tandem Dalmata supplex
Summaque dispersi per iuga Pannonii
Et modo Germanus Romanis cognitus orbis):
Aspice quot meritis culpa sit una minor.
Adde quod est absens raptus nec cernere nati
Semineces oculos sustinuere tui,
Quique dolor menti lenissimus influit aegrae,
Accipere est ictus aure coacta suos,
Praeuertitque metus per longa pericula luctum,
Tu quibus auditis anxia mentis eras:
Non ex praecipiti dolor in tua pectora uenit,
Sed per mollitos ante timore gradus.
Iuppiter ante dedit fati mala signa cruenti,
Flammifera petiit cum tria templa manu,
Iunonisque aedes motae impauidaeque Mineruae
Sanctaque et immeriti Caesaris icta domus.
Sidera quin etiam caelo fugisse feruntur,
Lucifer et solitas destituisse uias:
Lucifer in toto nulli comparuit orbe

---

382 Gessit *uulgo*: Gestat **R**ς, *quo seruato* tela *Heinsius* || 385 Rhaetus *uel* Oenus *Heinsius* || 386 Isargus *Caspar Zeussius*: Itargus **R**ς || 387 Danuuiusque **R**: Danubiusque ς | capax ς || 388 per breue **R**ς, *corr. Micyllus* || 391 Germanus ς: Germani **R**ς || 392 quot *Heinsius*: quam **R**ς || 393 raptus (*uel* demptus) *scripsi*: foetus **R**ς functus ς *commento prauo* || 395 Quique dolor **R**: Qui dolor et ς || 396 Accipere es luctus a. c. tuos **R**ς, *correxi* || 402 tria ς: tua **R**ς sua *Cuperus* || 403 Iunonisque gradus note **R** *quod correxi* (motae *in rebus sacris ualet* laesae); grauis notae *et* graui nocte ς || 404 Sancta quoque *Heinsius* | immeriti *idem*: immensi **R**ς diuini (*om.* et) ς | domus *Naugerius*: manus **R**ς || 407 *puto* nullus

Et uenit stella non praeeunte dies.
Sideris hoc obitum terris instare monebat
Et mergi Stygia nobile lumen aqua.
At tu, qui superes maestae solacia matri,
Comprecor, illi ipsi conspiciare senex
Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque
Et uiuat nato cum sene mater anus.
Euentura precor: deus excusare priora
Dum uolet, a Druso cetera laeta dabit.
Tu tamen usque soles tantum indulgere dolori,
Longius ut nolis (heu male fortis!) ali.
Vix etiam superas, paucas uitalis in horas,
Obtulit inuitae quom tibi Caesar opem
Admouitque preces et ius immiscuit illis
Aridaque affusa guttura tinxit aqua.
Nec minor est nato seruandae cura parentis:
Hic adhibet blandas, nec sine iure, preces.
Coniugis et nati meritum peruenit ad omnis;
Coniugis et nati, Liuia, sospes ope es.
Supprime iam lacrimas: non est reuocabilis istis,
Quem semel umbrifera nauita lintre tulit.
Hectora tot fratres, tot defleuere sorores
Et pater et coniux Astyanaxque puer
Et longaeua parens: tamen ille redemptus ad ignes
Nullaque per Stygias umbra renauit aquas.
Contigit hoc etiam Thetidi: populator Achilles
Iliaca ambustis ossibus arua premit.
Illi caeruleum Panope matertera crinem
Soluit et immensas fletibus auxit aquas,

---

409 obitum *Francius*: obitus **R**ς || 410 lumen **R**: numen ς || 411 super es **R** | solatia **R** || 415 Euentura ς: Et uentura **R**ς || 416 uolet ς: uelit **R** || 417 usque *Heinsius*: ausa **R**ς | soles *scripsi*: potes **R**ς | tantum *Burmannus*: tanto **R**ς || 419 superas *scripsi*: fueras **R**ς || 420 cum ς || 421 iussa immiscuit *Maehly* || 424 *ex. u. 421 foede corruptus* || 425 omnes ς || 432 *malim* Numquam per

Consortesque deae centum longaeuaque magni
Oceani coniux Oceanusque pater
Et Thetis ante omnis: sed nec Thetis ipsa neque omnes
Mutarunt auidi tristia iura dei.
Prisca quid huc repeto? Marcellum Octauia fleuit
Et fleuit populo Caesar utrumque palam.
Sed rigidum ius est et ineuitabile mortis,
Stant rata non ulla fila renenda manu.
Ipse tibi emissus nebulosi litore Auerni,
Si liceat, forti uerba tonore sonet:
'Quid numeras annos? uixi maturior annis:
Acta senem faciunt: haec numeranda tibi,
His aeuum fuit implendum, non segnibus annis:
Hostibus eueniat longa senecta meis.
Hoc ataui monuere mei proauique Nerones
(Fregerunt ambo Punica bella duces),
Hoc domus ista docet per te mea Caesaris alti:
Exitus hic, mater, debuit esse meus.
Nec meritis (quamquam ipsa iuuant magis) afuit illis,
Mater, honos: titulis nomina plena uides.
Consul et ignoti uictor Germanicus orbis,
Quoi fuerit mortis publica causa, legor.
Cingor Apollinea uictricia tempora lauro
Et sensi exequias funeris ipse mei,
Decursusque uirum notos mihi donaque regum
Captaque per titulos oppida lecta suos,
Et quo me officio portauerit illa iuuentus,

---

439 ante omnes ς ‖ 441 haec ς; *malim* hic ‖ 444 renenda *Salmasius*: tenenda **R**ς ‖ 445 nebulosi in littore **R**ς; in *del. Heinsius* ‖ 446 Si ς: Sic **R** | tonore (*siue* tenore) *scripsi*: tot ore **R**ς; *at cf. ad u.* 232 ‖ 450 meis *Scaliger teste Heinsio*: metu **R**ς ‖ 455 quamquam *I. F. Gronouius*: quicquam **R**ς | ipsa *ego*: illa **R**ς | abfuit *Gronouius*: affuit **R**ς affluit ς ‖ 456 omnia plena *Burmannus* ‖ 458 Cui *Lipsius*: Qui **R**ς | fuerit *scripsi*: fuit heu **R**ς ‖ 461 uotos *Maehly*; *sed grauius subest huic loco mendum* ‖ 462 Captaque *scripsi* (*coll. Prop.* III [IV] 4, 16): Cunctaque **R**ς Victaque *Heinsius*

Quae fuit ante meum tam generosa torum.
Denique laudari sacrato Caesaris ore
Emerui, lacrimas elicuique deo.
Et quoiquam miserandus ero? iam comprime fletus.
Hoc ego qui flendi sum tibi causa rogo.'
Haec sentit Drusus, si quid modo sentit in umbra,
Nec tu de tanto crede minora uiro.
Est tibi (sitque precor) multorum filius instar
Parsque tui partus it tibi salua prior;
Est coniux, tutela hominum, quo sospite uestram,
Liuia, funestam dedecet esse domum.

---

466 Emerui ς: Et merui **R**ς ‖ 467 cuiquam ς ‖ 470 de *corruptum* ‖ 472 it *Heinsius*: sit **R**ς.

VI. VII.

ELEGIAE IN MAECENATEM.

Duae elegiae de Maecenate mortuo compositae ad nos peruenerunt in codicum opuscula pseudouergiliana continentium parte altera, ut tamen ad haec antiquitus minime pertinuerint sed medio aeuo aliunde accesserint [cf. praef. uol. sec.]. haesitabant uiri docti, cuinam tempori poematia illa adscribenda essent; ueluti M. Hauptius [opusc. I p. 347] aliquot p. Chr. n. saeculis, L. Muellerus [d. r. m. p. 52 et mus. Rhen. XXIII p. 657 sq.] primis post Maecenatis mortem decenniis, denique O. Ribbeckius [append. Vergil. praef. p. 61] iterum inferiori aetati uindicauerunt. mihi nulla plane dubitatio est, quin sub ipso Maecenatis obitu et facta et edita sint. neque enim facile mihi persuadeo, insequentium temporum rhetorem nescioquem scripsisse VI 9 sq.:

> Nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici,
> Lollius hoc ergo conciliauit opus.

quae scriptor aperte posuit eo consilio, ut legentes quomodo tam accurata de Maecenate notitia instructus esset doceret. itaque Lollium mortui amicum, sui ipsius fortasse propinquum, testem uademque eorum quae deinceps de Maecenatis et moribus (eleg. VI) et supremis momentis (eleg. VII) narraturus erat protulit; sed ea hoc breuitate, qua uti tantummodo potuit is qui de rebus hominibusque illo ipso tempore sat notis loquebatur, nullo pacto posterioris aeui poeta

scolasticus. propterea autem testem illum sine dubio locupletem protulit, quia totum fere carmen prius in Maecenatis moribus contra inuidos inimicos defendendis uersatur. quorum hominum sermonibus malignis iam apud aequales maculam traxerat uiri candidissimi fama effectumque est ut in multum ille tempus mollis nimium effeminatusque audiret, ut docet inprimis Senecae epistula CXIIII. quam Senecae epistulam cur poetae nostro ad elegiam priorem componendam ansam dedisse (quae fuit Hauptii opinio l. l. p. 349 exposita) statuamus, iustam causam desidero, quippe qui in epistula illa ueterum rumorum calumniarumque (quamquam ueritatis quadam specie non carentium) propagationem agnoscam. neque in eo, quod synaloephas nisi lenissimas paucissimasque hic poeta non habet, posteriorum saeculorum indicium possum uidere. immo eam elisionum abstinentiam, quae Claudio et Nerone imperantibus apud auctorem laudis Pisonis et Calpurnium ceterosque facta est norma regulaque, iam sub Augusto nesciocuius grammatici auctoritate sectatores esse nanctam intellegere mihi uideor; certe eiusdem seueritatis is qui Culicem scripsit (cf. et Nux) studiosus.

Quisquis autem fuit carminum horum auctor, in poetis coaeuis maximeque in Vergilio Tibullo Propertio Ouidio non mediocre posuerat studium. ueluti, ut in Propertio me contineam, cum ex hoc multa alia sumpsit (cf. ex. gr. VI 40 = Prop. III 12, 2; VI 51 = IV 6, 67 sqq.; VI 54 = III 11, 31; VI 58 = III 12, 8; VI 76 = III 11, 20), tum totam libri tertii elegiam nonam (id quod iam Gorallus adnotauit) ob oculos habuit atque ipsum illud dictum celebre (VI 37) 'uiuitur ingenio, cetera mortis erunt' uatis Umbri (III 2, 23 sq.) imitationi debet. et ad aeui Augustei poetas clarissimos elegiarum in Maecenatem scriptor in totius carminis prioris dispositione, singularum

dictionum colore, mythorum tractandorum ratione ita adludit, ut Lygdami reliquorumque uirorum in Messallae maxime domo poesin temptantium turbam in memoriam mihi reuocet. neque ulli minorum horum deorum impar noster. quem licet certatim docti stultum absurdumque appellauerint, mediocri ingenio praeditum eum poemata non ita contemnenda fecisse statuet, qui carmen prius non ex pannis particulisque nullo uinculo cohaerentibus constare, sed iusta dispositione non carere intellexerit. quodsi ex me quaeris num poetam nostrum eundem esse censeam atque eum qui Epicedion Drusi composuit: hanc Scaligeri sententiam mihi probari ingenue fateor; nam maior in re metrica seueritas explicanda ex progressu ab scriptore in arte facto.

Restat ut libros mss. adhibitos breuiter enumeremus; plura enim mox in sec. uol. praef. promenda. omnes plurimosue O siglum indicat, singuli sunt hi:

B codex Bruxellensis 10675—76 saec. XII. collationem adhibui ab Aemilio Grosse in Fleckeis. annal. a. 1869 p. 278 publicatam.

H codex Helmstadiensis 332 chart., nunc Guelferbytanus, saec. XV fol. 77—81. ipse contuli.

M consensus codicum Monacensium 305 saec. XI (m), 18059 saec. XI (n) et 21562 saec. XII (o), quos ipse excussi.

P codex Parisinus 16236 saec. XI, qui post Moretum fol. 245^{b}—246^{b} habet eleg. VI 1—43. ipse contuli.

R codex Rehdigeranus S. I. 6. 17 saec. XV fol. 111—115. ipse contuli.

V codex Vossianus L. O. 81 saec. XV fol. 23—26. ipse excussi.

Aliis codicibus saeculo XV exaratis et anteriores critici (ueluti Heinsius libro chartaceo Petri Seruii, medici Romani, alia membrana Scaliger) usi sunt et nos hodieque utimur. et notabiles sunt libri Vossia-

nus L. O. 96 chart. et Vaticanus 3269 chart. (cf. Tycho Mommsenus in mus. Rhen. VI 626 sqq.) saec. XV, quod in fine alterius elegiae hanc subscriptionem exhibent: *finit elegia uirgilii maronis in mecenatē inuēta ab Henoc in Dacia*, unde Henoch Asculanum ex Dania adportasse in Italiam codicem carmina illa continentem comperimus. sed his libris omnibus, ut et Vaticano 3255 membr. saec. XV, qui fol. 94—98 Maecenatem habet, fides nulla; quorum sordes interpolationesque uelle adferre, hoc uero esset sine ulla utilitate apparatum criticum onerare. paucas lectiones (ς) adscripsi.

Ex editoribus praecipue nominandi sunt Burmannus (Anth. lat. II 119), Wernsdorfius (P. L. M. III p. 155—182), Ribbeckius (append. Vergil. 193—204). ad textum emendandum symbola contulit Iacobus Maehly in programmate Basiliensi a. 1873 p. 13 sqq. [et nuperrime a. 1877 in 'epistula critica' Isidorus Hilbergius, qui p. 13 proposuit VI 21 'discinctus eras nimio (nimium), quod'; porro Theodorus Birtius in dissertatione Bonnensi 'ad historiam hexametri latini symbola' inscripta; ubi p. 67 quod ad VI 50 'somnia uictores' emendatur, id ego dudum in Fleckeis. ann. a. 1872 p. 837 praecepi; praeterea VI 19 'uincit uulgares ueluti beryllus' et VI 39 'Quid faceret? discinctus erat comes impiger idem' restitui uult commento non magis probabili quam quo musei Rhenani XXXII p. 397 coniecit VI 78 'ducere, saeue, suas'.]

VI.

Defleram iuuenis tristi modo carmine fata:
Sunt etiam merito carmina danda seni.

Incipit Mecenas **M** Item Maecenas eiusdem (*scil. Vergilii*) **P** P. V. Maronis elegia incipit **R** Ad mecenatem **H** Incipit Maecenas Virgilii *uel* Maecenas Maronis ς: *titulo carent* **BV** ‖ 1 carmen **H** *m. 1* | facta **H** ‖ 2 eciam **B** (*ut saepe*) et iam **V** | mento **H** | *inter* danda *et* seni *rasura* 4 *aut* 5 *litterarum in* **B**

Vt iuuenis deflendus enim tam candidus et tam
  Longius annoso uiuere dignus auo:
  * *
Inreligata uadis numquam defessa carina
  It redit in uastos semper onusta lacus.
Illa rapit iuuenes prima florente iuuenta,
  Non oblita tamen sed petit ecce senes.
Nec mihi, Maecenas, tecum fuit usus amici:
  Lollius hoc ergo conciliauit opus.
Foedus erat uobis nam propter Caesaris arma,
  Caesaris et similem propter in arma fidem.
Regis eras, Etrusce, genus; tu Caesaris almi
  Dextera, Romanae tu uigil urbis eras.
Omnia cum posses tanto tam carus amico,
  Te sensit nemo uelle nocere tamen.
Maius erat potuisse tamen nec uelle triumphos,
  Maior res magnis abstinuisse fuit.

---

3 enim **BMPH**: erat **RV** eras *Heinsius* | cādibdus **H** *m. 1* | et tam **V**: et iam **M** (etiam **n**) **PHR** eciam **B** || 4 euo **H** *m. 1* || *post* 4 *deesse distichon intellexit Oudendorpius* || 5 uadis *Piersonus*: ratis **O** | carina **O** (carinis **V**): Charontis *Cannegieterus* (Charonis *Ribbeckius*) rapinis *Oudendorpius* rapina *Heinsius* || 6 It *edd.*: Et **O** | honusta **HV** | latus **V** || 7 Ille **H** *m. 1* | prima *ex* brima *corr. m. 1* **B** || 8 sed petit (*siue* rapit) ecce *scripsi*: sed repetitque **O** subripit atque (usque *Scriverius*) *Scaliger* sed rapit usque *uel* sera petitque *Burmannus* || 9 machaneas, *corr. m. 2*, **B** mecenas **M** (moecenas **m**) **V** || 10 Lollius **BPHR**: Illius **MV**, *unde aliquando* Iccius *conieci* | aegro *Heinsius pro* ergo || 11 Foedus *Heinsius*: Fidus **O** | eras **V** | uobis **MPH**: nobis **BRV** | cesaris **B** (*ut fere semper*) || 12 et *om.* **P** it **B** || 12 *post* 13 *ponit* **H** || 13 ethruce **R** | genus etrusce **V**, *unde* genus Etrusci *edd.* | alti *Heinsius*; *puto* alma || 14 Dextre *m. 1*, Dextra *m. 2* **H** | rōni **H** | romane et tu **MV** romana et tu **P** romana uuilgil **B** || 15 tantus **HR** | carus **MV**: clarus **BPHR** || 16 uelle *Meibomius*: posse **O** *ex u. praecedente* || *post* 16 *inserui uersus qui in* **O** *sunt* 31—38; *Ribbeckius* 1—30, 39—56, 31—38, 57 *sqq. ponit* || 31 Malus **B** | posuisse **R** *m. 1* | nec *bis* **B** | trihumphos **o** || 32 Maior res **HR**: Maiores **BMPV** | maius **V** | obstuisse **H**

Maluit umbrosam quercum lymphasque cadentes
  Paucaque pomosi iugera culta soli.
Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis
  Sederat argutas garrulus inter aues.
Marmorea Aonii uincent monimenta libelli:
  Viuitur ingenio, cetera mortis erunt.
Pallade cum docta Phoebus donauerat artes:
  Tu decus et laudes huius et huius eras;
Vincit uulgares sicut beryllus harenas,
  Litore in extremo quas simul unda uomit.
Quod discinctus eras habitu, quod carpitur unum,
  Diluis hoc nimia simplicitate tua.
Sic illi uixere, quibus fuit aurea uirgo,
  Quae bene praecinctos postmodo pulsa fugit.
Liuide, quid tandem tunicae nocuere solutae,
  Aut tibi uentosi quid nocuere sinus?

---

33 Malluit **R** | quercum] que **B** | lymphasque *Wernsdorfius*: nymphasque **HRm**, nimphasque **BVno** nimfasque **P** | cadentes **BP**: canentes **MHR** canentis **V** || 34 promisi **V** | culta *Aldina*: certa **O** || 35 Pierides **V** phebumque **B** (*ut semper*) | molibus **R** | ortis **RV** || 36 Sederat **MH** (*hic* r *deleto*) **RV**: Sesuper **BP** || 37 Marmorea Aonii *Scaliger*: Marmora **O**, *tum* moeonii **M** (metonii o) maeonii **RV** minaei **P** tunnei **B** Marmora Smyrnaei *Scaliger* Barbara Maeonii *Eldickius* | uincent **BMPH**: uincunt **RV** | monumenta **RV** || 38 cetera *ex* certa *corr. m. 2* **H** || 17 doctas **V** | phebus **BHVn** phobus (*sic*) **mo** || 18 Te **H** *m. 1*, **V** || 19, 20 *delet Ribbeckius* || 19 sicut *scripsi*: uincit **O** (uicit **R**) uiridis *Buechelerus* | beryllus *edd.*: beritus **O** (berithus **R** peritus **Vn**) | haranas **B** || 20 Littore **BHRn** | Litore Erythraeo *Barthius* | quas **V**: quam **O** | simul *om.* o | uomit *Barthius aduers. XXX 11*: mouet **O** || 21 discintus **V**: distinctus **B** disiunctus **MHR** discunctus **P** | habitu quod *scripsi*: animo quoque **O** namque id prope *Heinsius* nimium quod *Ruhnkenius* Momo quod *Buechelerus* | uno **V** || 24 Diluis hoc *ego*: Diluuii hoc **BMPH** *m. 2* (*m. 1* Diluuiu) Dilluuiū hoc **R** Diluuii ac **V** Diluitur *edd.* Diluis at *Oudendorpius* | nimium **R** uitae simpl. tuae *Heinsius*; *malim* animi simpl. tui || 24 precintos **RV** precinctus **H** *m. 1* | postmodum **H** | uisa **V** || 25 Liuide ς: Liuida **O** (*etiam* **H**; Inuide **V**) | quod **R** || 26 *pro* tibi **H** *m. 1* uerba, ubi o | tibi quid **B** | quod **R**o qui **n**

Num minus urbis erat custos et Caesaris opses?
Nuncubi non tutas fecit in urbe uias?
Nocte sub obscura quis te spoliauit amantem?
Quis tetigit ferro, durior ipse, latus? 30
Quid faceret? defunctus erat, comes inpiger idem, 39
Miles et Augusti fortiter usque sequi. 40
Illum piscosi uiderunt saxa Pelori
Ignibus hostilis dedere ligna ratis;
Puluere in Emathio fortem uidere Philippi:
Quam tunc ille tener iam grauis hostis erat!
Cum freta Niliacae texerunt lata carinae, 45
Fortis erat circa, fortis et ante ducem,
Militis Eoi fulgentis terga secutus,
Territus ad Nili dum fugit ille caput. 48
Hic modo miles erat, ne posset femina Romam 53
Dotalem stupri turpis habere sui.
Hic tela in profugos (tantum curuauerat arcum) 55
Misit ad extremos exorientis equos. 56
Pax erat: haec illos laxarunt otia cultus. 49
Somnia uictores Marte sedente decent. 50

---

27 c(a)esaris **O**: careris **B**, *unde* carceris *Ribbeckius coniecit* | opses **B**: obses **O** hospes ς || 28 Nuncubi *Scaliger*: Nunc tibi **BP** Num tibi **MHRV** | num tutas **R** | ǔrbe **B** || 29 oscura **BV** | qui **H** | uiolauit **R** | euntem ς, *Heinsius* || 39 facere **B** fateret **V** | defuntus **V** | inpiger **V**: integer **O** || 40 Milles **R** | angusti **n** | fortiter **O**: *edd.* fortis et | usque sequi *scripsi* (*coll. Prop. l. l.*): usque pius **O**; *sed* pius *nihil ad rem* || 41 pilori **H** polori **V** || 42 hostilis **R**: hostiles **O** | dedere *Heinsius*: redere **V** reddere **O** tradere *Scaliger* perdere *Is. Vossius* | tigna *Heinsius* | rates **MV** || 43 ęmathio *et* philippū **n** | *in u.* 43 *desinit* **P** || 44 Quam **O**: Tam **B** | tunc **MRV**: nunc **BH** | illi **V** | iam *scripsi*: tam **O** (quam **R**) | grauim **V** (*non* **H**) || 45 lata **MV**: leta **BH** laeta **R** || 46 circa **BMH**: cura **R** circum **V** || 47 Milites **B** *et* **H** *m. 1* | eoy **n**, ei **H** *m. 1* | fulgentis *scripsi*: fugientis **O** (fugientes, *suprascr.* i, **H** fugentis **n**) fugientia *Heinsius* | sequutus **V** || 48 ruit *Burmannus* | capud **B** || 49 illos **RV**: illo **BMH**; *an* ex illo*?* | laxarant **BR** (*fort.* laxabant*?*) | otia **n**: ocia **O** || 50 Somnia *scripsi*: Omnia **O** Otia *Meinekius* Mollia *Buechelerus* | uictores — decent **V**: uictoris — decet **BMH** uictores — decet **R**

Actius ipse lyram plectro percussit eburno,
  Postquam uictrices conticuere tubae.
Bacche, coloratos postquam deuicimus Indos,
  Potasti galea dulce iuuante merum;
Et tibi securo tunicae fluxere solutae:
  Te puto purpureas tunc habuisse duas.
Sum memor (et certe memini) subducere uestem
  Brachia purpuream candidiora niue.
Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus et auro:
  Serpentes hederae uix habuere locum.
Argentata tuos etiam talaria talos
  Vincxerunt certe: nec puto, Bacche, negas.
Mollius es solito mecum tum multa locutus,
  Et tibi consulto uerba fuere noua.

---

51 Accius **H** | liram **B** | percusit **R** ‖ 52 Posquam **R** (*ut saepe*) | uictricem **H** | turbe **BV**, *et ita, sed* r *expuncto* **H** ‖ 53—56 *ante* 49—52 *collocaui* ‖ 53 *sq. post* 55 *sq. ponit Ribbeckius* ‖ 53 ne] nec **B** | foemina **R** ‖ 54 strupri **B** ‖ 55 Sic tela *et* tentum *Heinsius* | $\overline{\text{tn}}$ *pro* tantum **o** | curuauerit **H** *m. 1* ‖ 56 externos, *m. 2 ex* extet mersu *corr.* **H** | mox Orientis *Heinsius* ecce Orientis *Burmannus* extremas Nili orientis aquas *Piersonus* ‖ 57 Bache **BHo** | posquam deuincimus **R** | ymnos **V** ‖ 58 Portasti **mo** | galete **H** *m. 1* | iubante *Rutgersius* ‖ 59 defluxere **H** ‖ 60 haũisse **R** ‖ 61 certo *Wernsdorfius* | memini subducere *scripsi*: memini sic ducere **O** (*uno uocabulo inter* certe *et* sic *eraso mgo m. 2* memini **B**); memini tua ducere *Meyerus* meministi ducere *Buechelerus* | uestem *scripsi*: thyrsos (tirsos **B** tyrsos **V** thirsos **m**) **O** *inepte, cum u. demum* 63 *thyrsi fiat mentio* | Tum memorant curru geminas tibi ducere tigres *Burmannus* Tum memorant certe geminos tibi ducere thyrsos *Oudendorpius* ‖ 62 Brachia ς *uulgo*: Bache **B** Bachea **H** *m. 1* (*m. 2 super* ch *punctata scripsit* r) Bacchea **MRV** | purpuream *scripsi*: purpurea **O** perpura *Ptolemaeus Flauius* prae pura *Oudendorpius* uel pura *Burmannus* ‖ 63 tyrsus **BV** thirsus **m** thirsis **H** *m. 1* | geminis **B** ‖ 64 hedre **H** edere **V** ‖ 65 Amentata *Scaliger* | talaria (tallaria **R**) **O**: sandalia **V** plantaria *Burmannus* | tallos **R** ‖ 66 Vincxerunt **V**: Vinxerunt **O** | bache **BHM** ‖ 67 tum] cum **H**; tecum temulenta *Heinsius* matrum de more *Wernsdorfius ex Verg. Aen. VII 357. Sed* mecum *rectissime se habet; nam interfuisse se Bacchi expeditioni Indicae fingit poeta; cf.* 57, 61 | loquutus **V**

Inpiger Alcide, duro defuncte labore,
  Sic memorant curas te posuisse tuas;
Sic te cum tenera multum lusisse puella
  Oblitum Nemeae iamque, Erymanthe, tui.
Vltra numquid erat? torsisti pollice fusos,
  Lenisti morsu leuia fila parum.
Percussit crebros te propter Lydia nodos,
  Te propter dura stamina rupta manu.
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes
  Inter lanificas sumere saepe suas.
Claua torosa tibi pariter cum pelle iacebat,
  Quam pede suspenso percutiebat Amor.
Quis fore credebat, premeret cum iam inpiger infans
  Hydros ingentes uix capiente manu,
Cumue renascentem meteret uelociter hydram,
  Frangeret inmanes uel Diomedis equos,
Vel tribus aduersis communem fratribus aluum
  Et sex ad uersas solus in arma manus?

---

69 Impiger **MHR** | duro *scripsi*: multo **O**; *sed intolerabile est* multus *intra quinque uersus ter repetitum* | defuncto **H** defunte **V** ‖ 70 posuisse **HV**: possuisse **R** potuisse **BM** ‖ 71 Sic tecum **BMH** | teneram **R** | multum **BMH**: tecum **RV** *ex repetitione*; laetum *edd.* lentum *Heinsius* | luxisse **V** | puellam **HR** ‖ 72 Obitum **R** *m. 1* | nemeae **MR**: ne mee **V** ne mea **BH** nemees ς | erimante **BVn** herimante **R** erimantie **H** ‖ *post* 72 *Ribbeckius* 79 *sq.* ‖ 73 Ultro **Bm** | numquit **V** ‖ 74 Leuisti **M** Leniisti **V** Laeuasti *Heinsius* | fila *ex* filia *corr.* **B** uila **H** *m. 1* ‖ 75 Percusit **R** | lidia **BHVno** ‖ 76 Et propter *Burmannus* ‖ 77 Lidia **BHVmo** | tunica ς | uixit **V** | fluentes **V**: fouentes **BMH** *m. 2* (uouentes *m. 1*) **R** fluente ς ‖ 76 sumere saepe *Wakkerus*: ducere s(a)epe **O** ducere pensa *Heinsius* ‖ 79 Clausa **V** | thorosa **HR** torose *Heinsius* | tibi **RV**: tua **EMH** ‖ 80 praeripiebat *Burmannus* ‖ 81 premeret cum iam *Aldina*: cum iam premet **B** cum iam p̄met **R** *et* **H** (*sed* tuum *m. 1*) cum iam premit **V** cum iam p̄mit **M** cum rumperet *Scaliger* | impiger **BHRmn** ‖ 82 Hidros **BHV** Idros **o** ‖ 83 meteret *scripsi* (*et ita iam Struchtmeyerus, Anim. crit. p. 72*): terret **O** tereret *uulgo; cf. Germ Arat. 543* | uelocior **mo** | hidram **BHV** ydram **n** ‖ 84 immanes **HRm** ‖ 86 ad uersas *ego*: aduersas **O** (abuersas **m** aduersus **n** *et* **H** *m. 1*)

Fudit Aloidas postquam dominator Olympi,
  Dicitur in nitidum percubuisse diem
Atque aquilam misisse suam, quae quaereret ecquid
  Posset amaturo digna referre Ioui.
Valle sub Idaea tum te, formose sacerdos,
  Inuenit et presso molliter ungue rapit.
Sic est: uictor amet, uictor potiatur in umbra,
  Victor odorata dormiat inque rosa.
Victus aret uictusque metat, metus imperet illi,
  Membra nec in strata sternere discat humo.
Tempora dispensant usus et tempora cultus:
  Haec homines, pecudes, haec moderantur aues.
Lux est: taurus arat; nox est: requiescit, arator
  Liberat et merito feruida colla boui.
Conglaciantur aquae: scopulis se condit hirundo;
  Verberat at gelidos garrula uere lacus.

* * *

Caesar amicus erat; poterat uixisse solute,
  Cum iam Caesar idem quod cupiebat erat.

---

87 Aloidas *uulgo*: et aloidas **R** et enidas **MHV** et oenidas **B** | olimpi **BMHV** ‖ 88 procubuisse **HR** | diem **O**: bouem *uulgo* ‖ 89 misse **B** | ecquid **BR**: etquid **MH** et qui **V**; *puto* ecqui ‖ 90 amaturo **H** *m. 2*: maturo **O** | digna *Heinsius*: signa **O** (posse **R**) ‖ 91 sub ida ea **B** sub idea **MH** *m. 2* (sibi dea *m. 1*) **RV** | tum *Heinsius*: dum **O** iam *F. Handius ad Stat. silu. II 45* | sacerdos] iacentem *Heinsius* ‖ 92 prensum *Burmannus* ‖ 93 Segnis uictor *Heinsius* ‖ 94 adorato **H** ‖ 95 Victus aret (erat **H** *m. 1*, arat *m. 2*) uictusque metat (metet **BM**) **O**: Victorem uictus metuat **V** | imperat **HR** ‖ 96 Menbra **B** | sternere] tenere **V** ponere *Heinsius* ‖ 97 dispensat **V** | lusus *Heinsius* ‖ 98 *puto* Haec omnes pecudes ‖ 99 ẽ≡thaurus (t *in ras.*) **o** thaurus **H** | erat **mo** | nox **RV**: non **BMH** | est *om.* **V** ‖ 100 et merito **BM**: emerito **HRV** Libera et emerito ꝭ | boni **H** *m. 1* ‖ 101 Conglatiantur **M** Conglutinantur **V** Cum glaciantur *Salmasius et Heinsius* | scopulus **o** | se condit] sedit **B** | hyrundo **R** yrundo **V** ‖ 102 at gel. *scripsi*: et gelidos **O** egelido *Aldina* | ga≡≡rrula (*in ras.* ll) **B** | latus **HV** ‖ *post* 102 *lacunam statui; intercidit haud unum distichon* ‖ 103 solutę **n** ‖ 104 iam cesarides **V**

Indulsit merito, non ut temerarius, ille;
  Vicimus: Augusto iudice dignus erat.
Argo saxa pauens postquam Scylaceia legit
  Cyaneosque metus ac religata ratis,
Viscera dissecuit mutatura arietis agno
  Aeetis sucis omniperita suis.
His te, Maecenas, iuuenescere forte licebat.
  Haec utinam nobis Colchidos herba foret!
Redditur arboribus florens reuirentibus aetas:
  Et uer non homini, quod fuit ante, redit?
Viuacesque magis ceruos decet esse pauentes,
  Si quorum in torua cornua fronte rigent?
Viuere cornices multos dicuntur in annos:
  Cur nos angusta conditione sumus?
Pascitur Aurorae Tithonus nectare coniunx,
  Atque ita iam tremulo nulla senecta nocet.
Vt tibi uita foret semper medicamine sacro,
  Te uellem Aurorae conplacuisse uirum.

---

105 merita **B** | non ut *scripsi*: non est **O** merito sibi: non temerarius *Heinsius* ‖ 106 Vincimus **R** Vicinus **VH** *m. 1* | 107 Ergo **V** Arga saxo **H** *m. 1* | parens **V** | Scylaceia *Heinsius*: scyllegia **M** scilleija **V** scylleia **R** scilleia **BH** Scyllaea relegit *Salmasius* ‖ 108 Cyaneos fremitus *Is. Vossius* | ac *ego*: iam **O** | religata *Maehly*: religanda **O** | rates **B** ‖ 109 dissecuit *ego*: disiectu **M** disiecti **BRV** directi (*sic*) **H** dissecti ς defecti *uel* effeti *Heinsius* | mutatura *ego*: mutauerat **O** (mutauerit **Bm** mutarat **R**); *sed plusquamperfecto nullus hic locus* | agno *Aldina*: agni **O** ‖ 110 Aeetis *Scaliger*: Aet//es (t *in ras.*) **B** Aetas et **MR** Etas et **H** *m. 1* (Eetas et *m. 2*) **V** | succis **HRV** | omniperita *Salmasius*: omne perita **O** (omen **H** *m. 1* omē **B** petita **V**) ‖ 111 Iste **BH** | forte licebat *scripsi*: posse dicebat **BV** posse decebat **MHR** ‖ 113 Reditur **V** Redditus **B** | arboreis **V** | flores **BHR** | recurrentibus **V** reuocantibus **HR** | aetas *Aldina*: (a)estas **O** ‖ 114 Et uer *scripsi*: Ergo **O** Ver cur non *Heinsius* ‖ 115 que *om.* **B** Viuacesne *Heinsius* | parentes **V** ‖ 116 In quorum torua *malim* ‖ 118 non **mo** | condicione **B** ‖ 119 aurora **B** *m. 1*, **H** *m. 1* | titonus **HV** | coniux **BHmo** ‖ 120 ita] illi **R** ‖ 121 Utibi **o** ‖ 122 complac. **HRmo** | uiex V ‖ 123 *sq. in singulari schedula manu diuersa, sed eiusdem aetatis habet* **B**

Illius aptus eras croceo recubare cubili,
Linquere poeniceum rore lauante torum;
Illius aptus eras roseas adiungere bigas,
Tum dare purpurea lora regenda manu,
Tum mulcere iubam, cum iam torsisset habenas
Procedente die respicientis equi.

* * *

Quaesiuere chori iuuenem sic Hesperon illum,
Quem nexum medio soluit in igne Venus;
Quem nunc infusca placide sub nocte nitentem
Luciferum contra currere cernis equis.
Hic tibi Corycium, casias hic donat olentis,
Hic ec palmiferis balsama missa iugis.
Nunc pretium candoris habes, nunc redditur umbris:
Te sumus obliti decubuisse senem.
Et Pylium fleuere sui ter Nestora canum:

---

123 actus **V** | cubilli **R** || 124 *sq. om.* **V** || 124 Linquere *temptaui*: Et modo **B** (*sic*) **MHR**, *quod crassa Minerua post uocis genuinae interlapsum est interpolatum* | poeniceum *'ex ueteri scriptura' Scaliger*: penicio **n** phoeniceo **B** puniceo **HVmo** punico **R** | lauante **BM**: leuante **HRV** | thorum **BMH** || 126 Tum *ego*: Tu **O** Et *Francius* | *an* purpureae? || *aduersus* 125 *et* 126 $^{1}_{1}$ *adponit* **B** || 127 Tum **MH** *m. 1*: Tu **BH** *m. 2* **RV** | iam *om.* **o** | torsisse **V** || *post* 128 *lacunam indicaui; totidem quot post* 102 *interciderunt uersus* || 129 thori **V** cari **R**; Locri *Buechelerus* | iuuenum *Scaliger* | hespero nilum **B** hespon **V** | olim *Scaliger* || 130 Que **Bo** Quę **n** | uexum **V** uixdum *Ribbeckius* necdum *Scaliger* | fouit *Heinsius* | uenus **BHR**: nemus **MV** || 131 Que **H** Quae **R** | infusca placide *scripsi*: in fusci **BM** in fusi **HR** in fuscis *ex* in fluscis *corr.* **V** infuscis *Ribbeckius; tum* placida **O** || *post* 132 *lacunam statuit Burmannus; sine causa, cum eorum quae post* 128 *perierunt artior conexus cum* 133 *fuerit* || 133 coricium **Hmn** coritium **Vo** coritum **R** narcissum *Oudendorpius* e Corycio *Burmannus* | olentes **R** || 134 ec *Ribbeckius* (e *uulgo*): et **O** | misa **H** *m. 1* || 135 Hunc **BV** (*sic*) Hoc *Buechelerus* | precium **BRmn** | redditur **MH**: reditur **V** redditus **BR** | imbris **R** || 137 *sq. bis extant in* **H** || 137 Et *Heinsius*: Te **B** Ter **MHRV** | pilium **BRV** Pylii *Oudendorpius* Peliam *Burmannus* Phrygium *Schraderus* (*cf. Markl. ad Statii silu.* III 4, 103) | fluere **V**

Dicebant tamen, hunc non satis esse senem.
Nestoris annosi uicisses saecula, si me
Dispensata tibi stamina nente forent.
Nunc ego quid possum? tellus, leuis ossa teneto,
Pendula librato pondus et ipsa tuum!
Semper serta tibi dabimus, tibi semper honores:
Non umquam sitiens, florida semper eris.

VII.

Sic est Maecenas fato ueniente locutus,
Frigidus et iamiam cum moriturus erat.
'Mene' inquit 'iuuenis primaeui, Iuppiter, ante
Angustam Drusi non cecidisse diem!
Pectore maturo fuerat puer, integer aeuo,
Et magnum magni Caesaris illud opus.
Discidio uellemque prius' — non omnia dixit,
Inciditque pudor quae prope dixit amor.
Set manifestus erat: moriens quaerebat amatae
Coniugis amplexus oscula uerba manus.
'Set tamen hoc satis est: uixi te, Caesar, amico

---

138 Dicebant tamen hunc **V**: Dicebantque tamen **BMHR** || 139 annosi *uulgo*: annosa **O** | uicisses *uulgo*: uixissem **BH** *m. 1* **m o** uixisse **n** uixisem **R** uicsissem **V** uixisses **H** *m. 2* || 140 nente *uulgo*: nempe **O** || 141 quid **MV**: quod **BHR** || 143 honores **B**: odores **MHRV** || 144 numquam **Hn**, *sed* n *in utroque deleta,* unquam **RV** | siciens **B**

VII. *Sine interstitio coniunctum in* **O** *cum carmine praecedenti; primus seiunxit Scaliger* || 1 loquutus **V** || 2 eciam iam **B** || 3 Men **B** | inquid **Bo** | iuuenes **V** | prim(a)eui cū iuppiter **BM** | iupiter **V** || 4 Angustam **MHV**: Augustam **R** Angustum **B** | Drusi *Francius*: bruti **O** | diem *Heinsius*: fidem **O** || 5 aeui *Heinsius* || 6 ille decus *conieci in Fleckeis. ann. a. 1872 p. 52; at cf.* V 39 || 7 dici **V** dicit ς || 8 Incidit quod pudor qui prope **V** (*sic*) Inciditquem pudor prope **H** *m. 1* | puer quem prope **R** || 9 Set **BVo**: Sed *ceteri* || 11 Set **Bo**: Sed **Hmn** Si **RV** | est *om.* **BV** | cesare **V**

Et morior' dixit; 'dum moriorque, sat est.
Mollibus ex oculis aliquis tibi procidet humor,
Cum dicar subita uoce fuisse tibi.
Hoc mihi contingat: iaceam tellure sub aequa.
Nec tamen hoc ultra te doluisse uelim.
Set meminisse uelim. uiuam sermonibus illic:
Semper ero, semper si meminisse uoles.
Sic decet: et certe uiuam tibi semper, amate;
Nec sibi qui moritur, desinit esse tuus.
Ipse ego, quidquid ero, cineres interque fauillas,
Tunc quoque non potero non memor esse tui.
Exemplum uixi te propter molle beati,
Vnctus Maecenas teque ego propter eram.
Arbiter ipse fui; uolui quod, contigit: ecce
Pectus eram uere pectoris ipse tui.
Viue diu, mi care, senex pete sidera sero!
Est opus hoc terris: te quoque uelle decet.
Sit secura tibi quam primum Liuia coniunx,

---

12 dum morior dixit (*om.* que) **H** | dumque morior **o** | sat est *Pithoeus*: satis est **H** satis **O** ‖ *post* 12 *uu.* 23—26 *ponit Ribbeckius* ‖ 13 tibi *om.* **V** ‖ 14 noce **H** | tibi **H** ‖ 15 mihi] tibi **V** ‖ 16 Hec **B** | hoc ultra hoc *om.* te **V** ultra *om.* **o** | doluisse *Heinsius*: potuisse **O** ‖ 17 Set **BV**: Sed *ceteri* ‖ 19 Sic *ego*: Et **O** Hoc *Ribbeckius* | dicet **V** docet **H** *m. 1* | amate *scripsi l. l.*: amare **BMV** amicus **HR** amore ς ‖ 20 sibi *Barthius*: tibi **O** | moritus **R** *m. 1* ‖ 21 quid quid **H**: quicquid **O** ‖ 22 *m. rec. in ima marg. add.* **H** | quoque] ego **RV** | non pot. *ex* nunc pot. *corr.* **B** ‖ 23—26 *in singulari schedula manu eadem qua praecedentis carminis uu.* 123 *sq. additi in* **B** ‖ 23 beati *Salmasius*: beate **O** beatus *Is. Vossius* ‖ 24 Unctus *Iac. Maehly*: Unus **O** Unum discinctus *Heinsius* ‖ 25 Arbitror **R** | tui *Heinsius* | uolui *uulgo*: uoluit **O** | ecce *scripsi*: esse **O** ‖ 27 mi care senex *uulgo coniungunt; corr. interpunctionem L. Muellerus* | mihi *et* sydera **R** | scō **V** sero *supra ras.* **B** ‖ 31 *sq. ante* 29 *sq. posuit Ribbeckius* ‖ 31 Set tibi securo **V** | quam **BM**: quod **V** qui (*m. 2 in* quum *corr.*) **H** cum **R** cum primis *Heinsius* supremum *Scaliger* | libia **H** liuida **n** | coniunx **Rmn**: coniux *ceteri*

Expleat amissi munera rupta gener; 32
Et tibi subcrescant iuuenes bis Caesare digni 29
Et tradant porro Caesaris usque genus. 30
Tu deus in terris, diuis insignis auitis: 33
Te Venus in proprio collocet ipsa sinu.'

---

32 amisi **V** *et* **H** *m. 1* | funera *uel* pignora *Heinsius* | rapta **H**; *ita uel* cruda, nupta *Heinsius* || 29 subirescant **V** succrescant **O** (sucrescant **R**) | uiuens **V** || 33 Tu *ego*: Cum **O** Tum *Wernsdorfius* | intersis *Ribbeckius* || 34 in proprio *uulgo*: in patrio **O** | ipse **V** alma **R** | sinus **V** || Explicit Mecenas **M**; *sine subscriptione ceteri*

VIII. VIIII.

PRECATIO TERRAE.

PRECATIO OMNIUM HERBARUM.

De Precationibus duabus, quas Antonius Musa operi de herbis salubribus conscripto tamquam clausulas uidetur adiecisse, disserui in Miscellaneis Criticis a. 1878 Groningae editis (p. 107—113). ubi quae de codicibus a me adhibitis scripsi hic repetam:

cod. Leidensis [M. L. V. Q. 9] saec. VI, cuius descriptionem diligentem exhibuit L. Muellerus in noui musei Rhenani uol. XXIII p. 187 sqq. in hoc libro post herbarii alicuius inediti reliquias p. 26 'Precatio Terrae', deinde post antidotum quoddam a nostris carminibus alienum p. 28 'Precatio omnium herbarum' legitur. secuntur post alia Antonii Musae de herba uettonica opusculum et herbarium Apulei Platonici. hunc codicem, quem **A** littera notaui, ipse contuli a. 1875.

cod. Vratislauiensis [cod. bibl. uniuers. III F. 19] saec. XI (non IX), cuius primam notitiam communicauit C. E. Chr. Schneiderus in indice lectionum hib. uniu. Vratisl. a. 1839. uaria de herbarum uirtutibus opuscula excipiunt fol. 21ª—22ª Precationes nostrae, post quas Antonii Musae idem illud de herba uettonica opusculum aliaque extant. ad apographon accuratissimum Schneideri, qui inde l. l. carmina edidit, iterum codicem beniuolentissime mihi contulit Martinus Hertzius. **B** esse uolui.

cod. Laurentianus plut. LXXIII 41 saec. XI ineunte characteribus langobardicis exaratus, quem descripsit Bandini, codd. lat. III p. 77 sqq. extant Precationes fol. 11^a—12^a, succedunt eadem quae in **A** opuscula et praeterea eiusdem generis alia multa; ipse a. 1876 excussi. **C** siglum habeto.

cod. Laurentianus plut. LXXIII 16 saec. XIII; cf. Bandini l. l. p. 35 sqq., ubi carmina nostra ita ut leguntur in libro illo primum typis expressa sunt. post Platonis herbarium fol. 13^b Precatio Terrae, deinde post Hippocratis ad Maecenatem epistulam fol. 17^b Precatio omnium herbarum extat, quae excipiunt Antonius Musa et alia multa. **D** nobis est.

Post Bandinium et Schneiderum Riesius in Anthologiam suam [I, 5 et 6] recepit poematia, eadem tractauit in programmate uniuersitatis Ienensis a. 1874 Mauricius Schmidtius, ego retractaui in Miscellaneis supra commemoratis, ad quae eos qui de criticae a nobis factitatae ratione plura scire cupiunt relegamus.

VIII.

PRECATIO TERRAE.

Dea sancta Tellus, rerum naturae parens,
Quae cuncta generas et regeneras indidem,
Quod sola praestas gentibus uitalia,

Incipit precatio terre **B C D** (*nisi quod* $\overline{\text{INC}}$ **B**, Inc$\widetilde{\text{p}}\tau$ **C**, *porro* tere **C**): Herbarium salubrium legendarum medicinalium praecatio terrae matris carmen sic dicis **A** (*cf. Miscell. p.* 109) ‖ 1 sancta, *sic* **A** *cum ceteris* | parensq≡≡ (*eras.* ue) **B** ‖ 2 que *codd.* (q; **C**) | generas et regeneras **B D**: generans et regenerans **C** generans et generas **A** | indidem *scripsi*: sidus *codd.* sidera *Schneiderus* in dies *Buechelerus* saecula *Goetzius* ‖ 3 Quod *codd.*: Quae *Schneiderus; conicias* Quom | uitalia *scripsi*: tutela *codd.* tutelam omnibus *Schneiderus; alia alii uerbis transponendis effecerunt*

Caeli ac maris diua arbitra rerumque omnium,
Per quam silet natura et somnos concipit,
Itemque lucem reparas et noctem fugas:
Tu Ditis umbras tegis et inmensum chaos
Ventosque et imbres tempestatesque attines
Et, cum libet, dimittis et misces freta
Fugasque soles et procellas concitas,
Itemque, cum uis, hilarem promittis diem.
Tu alimenta uitae tribuis perpetua fide,
Et, cum recesserit anima, in tete refugimus:
Ita, quidquid tribuis, in te cuncta recidunt.
Merito uocaris Magna tu Mater deum,
Pietate quia uicisti diuum numina;
Tuque illa uera es gentium et diuum parens,
Sine qua nil maturatur nec nasci potest:
Tu es Magna tuque diuum regina es, dea.
Te, diua, adoro tuumque ego numen inuoco,

---

4 ac] hac **C** | arbitra rerumque **D**: arbitrarumque **BC** arbi-
a
tratumque **A** ‖ 5 quam **D**: quem **AC** quęm **B** | somnos **B**: somnus **AC** somnum **D** | concipit (*uel* accipit) *scripsi*: capit *codd.* captitat *Schmidtius* ‖ 6 Itemque **D**: idemque **AB** idenque **C** | reparas **BCD**: praeparas **A** ‖ 7 ditis umbras **A**: ditissima umbras **CD** *et, nisi quod* umbra, **B** (ima *glossam uocis* ditis *subesse uidit Schmidtius*) | tegas **B** | inmensum *Schneiderus*: inmensus **A** inmensos **BCD** | caos **A** (*sic*) **BC** cahos **D** | caosque uentos **B** *m. 1, corr. m. 2 in* caos uentosque ‖ 8 attines *scripsi*: contines *codd., quo seruato reliquom uersum uarie inmutabant* ‖ 9 dimittis **B**: dimittes **ACD** ‖ 10 soles *scripsi*: solem *codd.* ‖ 11 Itemq≡≡ (*eras.* ue) **B** | bis **C** | ilarem **A** ‖ 12 Tu alimenta *scripsi*: et alimenta *codd.; uulgo* et *delent* | tribues **D** ‖ 13 in tete ref. *scripsi*: in te ref. *codd.* ‖ 14 quicquid **BD** | recidunt **A**: recedunt **BCD** ‖ 16 quia **AC**: qui **BD** | numina *Riesius*: nomina *codd.* ‖ 17 Tuq; *scripsi*: tum **BCD** tu **A** Tu es *Schneiderus* | uera es (ueres) *scripsi*: uer et **BC** uere **A** uero **D** uera et *Schneiderus* ‖ 18 nil maturatur *scripsi*: nec maturatur quicquam *codd.* (*nisi quod* ma-ratur, *om. in fine lineae* tu, **B** *et* quidquam **C**); nec moritur quicquam *Schneiderus*, *alii alia* ‖ 19 tu es magna tu es diuum regina dea *codd., quod correxi. alii alia proponebant* ‖ 20 adora **B** | ego *om.* **C** | numen **A**: nomen *ceteri*

Facilisque praestes hoc mihi quod te rogo;
Referamque gratis, diua, tibi merita fide.
Exaudi *me*, quaeso, et faue coeptis meis;
Hoc quod peto a te, diua, mihi praesta uolens.
Herbas, quascumque generat maiestas tua,
Salutis causa tribuis cunctis gentibus:
Hanc *nunc* mihi permittas medicinam tuam.
Veniat medicina cum tuis uirtutibus:
Quidque ex his fecero, habeat euentum bonum,
Cuique easdem dedero quique easdem a me acceperint,
Sanos eos praestes. denique nunc, diua, hoc mihi
Maiestas praestet *tua*, quod te supplex rogo.

VIIII.
PRECATIO OMNIUM HERBARUM.

Nunc uos potentis omnes herbas deprecor.
Exoro maiestatem uostram, quas parens
Tellus generauit et cunctis dono dedit:

21 homihi **C** (*num* o mihi *uoluit?*) | quo te **C** ‖ 22 gratis *scripsi*: gratias **ACD** graciam **B** | merita *scripsi*: merito *codd.* ‖ 23 exaudi queso *codd., inter quae* me *inserui* | fabe **AC** ‖ 25 tua maiestas (mag. **A**) *codd., transposuit Schneiderus* ‖ 26 causas **C** | tribuis **BCD**: tribuas **A** ‖ 27 hac **A** | nunc *addidi*: *om. codd.* Et hanc mihi *Buechelerus* | permittis **B** ‖ 28 Veniat medicina cum *scripsi*: Veniat me cum **BCD** Veni ad me cum **A** Veni ueni ad me *Buechelerus* | uirtutibus *om.* **A** | 29 Quidque *scripsi*: quidquid **AC** quicquid **BD** ‖ 30 quique eas dedero **C** | quique **AC**: quiquam **D** quisquam **B** | a me *om.* **B** | acciperint **B** acceperit **C** ‖ 31 eos praestes denique *scripsi*: eosdemque pr(a)estes *codd.* eos fac. denique *Schmidtius* | nunc diua postulo ut hoc (hoc *om.* **B**) mihi *codd., ex quibus* postulo ut *glossema eiecit Schmidtius* ‖ 32 magestas **A** maiestes **B** | tua *Riesius: om. codd.* | suplex **B** usplex **A** ‖ Explicit **A** P̄ TR̄E EXP̄ **B** *rubr.* Precatio terre explicit **CD** (explc̄t **C**).

VIIII. Incipit (Incp̄t **C**) pr(a)ecatio omnium herbarum *codd.* ‖ 1 potentes **A** potestis **BD** positis **C** ‖ 1, 2 depr(a)ecor exoro maiestatemque uestram uos quas parens *codd., correxi.* depr. Maiestatemque uestram exoro q. p. *Schneiderus* ‖ 3 tellus generauit (-abit **C**) et cunctis gentibus dono dedit *codd.; glossam* gentibus *eieci*

Medicinam sanitatis in uos contulit
Maiestatemque, ut omni generi *identidem*
Humano sitis auxilium utilissimum.
Hoc supplex exposco *et* precor: ue*locius*
Huc huc adeste cum uestris uirtutibus,
Quia, quae creauit, ipsa permisit mihi,
Vt colligam uos; fauit hic etiam, cui
Medicina tradita est. quantumque uestra *nunc*
Virtus potest, praestate medicinam bonam
Causa salutis. gratiam, precor, mihi
Praestetis per uirtutem uestram, ut omnibus
In rebus, quidquid ex uobis *ego* fecero,
Cuiue homini dedero, habeatis euentus bonos
Et effectum celerrimum. ut semper mihi
Liceat fauente maiestate uestra uos
Colligere, ...
Ponamque uobis fruges et gratis agam
Per nomen Matris, quae uos iussit nascier.

---

5 maiestatemquae **B** ‖ ut **A**: *om.* **BCD** | identidem *suppleui: om. codd.* ‖ 7 suplex **AB** | exposco **ABC**: et posco **D** | et *addidi: om. codd.* | precor uelocius *scripsi*: pr(a)ecorue *codd.* ‖ 8 Huc *bis posui: semel codd.* Vos huc *Riesius* Diuae huc *Schmidtius praue* | adest te **A** adestote **BCD** ‖ 9 Quia quae *scripsi*: quaque **D** quia qui **ABC** | creauit uos ipsa (ipse **A**) *codd.*; uos *remoui* | fauit hic *scripsi*: fauente (-tem **A**) hoc *codd.* ‖ 11 *fortasse* quantamque | nunc (*uel* iam) *addidi: om. codd.* ‖ 13 Causa **D**: causam **ABC** | salutis *Schmidtius*: sanitatis *codd.* | graciam **B** | praecor **A** ‖ 14 uirtutem **BCD**: tutelam **A** ‖ 15 In rebus *scripsi*: uiribus **ACD** uirtutibus **B** | quicquid **B** | ego *addidit Schmidtius*: *om. codd.* ‖ 16 habeatis *scripsi*: habeat *codd.* ‖ 16, 17 effectum celerrimum (celeberrimum **B**) et euentus (-tos **B**) bonos *codd., quae transposui* ‖ 17 mici (c *ex corr., ut uid.*) **A** ‖ 18 uestra **A**: *om.* **BCD** ‖ 19 collegere **B**; *lacunam indicauit Schmidtius* ‖ 20 Ponamque **AC**: Pugnamque **BD** | et gratis *scripsi*: et gratias *codd.* (gracias **B**); gratiasque *Schmidtius* ‖ 21 *num* numen*?* | matris *scripsi*: maiestatis *codd.* eius *Riesius* | quae **D**: qui **ABC** | nascier *Riesius*: nasci *codd.* ‖ Herbarū. precatio: antonimusa quē. tradidit. magno: agrippe. casari: explct **C** Herbarium Antonii Muse quem tradidit M. Agrippe Cesari explicit **D**; *in* **A** *et* **B** *subscriptio deest.*

X.

GERMANICI

ARATEORUM QUAE SUPERSUNT.

Claudius Caesar Germanicus, Drusi filius (false enim Rutgersius [uar. lect II p. 122 sq.] aliique Domitianum adulescentem per tempus illud, quo poeseos studium simulabat, hoc carmen condidisse sumunt) Augusto adhuc uiuente Arati Phaenomena, Prognostica uero post eius mortem ita in linguam latinam conuertit ut multis demptis multisque de suo additis exemplar suum, ubicumque e re uidebatur, corrigeret ederetque pro temporis progressu emendatius. quod opus cum tempore antiquo in honore esset apud doctos (unde ex. gr. Lactantius aliquot locis commemorauit), factum est ut maior illius pars nobis seruaretur codicibus sat uetustis quidem, sed eisdem horrendum in modum deprauatis. medio aeuo adhibuit Aratea in libello prosodiaco Micon Leuita (Phaen. 239 cum titulo 'Cicero in pronosticis' et 332 'sic uagina ensis pernicis sic pede lucet. Cesar').

Libri mss. nobis superstites in duas classes discedunt, quarum utrique suae sunt certae claraeque proprietates. et prior quidem familia, quam O littera notaui, Phaenomenon uu. 1—582 (hic illic omissis binis trinisue uersibus) habet, quibus statim sine interuallo subiungit Prognosticorum fragmentum quartum. huius familiae codices adhibiti a me sunt hice:

A = codex Arundelianus 268 saec. XIII fol. 96ª — 103ᵇ sine ullis imaginibus scholiisue solum exhibet textum cum hac inscriptione: *Incipit astronomia arati astrologi filii atheñodori et delitophile.* hic liber pro saeculi sui more multa deprauationis (praesertim in orthographicis) signa exhibens eo maxime notabilis est quod solus fragmentum Prognosticorum quintum a me primo editum continet. ipse a. 1875 contuli; de locis nonnullis dubium me certiorem fecit postea E. M. Thompson Londiniensis.

B = codex Basiliensis A. N. IV 18, e nostra sententia saeculo nono potius quam octauo scriptus, foliis constans quadraginta quattuor formae quadratae, quae praemissis aliis astronomicis Germanici Aratea interiectis figuris signorum scholiisque continent. omnium codicum facile est princeps eo quod ueteris orthographiae uestigia multa seruauit textumque nullis nouis interpolationibus foedatum praebet. titulo a manu antiqua caret. ipse Ienae contuli. eandem cum hoc originem praefert:

M = codex Meermanni, nunc Phillippicus 1832, saec. IX—X, qui additis et scholiis et siderum imaginibus in ultimis foliis Phaenom. uu. 1—146 solos praebet. ipse a. 1875 contuli. inscriptionem non habet.

M = codex Matritensis A. 22, saec. XII, cuius descriptionem dedit Ioannes Iriarte in catalogo codicum graecorum bibliothecae regiae Matritensis p. 203 sqq., qui ad Prognost. fragmentum quartum uarias eius lectiones edidit, paucissima de reliqui carminis scripturis adiecit. in solo autem fragmento illo adhibui hunc librum, cuius magna est cum codice A cognatio. ceterum Orellii ex Iriartes catalogo excerptis celeriter factis neglegenter usus est Breysigius.

P = codex Parisinus 7886, saec. IX—X, foliis formae quadratae triginta sex constans, quorum 1—14ᵇ carmen nostrum extat cum hoc titulo: *Claudii Caesa-*

ris Arati Phoenomena; de ceteris, quae insunt libro illi, cf. Eyssenhardtius praef. ad Martian. Capell. p. LX sq. cum **B** et Meermanniano plerumque mire consentit, sed his deterior non raro archetypi lectiones et deprauauit et interpolauit. conlatione a Martino Hertzio facta usus est Breysigius; cuius de **P** testimonia, quamuis saepe dubitationibus grauissimis ansam dent, utcumque adhibere debui; nam nouam conlationem nancisci non potui. comparaui tamen non sine utilitate Burmanni ex **P** excerpta in exemplari Gottingensi.

Inter quinque illos libros ad familiam **O** pertinentes ea est necessitudo, ut ad duorum quae ex archetypo huius classis facta sunt apographorum unum redeant **A** et Matritensis, ad alterum **BP** et Meermannianus. — praeterea familiae **O** codices aliquot recentes adsunt, ut Strozzianus XLVI saec. XV, Freibergensis saec. XV (cuius scripturas enotauit Ruediger in Iahnii annal. supplemento quinto (1839) p. 568 sqq.), Vaticani complures saec. XV aliique (cf. Breysigii praef. p. XIX—XXV); qui omnis generis sordibus interpolationibusque scatentes, cum noui nil praebeant, abici possunt sine detrimento ullo.

Iam describenda altera familia, cui siglum **Z** esse uolui. haec (omissis itidem aut transpositis aliquot uersiculis) tota Phaenomena seruauit, quibus Prognosticorum fragmentum tertium et secundum subicit. praeterea hoc habet proprium, quod aliquot locis Germanici textum ex Auieni Arateis interpolauit. sic 147—149 ita extant in **Z**:

At capiti suberunt gemini prolemque tonantis

(qui uersus ex Germanici 148 et Auieni 370 conflatus est), tum Auieni 371—378 secuntur, porro:

Qua media helice subiectum respice cancrum,

iterum secuntur Auieni 383 sq. et 388—90, denique

Ora horrentisque iubas et fuluum cerne leonem

(quem ultimum uersum iterum interpolauit C m. 2). — Item uu. 341 sqq. sic in Z se habent:

Auritum leporem sequitur canis et fugit ille
Urgetur cursu rutili canis ille per aethram
[= Auien. 749]

Sic utrumque oritur sic occidit in freta sidus,

tum omisso u. 343 secuntur Auieni 747, 748, 750, tum denique 344. — etiam post 464 et 472 interpolationes extant in Z; in fine autem (hoc est post Prognost. fragm. II) denuo habentur Auieni Progn. uu. 415—436, 443, 444, 447, 544, 551, 552.

Familiae Z praesto mihi fuerunt codices hice:

C = codex Bononiensis (urbis Gallicae 'Boulogne-sur-mer' uocatae) 188 saec. X foliis 33 formae quadratae constans, picturis siderum pulcris adornatus, scholiis non auctus. inscriptio deest. eiusdem saeculi corrector ut aperta primae manus uitia correxit ita coniecturis male salsis textum infecit, ut omne codicis pretium positum sit in primae manus scripturis. disseruit de hoc libro Rudolphus Dahmsius in Fleckeis. annal. a. 1869 p. 269 sqq. idemque conlationem suam accuratissime factam beniuolentissime mihi utendam concessit. sex autem locis, quibus illi diffidebam, iterum codicem mihi inspexit bibliothecae Bononiensis conseruator. — ex C iam correctorem passo codex Bernensis 88 saec. X descriptus est; id quod Dahmsius l. l. ostendit, ego diligenti inquisitione instituta uerissimum esse cognoui.

E = codex Einsidlensis 338, teste Hageno saeculo X exaratus, foliorum XXII in forma duodecimplicata, titulo et scholiis figurisque carens. Orellii excerptis non ita diligentibus male usus est Breysigius; nobis adfuit Hermanni Hageni conlatio summa cum acribia facta humanissimeque transmissa.

S = codex Susianus, nunc Leidensis [Voss. L. Q. 79], quem olim uir summus Hugo Grotius adhibuit, in-

structus figuris, si cum Ciceronis Harleiano aut ceteris Germanici libris conferas, rudioribus nec tamen sua uenustate carentibus, scholiis tituloque destitutus. bis in unaquaque pagina Germanici textus extat, litteris et capitalibus et minusculis (his usque ad 444). de eius aetate lis inter doctos. alii enim octauo uel nono saeculo adtribuunt, alii [ut Kiehlius in Mnemos. uol. II (1853) p. 82 sqq.] a falsario formas antiquas imitato scriptum esse statuunt. mihi a. 1875 ipsum codicem Lugduni inspicienti ita est uisum: primum membranae uix antiquiores saeculo XIII; porro litterarum capitalium formae, ut iam Geelius intellexit, a tempore antiquiore alienae hic illic deprehenduntur; denique scriptura minuscula subiecta non ita multum distat aetate a superiore maiuscula, ad atramentum quod attinet. nec tamen recens ex saec. XIII origo libri praestantiae obest. immo ex exemplari re uera antiquissimo, scilicet ex eodem quo Bononiensis, transcriptus est. differt interdum textus maiusculis litteris scriptus ab altero, sed in rebus ita minutis, ut ubique eos discernere uix operae sit pretium; neque alterius manus correcturas nisi rarissime respexi. conlationem a van Vliet Batauo institutam publici iuris fecit Breysigius in programmate Erfurtensi a. 1873, sed ut grauissimas lectiones multas neglegeret. de quibus certiorem notitiam roganti mihi du Rieui mei amicitia spectata lubenter suppeditauit.

Ex his tribus familiae Z libris fratres, ut ita dicam, sunt C et S, cum quibus E eundem habet auum.

Familiarum O et Z neutra est ea, cui soli in exercenda crisi te possis addicere; immo ut ad recolligendas omnes carminis particulas, sic in singulis paene uersibus utraque opus est et modo ex hac modo ex illa eligendae sunt lectiones: ambae librariorum carminis textum prae imaginibus neglegentium (cf. Grotii praef.) inscitiam passae pariter, pariter ambae grammaticorum operam iam antiquo aeuo expertae sunt.

ueluti Phaen. 194 Z 'clara etiam nox cum stellas luna refulsit' corrupte quidem, sed sine fucata ueritatis specie tradit, cum contra id quod in O habetur 'clara etiam pernix caelo cum luna refulsit' (nisi quod 'pernix' posterioris temporis corruptela est) prodat grammatici cuiusdam conamen. quin uitia ambabus communia iam antequam duae illae familiae existerent textum carminis ualde deprauatum circumlatum esse ostendunt.

Emendationi omnium praeclarissime consuluit splendidissimum acutissimumque Hugonis Grotii ingenium, eo id admirabilius quod unici codicis adiumento illum usum esse constat. Grotii opera in Arateorum syntagmate (a. 1600) extanti plurimae omnes corruptelae de medio sunt sublatae paruumque spicilegium relictum est posteris. post hunc I. C. Schwartzius in editione Coburgi a. 1715 emissa aliquot uitia bene correxit. porro Burmanni diligentia indefessa molita esse uidetur nouam *ἔκδοσιν*. habetur enim in bibliotheca uniuersitatis Gottingensis exemplar syntagmatis Grotiani, in quo a uiro clarissimo Susiani et Parisini (quem Heinsius descripserat) lectiones enotatae et praeter Grotianas coniecturae multae cum Heinsii tum ipsius in margine adpositae sunt. quo exemplari ut uti possem, effectum est A. Wilmannsii humanitate. — Orellius autem, qui Phaedro suo (Turici 1832) Germanicum subiunxit, eo quod primus plurimos codices maxime Helueticos in usum uocauit et praeterea nonnulla recte emaculauit, non parum hercle his carminibus profuit. de nuperrima A. Breysigii editione (Berolini 1867) tacere melius. nam ut ad emendationem fere nihil contulit, ita apparatu critico ab Orellio et M. Hertzio collecto uti nequiit. — non inutilem operam in locis aliquot purgandis deinde posuit R. Dahmśius supra laudatus.

In hac nostra editione ut adhibitis subsidiis nouis

primum codicum familiae certe distinctae sunt et duo fragmenta adhuc incognita accesserunt, ita etiam crisin fecisse progressum lubenter puto agnoscent periti.

PHAENOMENA.

Ab Ioue principium magno deduxit Aratus,
Carminis at nobis, genitor, tu maximus auctor:
Te ueneror, tibi sacra fero doctique laboris
Primitias. probat ipse deum rectorque satorque.
Quantum etenim possent anni certissima signa,
Qua sol ardentem cancrum rapidissimus ambit
Diuersasque secat metas gelidi capricorni
Quaue aries et libra aequant diuortia lucis,
Si non parta quies, te praeside, puppibus aequor
Cultorique daret terras, procul arma silerent?
Nunc uacat audacis in caelum tollere uultus
Sideraque et mundi uarios cognoscere motus,
Nauita quid caueat, quid scitus uitet arator,
Quando ratem uentis aut credat semina terris.
Haec ego dum Latiis conor praedicere Musis,
Pax tua tuque adsis nato numenque secundes!
Cetera, quae toto fulgent uaga sidera mundo,
Indefessa trahit proprio cum pondere caelum.
Axsis at immotus semper uestigia seruat

---

2 carmini **C** *m. 1* ‖ 3 Te ueneror, e u *ex corr.* **C** ‖ 4 Primicias **A** | ≡ satoq; (s *in ras.*) **M** ‖ 5 possent **Z**: possint **O** (possunt **A**) ‖ 6 ardente **B** ‖ 7 celidi **C** *m. 1* ‖ 8 Quaue **O**: Queue **Z** (Quęue **C** *m. 2*) ‖ 9 parta **ZA**: tanta **BPM** ‖ 10 ama **M** arua **P** ‖ 11 Huc **M** | audaces **C** *m. 2*, **AP** | in **O**: ad **Z** ‖ 12 cognoscere **O**: agnoscere Z ‖ 14 credant *Heinsius* ‖ 15 Kaec **M** | latiis **AB**: latus **M** latis **ZP** | conor **Z**: cogor **O** | 16 assis **A** tua tuąqueat sis **M** ‖ 17 Caetera **BE** | uasa (*siue* uara) **B** | sydera *semper* **A** ‖ 18 traxit **BM** | prono ceu pondere *Burmannus* ‖ 19 Axis at (*ex* ad *corr.* **S** *m. 2*) immotus **Z**: Ax sisatis motus **B** Axsisatismutus **M** Axis atis motus **P** Axis sat motus **A**; *ex* **BM** *formam* Axsis *restitui* | ser (*om.* uat) **M**

Libratasque tenet terras et cardine firmo
Orbem agit. extremum geminus determinat axem,
Quem Grai dixere polon; pars mersa sub undas
Oceani, pars celsa sub horrifero aquilone.
  Axem Cretaeae dextra laeuaque tuentur
Siue arctoe seu Romani cognominis ursae
Plaustraue, quae facies stellarum proxima uero:
Tres temone rotisque micant sublime quaternae.
Si melius dixisse feras, obuersa refulgent
Ora feris; caput alterius super horrida terga
Alterius lucet; pronas rapit orbis in ipsos
Declinis umeros. ueterist si gratia famae,
Cresia eas tellus aluit, moderator Olympi
Donauit caelo; meritum custodia fecit,
Quod fidae comites prima incunabula magni
Fouerunt Iouis, attonitae cum furta parentis
Aerea pulsantes mendaci cymbala dextra,
Vagitus pueri patrias ne tangeret auris,
Dictaei texere Ide famuli Corybantes.

---

20 ardine **M** ‖ 22 graii **A** | polon pars **O**: polum quo **Z** ‖ 23 orrifero **AM** (*in hoc* q; *m. rec. add.*) ‖ 24 cret(a)eae (cretae, *suprascr.* e *m. ead.* **B**) **O**: cretae **Z** (nam cretae **C** *m. 2*) | dextera **A** ‖ 25 arctoe **B**: arctoę **ACE** arctoae **PS** arctę **M** ‖ 26 Plaustraue quae *Grotius*: Plaustraq; qu(a)e (q; *m. ead. suprascr.* **M**) **O** *et* **C** *m. 2*; Plaustra qu(a)eque **Z** (quae ≡≡ **C** *m. 1*) | uero **Z**: uera **O** uerae *Barthius* ‖ 27 Trestē onerotisq. **B** | potisque **C** *m. 1*, polisque *m. 2* | micane subline **M** | quaterrę **P** *m. 1* ‖ 28 Simellus **BM** meliust *coni. Orellius* | foras **M**; *in* **C** *supra* feras *legitur* dicas ‖ 29 capud **B** | alterius **O**: ulterius **Z** | orrida **A** ‖ 30 relucet **C** *m. 2* ‖ orbis **O**: axis **Z** ‖ 31 Declinis **BM**: Decliuis **A** Declines **ZP** | umeros **B**: humeros *ceteri* | ueterist *ego*: ueteris **OZ** ueteri *Grotius* | si **O**: sic **Z** ‖ 32 Cressia **M** *et* **P** *m. 1* | eas *Lachmannus ad Prop. p.* 232: uos **OZ** | olimpi **CP** ‖ 33 donąbit **C** *m. 1*, **S** *m. 1*; donabat **C** *m. 2* | caeli **M** | meritā **P** meritum incustodia **A** ‖ 34 Quo **C** *m. 1* Quid *m. 2* | fide *plerique*: fides **M** fidei **A** ‖ 35 *om.* **Z** | Fuerunt **A** | ioui satonitę **M** ‖ 36 Erea **A** | mendacis **C** *m. 2* ‖ 37 auris **B**: aures *ceteri* ‖ 38 Dictaei texere Ide *scripsi*: Dictae aetexere dei **B** Dictę etexere dei **M** dictę

Hinc Iouis altrices Helice Cynosuraque fulgent.
Dat Grais Helice cursus maioribus astris,
Phoenicas Cynosura regit. sed candida tota
Et liquido splendore Helice nitet; haut prius ulla,
Cum sol oceano fulgentia condidit ora,
Stella micat caelo, septem quam Cresia flammis.
Certior est Cynosura tamen sulcantibus aequor,
Quippe breuis totam fido se cardine uertit
Sidoniamque ratem numquam spectata fefellit.
Has inter medias abrupti fluminis instar
Inmanis serpens sinuosa uolumina torquet
Hinc atque hinc superatque illas mirabile monstrum.
Cauda Helicen supera tendit, redit ad Cynosuran
Squamigero lapsu; qua desinit ultima cauda,
Hac caput est Helices; flexu conprenditur alto
Serpentis Cynosura; ille explicat amplius orbes
Sublatusque retro maiorem respicit arcton.
Ardent ingentes oculi, caua tempora claris
Ornantur flammis, mento sedet unicus ignis.
Tempus dexterius quae signat stella draconis

---

aętexere dei **P** Dictata exercere deę **A** Dictei texere datis **Z** Dictaei texere Atydis *Grotius* Dictaeis texere adytis *Heinsius itemque (nisi quod* Dictaei) *Schraderus* | famula **M** (*an* Dictaeei — famulei*?*) | corib. **AM** chorib. **CS** corypantes **P** choryb. **E** || 39 elyce **A** || 40 helyce **A** *semper* | cursus **O**: cursum **Z** || 41 Phenicas **ABCP** | secundidatota **P** *m. 1* || 42 haut **AB**: haud *ceteri* || 44 emicat **A** | quam C. flammis *om.* **M** || 45 cinos. **A** || 46 cardinę **P** | uestit (r *suprascr.*) **E** || 47 fellit spectata **E**, *quod ead. m. corr.* || 48 Has **ZA**: Ab **BM** Ast **P** | intus **M** | abruti **M** || 49 Inm. **O**: Imm. **Z** | torquet **O**: uersat **Z** || 50 superatque *uulgo*: supraque **OZ** superaque *Grotius* || 51 Canda (u *suprascr.*) **P** | supera *scripsi*: superat **O** supra **Z** | tendit redit ad **Z**: tenditat **B** tendat at **M** tendit pene ad **P** tendit caput ad **A** | cynos uran **B**: cynosuram *ceteri* (cynosum **C** *m. 1*) || 52 quam **S** qua ≡ (*eras.*, *ut uid.*, m) **C** || 53 capud **B** | fleu (x *superscr.*) **B** fluxu **PM** | conprend. **CS**(*?*): conpraend. **B** conprehend. **MP** comprend. **E** comprehend. **A** | altos **A** || 56 clauis **M** || 58 Tympus **A** | dexterius quae **BP**: dexteriusq; **EM** dexterius quem **A** dexteriq. **C** *m. 1* (dexteriquę *m. 2*) dexterique **S** | qua *Grotius* | signat te stella **E**

Quaeque sedet mento, *lucetque nouissima* cauda
Extremumque Helices sidus micat. hac radiatur
Serpentis decline caput, qua proxima signa
Occasus ortusque uno tanguntur ab orbe.
Oceani tumidis ignotae fluctibus arctoe,
Semper inocciduis seruantes ignibus axem.
Haut procul effigies inde est defecta labore.
Non illi nomen, non magni causa laboris:
Dextro namque genu nixus diuersaque tendens
Brachia, suppliciter passis ad numina palmis,
Serpentis capiti figit uestigia laeua.
Tum fessi supter costas atque ardua terga
Clara Ariadnaeo sacrata e crine corona
(Hunc illi Bacchus thalami memor addit honorem)
Tota nitet stellis; at qua se uertice tollit

---

59 Quaeque (Quae quae **M**) **OZ**: Quaque *Grotius, qui et* mentum *coniecit* | *uerba foedissime corrupta* lucetque (luceq; **M**) nouissima *sanare nequeo; expectes fere a sententia*: lucet (*siue* lucent), qua opposita est cauda; *num* lucet, qua est dissita cauda? *Grotius* luxere nouissima caudae, *alia Frey mus. Rhen.* XIII 415 *temptabant* ‖ 60 Extremum qua *Grotius improbante L. Muellero de r. m. p.* 284 | helaces **M** | sydus **AP** | mycat **A** | hac *Grotius*: ac **OZ** ‖ 61 decline (—net **A**) **OZ**: decliue *uulgo* | capud **A** | qua *Grotius*: quae **OE**; *in* **C** *rasura, in qua* sic *m. 2*; utque **S** ‖ 62 orbe *Grotius*: ore **OZ** (uno **A**) ‖ 63 tumidus **M** | ignitę **P** | arctę **P** arctoę **E** ‖ 64 in occid. **S** | seruant ex *Schwartzius* | axen **M** ‖ 65—70 *om.* **Z**, *qui post* 64 *subiciunt* 90—95, *tum* 71—89, *porro* 96 *sqq.* ‖ 65 Haut **A**: Haud *ceteri* | effigies *Grotius*: efficiens **O** | inde *Grotius*: unde **O** ‖ nomen *uulgo*: numen **O**; *fort.* non illi numen trux magni c. l. ‖ 68 Brachia *ita* **O** | pansis **A** ‖ 69 figit *ex* fugit *corr.* **B** | laeua *Grotius*: s(a)eua **O** ‖ 70 festi **A** fessis **M** ‖ supter *Burmannus*: super **B** *m. 2*, **PM**, suter **B** *m. 1*, superans **A** ‖ 71 *de* **Z** *cf. ad* 65 | ariadneo **E**: arianneo **C** arrianneo **S** ariadneos **BMP** ariadne **A** | sacrata e crine *scripsi* (*coll. Cat.* 66, 60): sacrata stigne **BM** sacratęst igne **P** sacrata stat igne **A** sacrata est igne **Z** Ariadneae qua stant sacra signa *Grotius* sacrata en signa *Burmannus* ‖ 72 illic **M** | bachus talami **A** ‖ 73 Tota nitet stellis *scripsi*: Terga nitent stellis **OZ** Serta nitent tergis *R. Dahmsius* Terga nitent sertis *Breysigius; sed pessime post u.* 70 *iterum* terga *inferuntur* | at qua se uer-

Succiduis genibus lassum et miserabile sidus,
Hac ophiuchus erit. longe caput ante notabis
Et uastos umeros, tum cetera membra secuntur.
Illis languet honos, umeris manet integer ardor,
Luna etiam pleno menses cum diuidit orbe.
Lux tenuis manibus, per quas elabitur anguis,
Pressus utraque manu, medium cingens ophiuchum.
Scorpios ima pedum tangit, sed planta sinistra
In tergo residet, uestigia dextera pendent.
Inpar est manibus pondus, nam dextera paruam
Partem anguis retinet, per laeuam attollitur omnis,
Quantumque ab laeua distantia serta notantur,
Erigitur tantum serpens atque ultima mento
Stella sub aetheria lucet crinita corona.
At qua se dorso sinuabit lubricus anguis,
Insigni caelum perfundent lumine chelae.
Ipsam Helicen sequitur senior baculoque minatur,

---

tice *Grotius*: ad quas se uertice **Z** aquas euertice **BM** aqua se uertice **AP** ‖ 74 Succidus **B** Sua idus **M** Succiduus **P** | lassum **Z**: lapsum **O** | sidus **Z**: *om.* **O** ‖ 75 Hac **Z**: Hic **O** | ophiuchus **B**: ophiucus *ceteri* | notabis *Grotius*: notabilis **Z** (notabis, *litt.* t li *suprascr.* **E**) nitendo **O** ‖ 76 umeros **E**: humeros *ceteri* | tum **ZA**: dum **BPM** | cęt. **E** | secuntur **BP**: secantur **M** sequuntur **CS** sequntur **A E** ‖ 77 languit **M** | humeris *omnes codd.* ‖ 78 Luna ut iam *Rutgersius lect. Venus. 279* | pleno menses cum *scripsi*: pleno mense (—sem **E**) cum **Z** mensem cum pleno **O** | orbes **C** *m. 2* ‖ 79 quas sedabitur **M** ‖ 80 cingnes **E** | ophiuchum **B**: ophiucum *ceteri* ‖ 81 Scorpius **C** *m. 2*, **A** | yma **A** | pede **P** ‖ 82 terga **M** | destera **B** ‖ 83 *om.* **Z** | Inpar **B**: Impar **AMP** | inest **A** | pandos **M** | nam **A**: iam **BMP** | paruam **A**: parua **BMP** ‖ 84 laeuam **O** (*nisi quod* per *omisso* plenam **A**): leuum **Z** ‖ 85 ab l(a)eua **O**: ad leuam **Z** | distant ea **ES** (*in* **C** distantia *ex corr.?*) ‖ 87 etherea **A** aetherea **S** | lucet **O**: fulget **Z** ‖ criminata **M**, crinita *alt.* i *in ras.* **C** (*ex* a *corr.?*), crinata **S** ‖ 88 At **BM** *m. 1*, **PC** *m. 2*: Ad **ZAM** *m. 2* | quam **AM** | se dorsos (*inter* d *et* o *m. 2 add.* r) inuabit **B** fedorsos iuuabit **M** sedorsos inuadit **A** ‖ 89 Insigni **Z**: Insignis **O** | perfundent **O**: per eundem **Z** ‖ *de uu.* 90—95 *in* **Z** *cf. ad u.* 65 ‖ 90 Ipsam helicen **Z**: Inde ⊦elicens (*super* c *m. 2* t *scripto*) **B** Inde aelicens **M** Indelicen **P** Inde helicen **A** | baculoque **O**: iaculoque **Z** | minantur **BM** minatus *coni. Buhlius*

Siue ille arctophylax seu Bacchi ob munera caesus
Icarus ereptam pensauit sidere uitam.
Non illi obscurum caput est, non tristia membra,
Sed proprio tamen una micat sub nomine flamma,
Arcturum dixere, sinus qua uincula nodant.
Virginis inde subest facies, cui plena sinistra
Fulget spica manu maturisque ardet aristis.
Quam te, diua, uocem? tangunt mortalia si te
Carmina nec surdam praebes uenerantibus aurem,
Exosa heu mortale genus, medio mihi cursu
Stabunt quadripedes et flexis laetus habenis
Teque tuumque canam terris uenerabile numen.
Aurea pacati regeres cum saecula mundi,
Iustitia inuiolata malis, placidissima uirgo,
Siue illa Astraei genus es, quem fama parentem
Tradidit astrorum, seu uera intercidit aeuo
Ortus fama tui, mediis te laeta ferebas
Sublimis populis nec dedignata subire
Tecta hominum et puros sine crimine, diua, penatis,

---

91 Siue ille **Z** (**C** *m. 1*) **A**: Siuelle **BM** Siuerte **P** Seu ille **C** *m. 2* | artophylax **CSM** artophilax **AB** | seu *om. in ras.* **C** eu **BM** | Bacchi ob munera caesus *Grotius*: bacchio (—ino **C**) munere c(a)esus **Z** brachio munera (numera **M**) cecus (c&us **P**) **O** || 92 Icarius **B** Icari ≡ s (*eras.* u) **M** | pensauit **O**: pensabit **Z** | sidere uitam **Z**: munera (—re **A**) ripam **O** || 93 capud **B** | tristitia membra **M** || 94 Set **A** | numine **A** || 95 Arturum **A** | uincula] *num* cingula? || 97 *om.* **Z** | spicula manum maturiisq. **B** || 98 Quam *in* Qua *corr.* **C** *m. 2.* | diuā **P** | si te] siti **CS** sepe **M** || 99 surdū — orbem **P** || 100 mihi] mini **C** *m. 1*, mine *m. 2* | cursu **O**: curru (—rū **E**) **Z** || 101 quadripedes **Z**: quadrupedes (quaorup. **M**) **O** | flexus **APM** || 103 regeres *Grotius*: regeret **OZ** | saeculi **B** || 104 Iusticia **A** | inuiolata malis **ZA**: inuiolatam aliis **B** inuiolatā alus **M** cū uiolatā aliis **P**; *num* maleis *latet?* || 104 uirga **B** || 105 Siue *in* Seu *corr.* **C** *m. 2* | astr(a)ei **Z**: astra& **O** (abstrahet **A**) | es *Grotius*: est **OZ** | quam **P** | par&em **M** || 106 seuero **A** uera *in* uero *corr.* **C** *m. 2* | intercidit **Z**: intercipit **O** || 107 Orius **BMP** | famat in **P** | medii stella & aferebas **M** tela & aferebas **B** || 108 Sublimem in populis *Barthius* | designata **AM** | subiret **S** || 109 penatis **Z** (*in* —tes *corr.* **C** *m. 2*): *om* **O**

Iura dabas cultuque nouo rude uulgus in omnes
Formabas uitae sinceris artibus usus.
Nondum uesanos rabies nudauerat ensis
Nec consanguineis fuerat discordia nota,
Ignotique maris cursus priuataque tellus
Grata satis, neque per dubios auidissima uentos
Spes procul amotas fabricata naue petebat
Diuitias, fructusque dabat placata colono
Sponte sua tellus nec parui terminus agri
Praestabat dominis, signo tutis sine, rura.
At postquam argenti creuit deformior aetas,
Rarius inuisit maculatas fraudibus urbis
Seraque ab excelsis descendens montibus ore
Velato tristisque genas abscondita rica,
Nulliusque larem, nullos adit illa penatis.
Tantum cum trepidum uulgus coetusque notauit
Increpat ᶜo patrum suboles oblita priorum,

112, 113 adfert Lactantius Instit. V 5.

---

110 om̄s **CE** omnes **S**: omnem **O** ‖ 111 sinceris **O**: sinceros **Z** | usus **Z**: usum **O** ‖ 112 uesano **BMP** | rabias **M** | enses **AES** ‖ 113 consanguinis **BM** | *pro* priuataque, *quod explicat Lachmannus ad Lucr. p.* 38, *Schwartzius* proauitaque, *ego olim* inarataque *coniecimus* ‖ 115 per dubios **ZA**: pertutos **B** perdutos **MP** ‖ 116 Se sprocula motas **M** āmotas **A** | naui **BM** | petebat **P**, *Grotius*: petebant **ZABM** ‖ 117 Diuicias **A** Diuitiasq. **P** ‖ 118 terminis **B** ‖ 119 dominus **CS** | signo tutis sine *scripsi*: signo tutissima **OZ** signo iustissima *Orellius* sine eo tutissima *Lachmannus l. l.* ‖ 120 Et **M** | creuit argenti **BMP** ‖ 121 inuisit **A**: inuasit **BMPZ** (inusit **E** *sic*) | fradibus **M** | urbis **BM**: urbes *ceteri* ‖ 122 ab excelsis **ZA**: ab ea **BMP** ‖ 123 tristisque (trisq; **M**) **O**: tristesque **Z** tristique *Grotius* | genus **P** | abscondita rica *Salmasius*: abscondita ripa **ZA** abscondit aripa **BMP** ‖ 124 Nulliusque larem **O**: Nullius larem **ES** Nullus larem **C** *m. 1* (*m. 2 suprascr.* tc̄ = tunc) | nullus **M**, nullus *in* nullos *corr.* **E** | penates (*ex* penades *corr.* **E**) **ZA** ‖ 125 Tamtum **B** | contrepidū **M** | cetusque **AC** *m. 2* **P**; cetus (*om.* que) **C** *m. 1* **S**; notauitq; coetus **B** | notabit **Z** (notabat **C** *m. 2*) ‖ 126 soboles **AC** *m. 2* **E**; *inter* patrum *et* soboles **A** *superscr.* ī

Degeneres semper semperque habitura minores,
Quid me, cuius abit usus, per uota uocatis?
Quaerenda est sedes nobis noua, saecula uestra
Artibus indomitis tradam scelerique cruento.'
Haec effata super montis abit alite cursu,
Attonitos linquens populos grauiora pauentis.
Aerea sed postquam proles terris data nec iam
Semina uirtutis uitiis demersa resistunt
Ferrique inuento mens est laetata metallo
Polluit et taurus mensas adsuetus aratro,
Deseruit propere terras iustissima uirgo
Hunc caeli sortita locum, qua proximus illi
Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.
Virginis at placidae praestanti lumine signat
Stella umeros. Helicen ignis non clarior ambit,
Quique micat cauda quique armum fulget ad ipsum
Quique priora tenet uestigia quique secunda

---

137 adfert Lactantius Instit. V 5.

---

127 semper **Z**: *om.* **O** | minoris **BMP**; nepotes *coni. Grotius* || 128 abit usus per **Z**: habitus super **O** | uota **ZA**: uocata **BPM** | uocatis **O**: precatis **Z** precaris *Schwartzius* rogatis *Burmannus* || 130 tradat **A** || 131 *in marg. habet* **A** | eff&a **P** | montes **ZA** | abit *om.* **C S**, petit **C** *add. m. 2* | abit alite cursu *om.* **M** || 133 post (quam *superscr.*) **A** || 134 uitis **C S** uiciis **A** | demersa **O**: dimensa **Z** dispersa *R. Dahmsius; siquid mutandum, malim* diremta || *post* 134 **BPM** *repetunt u.* 143, **B** *ita*: Quisquis priora tenec uestigia quinq. secunda, **M** *ita*: Quisquis ate prior nec uestigia quinq. secunda, **P** *denique*: Quisq. priora tenet uestigia quisq. secunda || 136 adsuetus **CE**: assuetus *ceteri* || 137 Desuruit **A** | propere **S** *corr.*, *Lactantius*: proprie (—ę **P**) **OZ** || 138 Hunc (Hc̄) *scripsi*: Et **OZ** Em *Grotius* Caeli | sortitura *uel* In stellis sortita *Schwartzius* Et caeli est *Orellius* | sortitum **M** || 139 Tardius **M** | occasum *uulgo*: occasu **OZ**; *an* occasus? || 140 at **ABP** (**C** *m. 2*): ad **Z M** | pr(a)estanti **O**: pr(a)estantis **Z** (praestantes **C** *m. 2*) || 141 umeros **BP**: humeros *ceteri* | nilicen **M** | nunc **P** || 142 Quique — quique **O**: Quidque — quidque **Z** (**C** *m. 2 bis* quodque) | cauda micat **P** | armenti fulget **A** || 143 *om.* **Z**, *hic iterum* (*cf. ad. u.* 134) *habent* **O** (*recte, nisi quod* prior **ABM**)

Clunibus hirsutis et qui sua sidera reddit,
Namque aliei, quibus expletum ceruixque caputque,
Vatibus ignoti priscis sine honore feruntur.
Qua media est Helice, subiectum respice cancrum;
At capiti suberunt gemini. qua posterior pes,
Horrentisque iubas et fuluum cerne leonem.
Hunc ubi contigerit Phoebi uiolentior axis,
Accensa in cancro iam tum geminabitur aestas.
Tunc lymphae tenues, tunc est tristissima tellus
Et densas laetus segetes bene condit arator.
Ne mihi tunc remis pulset uada caerula puppis;
Dem potius uentis excusso uela rudenti
Excipiamque sinu zephyris spirantibus auras.
Est etiam aurigae facies, siue Atthide terra
Natus Erichthonius, qui primus sub iuga duxit

---

144 glunibus **P** | hyrs. **PS** | qui **O**: qua **Z** ‖ 145 aliei *ego*: aliae **OZ** alii *Grotius* | expletum (*in* **P** *inter* x *et* p. *ras.*) **OZ**: expletur **C** *m. 2* est plenum *Burmannus* | ceruix **P** | capudq. **B** ‖ 146 ignoti **Z**: ignotis **O** ignotę **C** *m. 2* | *in hoc uersu desinit* **M** ‖ *uu.* 147, 48 *inuerso ordine cum Auieneis nonnullis permixtos habet* **Z** (*cf. supra praef.*); *in* **BP** *bis et ante et post scholia extant* ‖ 147 Quam *utroque loco* **BP** | est **O**: *om.* **Z** | helice *in* helicen *mut.* **C** *m. 1* ‖ 148 Ad capiti **S** t (*om. litt. init.*) capiti **E** Ad capitis **C** Ancipitis **A** Accipiti *bis* **P** Accipitis *ante*, Accipiti *post scholia* **B** Occipiti *Burmannus* | qua posterior pes (pede posterior **C** *m. 2*) *in* **Z** *cum Auieni* 383 *conflatus* ‖ 149 Ora horrentisque(—tesque **S**) **ES** Ora frementis abhinc tu respice forte uiator (*hic uersus a m. 2 add.*) orrentisque iubas *eqs.* **C** | Horrentesque **A** Horrentemque *Burmannus* | uuluum **B** ‖ 150 contingerit **B** contegerit **A** | phebi **BP** ‖ 151 aetas **B** ‖ 152 Tunc **O**: Hinc **Z** | lymphae *uulgo*: nymphae (nimphę, nimfę) **OZ** | tristissi **B** ‖ 153 latus **C** *m. 1*, **S** | segentes **B** | condit *uulgo*: condet **OZ** | aratro **BP** ‖ 154 Nemini **B** | tunc **O**: tum **Z** | remistu isset **B** | uaga **BP** | pupis **A** ‖ 155 Dem **OE**: Neu **CS** | excusso **Z**: excluso (exclude **P**) **O** | rudenti **CS**: rudente (ridente **B**) **OE** ‖ 156 Excipiamque sinu **O**: Excipiantque sinus **Z** | zephiris **O** zephyrris **E** | furentibus **P** | auris **BP** ‖ 157 maurigae (m *deleta* **B** | attide terra **Z**: *om.* **O** (*in* **B** *m. rec. saec.* XVI *add.* inclyta forma ‖ 158 erython. **B** ericthon. **P** erycthon. **A** ericton. **C** erycton. **ES** | primus **Z** (priamus **S**) **P**: tribus **AB**

Quadripedes, seu Myrtoas demersus in undas
Myrtilos. hunc potius species in sidere reddit,
Sic nulli currus, sic ruptis maestus habenis
Perfidia Pelopis raptam gemit Hippodamiam.
Ipse ingens transuersus abit laeua geminorum
Maiorisque ursae contra delabitur ora.
Numina praeterea secum trahit, una putatur
Nutrix esse Iouis, si uere Iuppiter infans
Vbera Cretaeae mulsit fidissima caprae,
Sidere quae claro gratum testatur alumnum.
Hanc Auriga umero totam gerit, at manus haedos
Ostendit, nautis inimicum sidus, ubi illos
Orbis ab oceano celsos rapit; haut semel haedi
Iactatam uidere ratem nautasque pauentis
Sparsaque per saeuos morientum corpora fluctus.
Aurigae pedibus trux adiacet ignea taurus,
Cornua fronte gerens et lucidus ore minaci.

---

uu. 165 'illa putatur' — 168 adfert Lactantius Inst. I 21.

---

159 quadripedes **BP** (*nisi quod in* **B** p. *m. 2 ex* t *corr.*): quadrupedes *reliqui* | myrteas **A** mirteas **P** mysteas **B** || 160 Myrtilos **A**: Mirtylos (i *in ras.*) **B** Mirtilios **P** Myrtilus (Mirt. **C**) **Z** | huntotius **B** *m. 1.* hun potius *m. 2* | sydere **P** sydera **A** | aeddit **B**, *corr. m. 2* || 161 cursus (*superscr.* ł r) **E** | ruttis **B** || 162 polopis **E** telopis **B** *m. 1* | rattam **B** | ingemit **A** | hippodiam **B** hyppodamiam **A** ippodamiam **CS** ippodomiam **E** || 163 adit laeuam *coni. Grotius* obit laeuam *Burmannus* || 165 Numia **B** Lumina *Burmannus* | illa putatur *Lactantius* || 166 uere **E** || 167 crete emuisit **B** crete **E** creteae **AC** cr& ee **P** || 168 Sidere que **E** Sidereq. **C** *m. 1* Sidereque **S** | gra (*lac.*) testatur **A** || 169 aurigam **S** | umero **B**: humero *ceteri* | totam gerit ad (at *uulgo*) manus **O**: portans in manibus **Z** | hedos **ACS** || 170 ubi] subi **A** sub **B** || 171 *in marg. superiore m. 1 habet* **B** | Orbis ab oceano *uulgo*: Orbis ad oceano (—num **P**) **O** Orbis oceano **Z** | celsos *Schwartzius*: celsus **OZ** | haut (aut **BP**) semel h(a)edi **O**: ad semel hedis **Z** (at **C** *m. 2*; hedis **E**) || 172 pauentes **AE** *m. 1* **P** || 173 per] ter **B** | morientium **P** || 174 Auriae **B** | atiacet (t *priorem del. m. 2*) ignea tedurus (d *deleta et* c *superscr.*) **B** || 175 gerent **B**

Quamlibet ignarum caeli sua forma docebit,
Et caput et patulae naris et cornua tauri.
Fronte micant hyades. quae cornus flamma sinistri
Summa tenet, subit haec eadem uestigia dextra
Aurigae mediaque ligat conpagine diuos.
Myrtilos exoritur summo cum fluctibus ore,
Totus cum tauro lucet; ruit oceano bos
Ante, super terras cum fulget Myrtilos ore.
Iasides etiam caelum cum coniuge Cepheus
Ascendit totaque domo, quia Iuppiter auctor
Est generis: prodest maiestas saepe parentis.
Ipse breuem patulis manibus stat post Cynosuram
Diducto passu. quantum latus a pede dextro
Cepheos extremam tangit Cynosurida caudam,
Tantundem ab laeuo distat; minor utraque iungit
Regula Cepheos uestigia. balteus ambit
Qua latus, ad flexum sinuosi respicit anguis.
Cassiepia uirum residet sublimis ad ipsum,

---

176 Quamlibet *Grotius*; Quemlibet **Z** Quem liber **O** | ignorum **AB** | sua **O**: tua **Z** | docebat **B** docer& **P**; *an* tria signa docebunt? || 177 capud **B** | patulae *Grotius*: patulas **OZ** | naris **BP**: nares *ceteri* || 178 hyades (hiades **P** hyadȩs **A**) quae **O**: hyadisque **Z** (quae **C** *m. 2*) | cornus **Z**: cornua **O** || 179 haec **O**: hac **Z** (**C** *m. 2* haec) || 180 ligat *Grotius*: ligant **OZ** | conp. **B**: comp. *ceteri* || 181 Mirtilos **A** Myrtilus **ES** (*et* **B** *m. 2*) Mirtilus **C** | fluctibus **Z**: piscibus **O** || 182, 83 *alio atramento, sed m. 1 add.* **B** || 182 Totus **O**: Tutus **Z** | oceono **P** | bos *ex* bis *corr.* **B** || 183 quam *pro* cum *coni. Orellius* | myrtilus *hic omnes libri, nisi quod* myrtilius **B** *habet* || 184 Lasides **BP** Larides **A** asides (*litt. init. om.*) **E** | cephoeus **Z** (cephoeos **E**): phaeuus **B** phebus **A** (*de* **P** *non constat*) || 185 quia **AB**: qua **ZP** || 186 prudesti **B** | sepe **B** || 187 breue **ES** | stat **O**: stans **Z** | posi **B** | cinosurā **P** || 188 deducto **C** *m. 2* | passu **Z**: passim **O** | quantus **P** || 189 Cepheos **O**: Cephoeus **Z** || cynosura **BP** || 190 Tantumque **Z** | Tantum demabia euo **B** | disterminat *coni. Grotius* | iungit] gignit **C** || 191 cephoeos **Z** | balcteus **B** || 192 adflixum **B** adflexum **CP** afflexum **A** ac flexum *Grotius* hac flexum *Schwartzius* || 193 Cassiepia **Z** (Cassepia **C** *m. 1*): Casiepia **O**

Clara etiam, pernox cum stellas luna retundit,
Sed breuis et paucis decorata in sidere flammis.
Qualis ferratos subicit clauicula dentes,
Succutit et foribus praeducti uincula claustri,
Talis disposita est stellis. ipsa horrida uultu
Sic tendit palmas, ceu sit planctura relictam
Andromedam, meritae non iusta piacula matris.
Nec procul Andromede, totam quam cernere posse
Obscura sub nocte licet: sic emicat ore,
Sic magnis umeris candet nitor. hanc media ambit
Ignea substricta lucet qua zonula palla.
Sed poenae facies remanet districtaque pandit
Brachia, ceu duri teneantur robore saxi.
Andromedae capiti sonipes supereminet ales,
Vertice et Andromedae radiat quae stella, sub ipsa
Aluo fulget equi, tris armos et latera aequis
Distinguunt spatiis; capiti tristissima forma

---

194 pernox *Grotius*: pernix **O** nox **Z** (noctis **C** *m. 2*) | cum stellas luna retundit *scripsi*: cum stellas luna refulsit **Z** caelo cum luna refulsit **O** cum stellas luna reuulsit *Grotius* || 195 Sed breuis et **O**: Est breuis **Z** (breuior **C** *m.* 2); *malim* Sed breuis est, paucis || 196 feratos **A** | subicit **O**: obicit **Z** obici *Grotius* serratos obicis *Heinsius* obices — dente *Burmannus* | dentis **E** || 197 floribus **P** | pr(a)educti **Z**: praeducit **BP** ꝑeducit **A** | claustri *ex* claustra **E** || 198 disposita est **Z**: dispositis **O** (*ex* dispositast*?*) | orrida **B** || 199 sit *Grotius*: si **OZ** | reuinctam *Burmannus* || 200 Andromaedeam **A** | meritae **O**: meritam **Z** || 201 andromedę **P** andromeda **A** andromedam **Z** Andromeda est *Burmannus* | tota **C** notam (n *ex* t *corr.?*) **A** | posse **Z**: notū **B** nodum **A** nd̄ū (= nondum) **P** || 203 humeris *codd.* | candit **BP** | hanc **Z**: ac **O** || 204 Igne sustricta **B** | lucet (fulget **A**) qua **O**: lucetque **Z** (lucet quoque **C** *m. 2*) lucet quae *uulgo* | talla **B** || 205 poen(a)e **O** (po **B** *in ras.*): pone **Z** | districtaque **A**: destrictaque **BP** distractaque **Z** || 206 Bracchia **B** | teneant **A** | robore **O**: robora **Z** || 207 *om.* **O** || 208 Vertice et *om.* **O** | radiat quae **AC** *m. 2*, radiat que **E**: radiatque **BPC** *m. 1* **S** | stellam **P** || *uu.* 209—223 *et* 224—247 *in* **E** *locum inter se mutarunt* || 209 Aluo **Z**: Albo **O** | tris **B** *m. 1* (*ut uid.*): tres *reliqui* | armo set **A** armo sed **BP** || 210 Distinguunt **E**: Destingunt **PCS** Destringunt **AB** | lapiti

Et ceruix sine honore obscuro lumine sordet.
Spumanti mandit set qua ferus ore lupata,
Et capite et longa ceruice insignior exit
Stella nitens, armis laterique simillima magno.
Nec totam ille tamen formam per singula reddit.
Primo praestat equom, medio rupta ordine membra
Destituunt uisus, rudis inde adsurgit imago.
Gorgonis hic proles. in Pierio Helicone,
Vertice cum summo nondum decurreret unda,
Museos fontis dextri pedis ictibus hausit.
Inde liquor genitus nomen tenet Hippocrenes;
Fontes nomen habent. sed Pegasus aethere summo
Velocis agitat pinnas et sidere gaudet.
Inde subest aries, qui longe maxima currens
Orbe suo spatia ad finem non tardius ursa
Peruenit et quanto breuiore Lycaonis arctos
Axem actu torquet, tanto pernicior ille

P | *post* capiti **C** *m. 2* ÷ *add.* (= est); *fort.* capitist. formast *mauolt R. Dahmsius* | tristristissima **B** || 211 Et **O**: Ast **CS** Est **E** | obscure **B** || 212 mandit **Z**: mandet **AB** sord& **P** | s& quae **B** s; quae **A** sed quae **P**; seque **Z**; sed qua *Grotius* | lupata *Grotius*: lupato **OZ** || 213 capite **O** (**C** *m. 2*): capiti **Z** | longę **B** || 214 nitens armis **O**: nitent armi **Z** | largiq. **B** larique **P** || 215 ille **O**: illa **Z** || 216 Primum *coni. Grotius* | equom *scripsi*: equoam **B** equo **P** equa **A** equum **CS** equm **E** | rupta **Z**: rapta **O** || 217 Distituunt **C** *m. 1* **S** | rudis inde assurgit **Z**: radiis unde absurgit **O** | imago *ex* imigo *corr.* **B** || 218 **B** *in rasura a m. 1 scriptum habet* || 218 in pierio **E**: implerio **BP** imperio **CS** impieri ohelicone **A** | helycone **E** || 219 decurreret (decurret **B**) **O**: discurreret **Z** || 221 hippocrenes **S** ippo crenes **C** *m. 1* (*m. 2* ippocerenes) hippucrenes **E**: hipocrenem **B** hypocrenē **P** ippocrenem **A** || 222 Fontes **O**: Fontis **Z** Fons id *Grotius* | nomen **ZA**: inq. men **B** inquemem **P** | habent **O**: habet **Z** | pesagus **E** || 223 Veloces **AC** *m. 2* | agittat **BP** | pinnas **E**: pennas *reliqui omnes* | sydere **P** || 224 *om* **BP** (*non* **A**) | currens **Z**: torrens **A**; *num* torquens? || 225 suo **Z**: *om.* **O** | spacia **E** | non *om.* **A** *in lac. 7 litt.* | ursa *Grotius*: ursae **Z** uram **BP** oram **A** || 226 quanto **ZA**: quando **BP** | breuiore Lycaonis **E**: breuior helycaonis **CS** grauiore licaonis **O**

Distantis cornu properat contingere metas.
Clara nec est illi facies nec sidera possunt,
Officiat si luna, sua uirtute nitere.
Sed quaerendus erit zonae regione micantis
Andromedae; terit hic medii diuortia mundi,
Vt chelae, candens ut balteus Orionis.
Est etiam propiore deum cognoscere signo,
Deltoton si quis — donum hoc spectabile Nili
Diuitibus generatum undis — in sede notabit.
Tris illi laterum ductus, aequata duorum
Sunt spatia; unius breuius, sed clarior ignis.
Hunc aries iuxta. medium deltoton habebit
Inter lanigeri tergum et Cepheida maestam.
Hunc ultra gemini pisces, quorum alter in austrum
Tendit, Threicium boream petit alter et audit
Stridentis auras, niueus quas procreat Haemus.
Non illis liber cursus, sed uincula cauda
Singula utrumque tenent uno coeuntia nodo.

228 Distantis **O**: Distantes **Z** | cursu *pro* cornu *coni. Grotius* || 229 sydera **P** sydere **A** || 230 Officiat **O**: Efficiat **Z** | nitire **B** niteret **E** niteret **S** || 231 qu(a)erendus **O**: qu(a)erendum **Z** (*corr.* **C** *m. 2*) | zonae regione (zona erigione **B**) **OZ**: zonae e regione *coni. Grotius* || 232 terit] erit **BP** | medii **O**: summi **Z** || 233 cęle **P** | candens ut **O**: candent ut **Z** | balt≡eus **B** || 234 propiore **A**: propriore **PZ** proprire **B** | signo **O**: motu **Z** || 235 domum **B** || 236 generatū *ex* generatis *corr.* **A** zeneratum **B** | undes **P** | notarit **A** || 237 Tris **O**: Tres **Z** | ductos **B** | duorum **O**: deorum **Z** || 238 Sun **B** | spacia **E** | breuius *Bentleius ad Man.* I 359: breuior **OZ** | clario **A** | ignis **ZA**: igne **BP**; *malim* sed clarius ignist || 239 Hunc **BP**: Huic **Z** Huc **A** Hinc *Grotius* | modiū **P** | habebis *Grotius* || 240 Interea nigeri **BP** | cephoeida **Z** | mestam **BE** mestum **P** || 241 Huc **A** Hinc *Schwartzius* | austrum **O**: austros **Z** || 242 threicium **AE**: threcium **B** treicium **P** ŧreicium **C** rheicium **S** | borean **E** | alter audit **BP** altera uidit **A** || 243 niueas **P** | hemus **CE** *et* **A**, *in quo* ŧ hyems *superscr.* || 244 sed] et **E** | *malim* uincula caudas Inter utrumque || 245 Singula *in* Cingula *corr.* **C** *m. 2* | utruque **E** | tenent **Z**: tenet (-nit **B**) **O**

Nodum stella premit. piscis, qui respicit auras
Threicias, dextram Andromedae cernetur ad ulnam.
Supter utrumque pedem deuotae uirginis ales
Perseos effigies, seruatae grata puellae.
Moles ipsa viri satis est testata parentem:
Tantus ubique micat, tantum occupat ab Ioue caeli.
Dextera sublatae similis prope Cassiepiam
Sublimis fulget; pedibus properare uidetur
Et uelle aligeris purum aethera findere plantis.
Poplite sub laeuo, tauri certissima signa,
Pleiades suberunt; breuis en locus occupat omnis,
Nec faciles cerni, nisi quod coeuntia plura
Sidera communem ostendunt ex omnibus ignem.
Septem traduntur numero, sed carpitur una,
Deficiente oculo distinguere corpora parua.
Nomina sed cunctis seruauit fida uetustas:
Electra Alcyoneque Celaenoque Meropeque
Asteropeque et Taygete et Maia parente

---

246 Nodum **Z**: Nondum **O** | aura **A**; oras *Burmannus* ‖ 247 Threicias **Z**: T(h)reicia **O** | dexteram **E** | andromede **APS** andromdae **E** | cernetur *Grotius*: cernantur **OZ** (*etiam* **E**) | ulnam **O**: illum **Z** (illam **C** *m. 2*) ‖ 248 *sqq. ita* **E** *collocat*: 256—268, 248—255 ‖ 248—250 *om.* **O** ‖ 248 deuote **C** *m. 1* ‖ 249 seruate **C** *m. 1* | grata **EC** *m. 2*: gratae **S** *et, ut uid.*, **C** *m. 1* ‖ 251 ab *om.* **BP** | ione **P** ‖ 252 sublatae **Z**: sublata **O** | probe **B** | casiepiam (cus. **P**) **O**: cassiopia **Z** (*in* **E** pia *ex corr.*); *Grotius sic totum u. refingit* Dextra sublata solium prope Cassiepeae ‖ 254 findere **Z**: tangere **O** ‖ 255—257 *om.* **O** ‖ 256 en *scripsi*: est **Z** (et **C** *m. 2*) | omnis **Z**: omnes **C** *m. 2* ‖ 257 faciles **E**: facile **C** *m. 1* **S** (est *add.* **C** *m. 2*) ‖ 259 numerose carpitur **B** | capitur **E** ‖ 260 Deficient **B** | distingere **BP** | *totum locum sic scripserim*: sed cogitur una Deficiente loco rellinquere corpora cara ‖ 261 nomina *ex* nemina *corr.* **P** | seruabit **B** ‖ 262 alcioneq. **P** altioneq; **A** | caelenoque **Z** celenoq. **B** celoq; **A** ‖ 263 Asterope (*om.* que) **C** *unus*; Ac Sterope *Grotius* | *post* taygete **C** *m. 2* simul *addit* | maia **P**: mala **AB** mea **Z** Maea *Grotius* | parente **O**: parentem **Z**

Caelifero genitae, si uere sustinet Atlans
Regna Iouis superosque atque ipso pondere gaudet.
Lumine non multis Plias certauerit astris,
Praecipuo sed honore ostendit tempora bina,
Cum primum agricolam uernus tepor admonet agri
Aut cum surgit hiems, portu fugienda peritis.
Quin etiam lyra Mercurio dilecta, deorum
Plurimum amica epulis, caelo nitet ante labore
Defectam effigiem, quoi planta erecta sinistra
Tempora laeua premit torti subiecta draconis;
Summa genus subuexa tenet, qua se lyra uoluit.
Contra spectat auem uel Phoebi quae fuit olim
Cycnus uel Ledae thalamis qui inlapsus adulter

---

264 genite si **A**: genita est **BP** genitas si **Z** | uere **O**: uero **E** u≡ro **C** *m. 1* utro (ultro) **S** uerus **C** *m. 2* | adhlans **A** athlans **E**: alas **BP** athlas **CS** || 266 plyas **A** | certauerit **Z**: certauerat **O** || 267 *om.* **Z** || 268 uernus tepor admonet agri *Hauptius Herm. III 154*: uentus super immouet (inm. **A**) atri **O** uentus super imminet agri **Z** || 269 *post* 272 *ponunt* **CS**; 269—275 *om.* **E** || 269 Aut *scripsi*: At **CS** Et **O** | hyems **A** hyemps **P** | portu fugienda (fig. **B**) **O**: ponto (*post hoc* ÷ *add.* **C** *m. 2*) fugienda **CS** || 270—272 *om.* **O** || 271 Plurimum amica epulis *scripsi*: Plurimulum accept(a)e prohs **CS**, *cuius deprauationis hoc sume ini-*
l.um accepta
tium plurimu amica eptis, *unde* plurimulum accepta eptis *et deinde* acceptae prolis (prohs) *factum est.* Proli accepta pio *Grotius* Multum accepta epulis *Hauptius l. l. p. 155* (epulis accepta *iam Burmannus*) || 272 Defectam *Burmannus*: Deuictam **CS** Deuinctam *I. H. Vossius ad Arat. p. 54; cf. Hauptius l. l.* | quoi planta erecta sinistra *scripsi*: planta erectaque dextra **C** *m. 1* **S** (plantae erecta quoque **C** *m. 2*) planta quae erecta sinistra *Grotius* plantaque erecta sinistra *Buhlius* || 273 Tympora **A** | torti≡ **C**: tortis **S** (*et sine dubio* **C** *m. 1*) portis **A** porti **BP** | draconis *ex* dracones *corr.* **B** || 274 *post* 608 *collocandum esse suspicatur Grotius* | genus **A**: genu *ceteri* | subuexa *scripsi*: subuersa **CS** subursa **A** sub. orsa **P** suborga *ex* soborga *corr.* **B** submersa *Grotius* subuorsa *Ios. Frey* | uoluit **O**: uersat **CS** || 275 febi **A** phebi (he *ex corr.?*) **B** phobi **P** | qu(a)e **O**: qui **CS** || 276 Cycnus **ES**: Cygnus **A** Cignus **BCP** | uilledae **C** *m. 1* nilledae (n *in* u *corr.*) **S** | talamis **A** | qui illapsus *Grotius*: quid lapsus **S** qui≡lapsus **C** qui lapsus **OE**

Furta Iouis falsa uolucer sub imagine texit.
Inter defectum sidus cycnumque nitentem
Mercurialis habet sedem lyra. multa uidebis
Stellarum uacua in cycno, multa ignea rursus
Aut medii fulgoris erunt. pinna utraque laeta,
Dexterior iuxta regalem Cepheos ulnam,
At laeua fugit instantem sibi Pegason ala.
Piscibus interlucet equi latus, ad caput eius,
Dextra manus latices qua fundit, aquarius exit.
Quo prior aegoceros semper properare uidetur
Oceano mersus sopitas condere flammas.
Tum breuis occasus ortusque intercipit hora,
Cum sol ambierit metas gelidi capricorni.
Nam neque perficiet cursus et uota breuis lux;
Et cum terrores auget nox atra marinos,
Multum clamatos frustra speculaberis ortus.
Tunc rigor est, rabidus ponto tunc incubat auster;
Pigra ministeria, et nautis tremor alligat artus.
Sed rationem animi temeraria pectora soluont,

---

277 ymagine **A** || 278—280 *om.* **O** || 278 cycnumque **E**: cygnumque **S** cignumque **C** || 280 cygno *Grotius*: cycnum **ES** cignum **C** || 281 pinna **ZA**: penna **BP** (**C** *m. 2*) | lata *Grotius* || 282 cephoeos **E** || 283 l(a)eua fugit **OE**: l(a)eua fulget **CS** (**C** *m. 2* fulget leua) || 284—286 *om.* **O** || 285 latices qua **E** *ex Hageni silentio, Grotius*: laticesque **S** laticesq. **C** *m. 1* (latices qui *m. 2*) latices quae **E** *secundum Orellium* || *post* 285 **Z** *habent* 387—393, *tum in* **CS** *sequuntur* 286 *sqq.*; 286—314 *om.* **E** || 286 Quo prior *Grotius*: Cum primum **CS** | ego chero **CS** (ergo chero **C** *m. 2*) || 287 oceano *ex* ocfano *corr.* **B** || 288 Tum breuis **CS**: Tumbres **AB** Tum imbres **P** | ora **O** || 289 *et* 290 *om.* **O** || *ante* 290 *lacunam statuit Ios. Frey* || 290 nec uota *coni. Buhlius* || 291 terrores **O**, **C** *m. 2*: terroris **CS** || 292 speculaberis *scripsi*: spectaueris **CS** (spectaberis **C** *m. 2*) spectauerat **O** exspectaueris *Grotius* || 293 rigor *ex* rogor *corr.* **B** rigora **CS** (frigora **C** *m. 2*) | est *R. Dahmsius*: aut **OCS** | rabidus *scripsi* (*coll.* 327): rapidus **OCS** || 294 Pigra **O**: Nigra **CS** | alligat **O**: occupat **CS** || 295 Sed **CS**: Et (E **B**) **O** | animi *uulgo*: anni **OCS** | temeria **C** *m. 1* **S** | soluont *ego*: soluent **O** soluunt **CS**

Nulla dies oritur, quae iam uacua aequora cernat
Puppibus, et semper tumidis ratis innatat undis.
In terra temptare undas iuuat, aspera set cum
Adsultat lateri deprensae spuma carinae,
Tunc alii curuos prospectant litore portus
Inuentasque alii terras pro munere narrant;
Ast alii procul a terra iactantur in altum.
Interea exanimat pauidos instratus aquae mons:
Munit eos breue lignum et fata instantia pellit,
Nam tantum a leto, quantum rate fluctibus, absunt.
Belligeri Titan magnum cum contigit arcum
Ducentemque ferum sinuato spicula neruo,
Iam clausum ratione mare est, iam nauita portu
Infestam noctem fugitat longasque tenebras.
Signum erit exoriens nobis tum nocte suprema
Scorpios, ille micat supra freta caerula cauda.
Insequitur grauis arcus et in lucem magis exit.
Tunc alto Cynosura redit, tunc totus in undas
Mergitur Orion, umeris et uertice Cepheus.

---

296 orituque **C** *m. 1* **S** oritur qua **C** *m. 2* | cernat **AB**: cernent **P** cernunt **CS** (cernant **C** *m. 2*) || 298 In terra (Interea **P**) **O**: Inter ratem **CS** (Ante ratem **C** *m. 2*) | iuuat **O**, **C** *m. 2*: iuba **CS** | aspera sed **O**, **C** *m. 2*; asperas et **CS**, *unde* set *restitui* || 299 Adsaltat *in* Adsultat *corr.* **B** Assultat **A** | depraens(a)e **CS** || 300 *om.* **CS**, 301, 299 *ponit* **S** || 300 alii *Grotius*: alti **O** || 301 *in marg. add.* **A** | alii *ex* alti *corr.* **B** | arrant **A** || *uu., qui sunt in codd.* 302, 303, *transposuit Grotius; et turbas fuisse in archetypo docent* **ACS** || 303 a terra **CS**: e terra **O** | ianctantur **A** | altum **O**: alto **CS**; *fort.* excito i. in alto || 302 examinat **P** | instratus *scripsi*: instrantis **B** instantis **ACPS** | aq. **P** || 304 Munit **O**: Punit **CS** | eos **CS**: hos **A** hros **B** rhos **P** | pellit **O**: pellunt **CS** || 305 loeto **C** *m. 2* || 306 Belligerum **OCS**, *corr. Grotius* Teligeri Titan magnus *Burmannus* | magnum cum **CS**: etiam **O** | arctum **P** || 307 Duc. **O**: Luc. **CS** | ferum **CS**: ferunt **O** || 308 nam **C** *m. 1* | clausam **B** | statione *uel* late omne *Burmannus* || 309 fugiat **CS** || 310 tum n. suprema **O**: tunc n. superba **CS** || 311 Scorpios **CS**: Scorpio **BP** Scorpius **AC** *m. 2* || 313 alto *Grotius*: alte **OCS** | redit *idem*: repit **O** regit **CS** || 314 Mergitur (Meg. **B**) **O**: Vergitur **CS** | orio numeris **B**: orion humeris *ceteri* | cephoeus **CS**

Est etiam, incertum quo cornu missa sagitta,
Quam seruat Iouis ales. habet miracula nulla,
Si caelum ascendit Iouis armiger arduos; hic nam
Vnguibus innocuis Phrygium rapuit Ganymeden
Et telo est positus custos, quom Iuppiter arsit
In puero, luit excidio quem Troia furorem.
Delphin inde breuis lucet iuxta capricornum
Paucis sideribus, tulit hic Atlantida Nymphen
In thalamos, Neptune, tuos, miseratus amantem.
Sidera, quae mundi pars celsior aethere uoluit
Quaeque uident borean uentis adsueta serenis,
Diximus. hinc alius declinis ducitur ordo,
Sentit et insanos obscuris flatibus austros.
Primus in obliquom rapitur sub pectore tauri
Orion. non ulla magis uicina notabit
Stella uirum, sparsae quam toto corpore flammae;
Tale caput magnique umeri, sic balteus ardet,
Sic uagina ensis, pernici sic pede lucet.

315—317 *om.* **O** | *a* 315 *iterum incipit* **E** ‖ 317 armiger arduos; hic nam *scripsi*: armiger hic tamen ardum **Z** (arduum **C** *m. 2*) ascendit tamen arduus armiger hic est. Unguibus is nocuis *Grotius* hic Catamitum *Orellius* hic tamen aruo U. i. Phrygio *Breysigius* ‖ 318 Unquibus **B** *m. 1* | phricyum **B** frigium **AP** prygium **CS** | ganimeden **CS** ganimedē **BP** ganymedē **A** ‖ 319 est positus *scripsi*: appositus **OZ** appositust *Orellius* | custos **O**: cuius **Z** | quom *Grotius*: quo **OZ** | excidium **C** *m. 2* ‖ 321—327 *om.* **E**, 321—323 *om.* **O** ‖ 321 Delphin inde *Grotius*: Delphini inde **S** Delphin≡ inde **C** (Delphinus inde *m. 2*); *an* unde? ‖ 322 atiantida **C** atliantida *a m. 1* **S** ‖ 324 Sydera **A** | quae **Z**: *om.* **BP** cum **A** | aetere **CS** ‖ 325 Quaeque *ex* Quaequae *corr.* **B** | borean **CS**: boreā **B** boream **AP** | assueta **A** ‖ 326 declinis **CS**: decliuis (dediuis **B**) **O** | ducitur **O**: dicitur **CS** ‖ 327 Sentit et **O**: Sentiet **CS** | abscuris **B** ‖ 328—330 *om.* **O** ‖ 328 obliquum *Grotius* (-quom *Breysigius*): obliquo **Z** ‖ 329 ulla **E**: nulla **CS** ‖ 330 quam **E**: quen *siue* quem **S** *et fortasse* **C** *m. 1*; cum **C** *m. 2* ‖ 331 Tale **Z**: Tela **O** | capud **B** | magnique **ZA**: magnisque **BP** | humeri **C** *m. 2*: humeris **ZA** umeris **BP** | baltheus **P** | ardet **O**: exit **Z** ‖ 332 pernici **O** (**C** *m. 2*): pernicis **Z** | lucet **O**: ludit **Z**

Talis ei custos aderit canis ore timendo.
Ore uomit flammam, membris contemptior ignis.
Sirion hunc Grai proprio sub nomine dicunt.
Cum tetigit solis radios, accenditur aestas,
Discernitque ortu longe sata, uiuida firmat,
At quibus adfectae frondes aut languida radix,
Exanimat. nullo gaudet maiusue minusue
Agricola et sidus primo speculatur ab ortu.
Auritum leporem sequitur canis et fugit ille,
Sic utrumque oritur, sic occidit in freta sidus.
Tu paruum leporem rimare sub Orione.
At qua cauda canis languenti desinit astro,
Fulgent Argoae stellis aplustria puppis,
Puppe etenim trahitur, non recto libera cursu,
Vt cum decurrens inhibet iam nauita remos
Auersamque ratem uotis damnatus ad oram
Perligat, optatam cupiens contingere terram.

---

345 adfert Priscianus I p. 351, 5 ed. Hertz.

333—335 *om.* **O** | 333—340 *post* 344 *in fine paginae ponit* **C** || 333 ei **C** *m. 2*: et **Z**; *an* et huic custos? | haeret *pro* aderit *I. H. Vossius ad Arat. p. 66* || 334 contētior **C** *m. 1* contemtior **S** contentior **C** *m. 2* || 335 proprio sub **E**: priosum **C** priosuum **S** || 336 tegit **P** | aestas **O**: aestus **Z** || 337 firmati **A** || 338 At quibus **O**: A quibus **Z** | adfectae *Burmannus et Orellius*: adstete **BP** adflete **A** adsuetas **CS** assuetas **E** adsutae *Grotius* adstrictae *ipse conieci* | radix **O**: cernis **Z** ceruix *Grotius* || 339 Examinat **ACP** | malusue **B** || 340 sydus **P** | speculator **BP** || 341 *om.* **O** | auditum **C** | effugit *Burmannus* || *post* 341 **Z** *uersum Auieneum inserunt: cf. praef.* || 342 uerumq. **B** | in freta **Z**: infra **BP** infera **A** | sydus **AP** || 343 *om.* **Z**, *qui eius loco habent Auienea: cf. praef.* | paruum *ex* peruum *corr.* **B** | laporem **P** | rimare *Burmannus et Orellius*: primare **A** prima re **B** prima res **P** || 344—346 *om.* **O** || 345 Fulget **C** *m. 2* | argoe **C** || 347 inhib$\overset{n}{}$& **B** iubet **A** | remos *ex* renos *corr.* **B** remis *coni. Gronouius* || 348 uatis **BP**; uoti *Burmannus* | dampnatus **AE** | ad oram *Grotius*: ab ore **OZ** || 349 Perligat *Grotius*: Perlegit **OZ** Praeligat *Munckerus*

Sed quae pars uiolata fuit, coeuntia saxa
Numine Iunonis tutus cum fugit Iason,
Haec micat in caelo; lateri non amplior auctus,
Quam surgit malus; qua debet reddere proram,
Intercepta perit nulla sub imagine forma;
Puppis demisso tantum stat roscida clauo.
Haut procul expositam sequitur Nereia pristis
Andromedam. media est Solis uia, cum tamen illa
Terretur monstro pelagi gaudetque sub axe
Diuerso posita et boreae uicina legenti.
Auster pristin agit. duo sidera perlegit unum,
Namque aries supra pristin piscesque feruntur.
Belua sed ponti non multum praeterit amnem,
Amnem, qui Phaethonta suas defleuit ad undas,
Postquam patris equos non aequo pondere rexit,
Vulnere reddentem flammas Iouis; hunc, noua silua,
Planxere ignotis maestae Phaethontides ulnis.
Eridanus medius liquidis interiacet astris.

---

350 Seu *Grotius* | quae (q^{ae}; **E**) **Z**: quia **O** qua *Orellius* | fugit **C** *m. 2* ‖ 351 Numina **C** *m. 2* | cum fugit **Z**: confugit **O** (*ex* quom fug.*?*) ‖ 352 Hac *Orellius* | amplior auctus *Orellius*: amplior actus (actu **P**) **O** amplius aucta **Z** late, non amplius altus *Grotius* ‖ 353 Qua *uulgo* | malus **O**: maius **Z** | r&d dere **B** ‖ 354 Inter cepta **C** Intercapta ferit **P** ‖ 355 stat] si **A** | roscida **Z**: lucida **O** | lauo **C** *m. 1* **S** ‖ 356—358 *om.* **O** ‖ 356 Haud *Grotius* (Haut *ego*): At **Z** | pristis *ex* pristris **E** pistris **C** *m. 1* **S** pistrix **C** *m. 2* ‖ 359 Diuerso **O**: Diuersi **Z** | legenti **O**: legente **Z** ‖ 360 pristin **Z** (**C** *m. 2* pistrin): pristis (piristis **A**) **O** | agat **P** agens *Grotius* | prolegit **P** praelegit *Schwartzius* ‖ 361 sup **P** | pristin **OES** pristim **C** *m. 1* (pistrim *m. 2*) ‖ 363—65 *om.* **O** ‖ 363 ph(a)etonta **Z** ‖ 365 Fulmine *Grotius*, *quo probato malim* pendentem, *ut sensus sit: Iouis fulmine flammas Solis luentem* (*de pendendi uerbo cf. praef. ad Val. Flacc. p. XX*) ‖ 366 Plaxere **A** | maestae (meste) **Z**: adaestae **BP** adhesye **A** | ph(a)etontides **Z**: ph(a)etonides **BP** phitonid^{e}is **A** | enatis uersae Ph. alnis *coni. Burmannus* ‖ 367 *ante* 366 *in* **E** ‖ 367 Heridanus **ZA** | mediis *ex* medius **E** mediis liquidūs **A** | interiacet **OE**: iniacet **CS** (hic iniacet **C** *m. 2*) | astris **O**: undis **Z**

Huius pars undae laeuum ferit Orionis
Lapsa pedem procul. ambobus qui piscibus unus
Vincula conectit, nodus cristam super ipsam
Aequoreae pristis radiat. sunt ubera caelo
Sidera non ullam specie reddentia formam
Sub leporis latus, auersam post denique puppim,
Inter et Eridani flexus clauumque carinae;
Atque haec ipsa notast nullam praebere figuram,
Sunt quia totius sparsi sine nomine mundi
Inter signa ignes, quibus etsi propria desit
Forma, per appositi noscuntur lumina signi.
Est etiam a geminis diuersus piscibus unus,
Qui borean fugitat, totus derectus in austros,
Ventre sub aegoceri, pristin conuersus ad imam.
Infimus hydrochoos set qua uestigia figit,
Sunt aliae stellae; qua caudam belua flectit
Quaque caput piscis, media regione locatae
Nullum nomen habent nec causast nominis ulla,

368 unde **C** *m. 1* | laeuum ferit **O**: medium tenet **Z** (m. tenet ast orionis **C** *m. 2*) || 369 pedem. procul *eqs uulgo interpungunt, correxi* | ambobus *Grotius*: amotis **OZ** (āmotis **A**) | qua *coni. Grotius* | unus *idem*: usus **OZ** || 370 connectit **A** (*ut coni. Grotius*): coniectit **BP** coniecit **Z** | nodis **A** || 371 Aequoreae *Grotius*: Aequore **OZ** (-rea **C** *m. 2*) | pistris **CS** (pistrix **C** *m. 2*) | radiat *Breysigius*: adiat **BP** adit **A** radians **Z** | ubera (= crebra) *scripsi*: libera **OZ** (libero **B**) || 372 ullam **Z**: nullam **O** | specie **O**: caelo **Z** | reddemtia **B**, *corr. m. 1* || 373 auersam **Z**: uersam **O** || 374 Eridani *Grotius*: eridanum (end. **P**) **O** heridanum (heryd. **E**) **Z** | clauumque **Z**: cauumque **O** || 375 ipse **A** | notast *Orellius*: nota si **O** nota est **Z** (nota similem *pro* nota si nullam **A**) | prebuere **CS** || 376 quia *scripsi*: etiam **OZ** etenim *Grotius* | totius *scripsi*: totus **B** *m. 1*, totos **B** *m. ead. corr.* **AP** toto **Z** | mundi **O** (*etiam* **B**) **Z**: mundo *Grotius* || 377 et **PB** *m. 1*, etsi **B** *m. 2* | defit *Orellius* || 378 appositi **O**: oppositi **Z** || 379—381 *om.* **O** || 379 diuersus *Grotius*: diuersis **Z** || 380 fugitat *Grotius*: fugiat **Z** | directus **Z**, *correxi* || 381 aegocheri **Z** | pristī **C** (pristrī *m. 2*) prist≡im **E** pristim (pristrim) **S** | hydrochoos (ydr. **A**, hidrochoor **P**) **O**: hydrochous **Z** | set **A**: sed *ceteri* | qua *uulgo*: quae **OZ** || 383 qua **ZA**: quae **BP** || 384 capud **B** | locate **P** || 385 habent *om.* **BP** | causast *Orellius*: causa si **BP** causa **A** causa est **Z**

Sic tenuis cunctis iam paene euanuit ardor.
Nec procul hinc dextra defundit aquarius undas
Atque imitata cadunt errantis signa liquoris.
E quibus una magis sub cauda flamma relucet
Squamigerae pristis, pedibus subit altera signi
Fundentis latices. est et sine honore corona
Ante sagittiferi paulum pernicia crura.
Scorpios erecta torquet qua spicula cauda,
Turibulum uicinum austris sacro igne uidebis
Arcturum contra; sed quanto tardius ille
Oceanum occasu tangit, tanto et magis artae
Turibuli metae. uix caelum suspicit et iam
Praecipiti tractu uastis dimittitur undis.
Multa dedit natura homini rata signa salutis
Venturamque notis cladem depellere suasit.
Inter certa licet numeres sub nocte cauenda
Turibulum, nam si sordebunt cetera caeli
Nubibus obductis, illo splendente, timeto,
Ne pacem pelagi soluat uiolentior auster.
Tunc mihi spissentur substricto cornua uelo

386 poene **P** pene **CE** ‖ 387—393 *hic habet* **O**, *post* 285 **Z** ‖ 388 caudunt **A** | liquoris **Z**: liquores **O** ‖ 389 E **O** (**C** *m. 2*): Et **Z** | succauda **B** | flamma **Z** flama **A**: magna **BP** ‖ 390 Squamigerae (*prior* e *in* i *corr., sed correctura deleta* **B**) pristis **O**: Squamigeri ustis **E** Squamiger iustis **CS** (-geri iustis **C** *m. 2*) | signi **O**: signa **Z** ‖ 392 sagitti ferit **B** | paulum **E**: paululum **S** paul≡≡um (*ras. 2 litt.*) **C** nullum **O** | pernicla **B** pernida **P** ‖ 393—395 *om.* **O** ‖ 393 erecta **E**: erepta **CS** ‖ 394—413 *om.* **E** ‖ 396 Occeanum **A** | occasu **O**: occasum **CS** | tanto et magis *codd.*: tanto magis *Grotius* | arte **OCS** ‖ 397 Turibuli **CS** Turibulo **O** | metae uix **CS**: metae ui **A** maeteui **B** m&eui **P** | caelum **CS**: caelo **O** | suspicit **Z**: suscipit **O** ‖ 398 demittitur **CS**: dimittitur **A** dimi etitur **B** dem&itur **P** ‖ 399 Multa≡ **C** (*in ras. fort.* s) ‖ 400 *om.* **BP** (*non* **A**) ‖ 401 ċėṙta **B** | numeris **BP** ‖ 402 *om.* **B** | cetera **P** cętera **A**: tempora **CS** ‖ 403 illo *ex* ille *corr.* **A** | splendente timeto **O**: splendenti metuendum **S** splendenti≡≡ tuendum (*ras. 2 litt.*) **C** timendum *Grotius* ‖ 404 De **C** E *om. litt. init.* **S** ‖ 405 spissentur *Grotius*: siccentur **OCS** | substricto *Grotius*: subcricto **CS** abstricto **O**

Et rigidi emittant flatus per inane rudentes.
Quod si deprensae turbauit lintea puppis
Incubuitque sinu laxo, uel mergitur undis
Prona ratis sorbetque inimicum Nerea prora,
Vel si respexit seruator Iuppiter, aegre
Vltima persoluunt iactati uota salutis;
Nec metus ante fugit, quam pars effulserit orbis,
Qua borean caelum spectantibus indicet ortum.
Sunt etiam flammis commissa immania membra
Centauri, capite atque hirsuto pectore et aluo
Subter candentis hominem reddentia chelas,
Inde per ingentis costas, per crura, per armos,
Nascitur intacta sonipes sub uirgine. dextra
Seu praedam e siluis portat seu dona propinquae
Placatura deos, cultor Iouis, admouet arae,
Hic erit ille pius Chiron, iustissimus omnis
Inter nubigenas et magni doctor Achillis.
Hic umero medium scindens iter aetheris alti,

---

406 Et rigidi emittant **C S**: Et rigide mittant **A** Erigit temit tant (te mittant **P**) **B P**; rigidei mittant *malim* | flatus **Z**: latus **O** || 407 deprensae **C S**: deprensa **B** deprehensa **P** depressa **A** | turbabit **S** | puppes **A** || 409 sorbetque *Grotius*: soluetque (-itq. **P**) **O** seruetque **C S** || 410 Celsi **C** | respexit **C S**: perspexit (-xerit **P**) **O** | iupiter **A** | aegre **C S**: (a)eger **O** aegri *Wassius* || 411 iactati *Grotius*: iactat(a)e **O C S** (*ex* iactatei?) | salutis *ex* salis *corr.* **B** || 412 effulserit (efuls. **A**) orbis **O**: perfulserit omnis **C S** || 413 Qua borean **C S**: Quae boream (-ā **A**) **O** | ortum **O**: orbem **C S** || 414 *iterum incipit* **E** || 414—416 *om.* **O** || 414 Stant *et* commissi *Burmannus* || 415 hyrsuto **Z** | pectore et aluo **C S**: pectoris aluo **E** || 416 candentes **C** *m. 2* | chęlas **E** || 417 ingentes **C** *m. 2* | costa **C**, *corr. m. 2* || 418 dextra **C S**: dextęra **E** dexter **O** || 419 e *Grotius*: *om.* **O Z** | propinque **B** propinq. **P** || 420 admouet **O E**: admonet **C S** aŧ admonet **E** *marg.* | arma **P** || 421 Hic **O E**: Sic **C S** | chyron **E** | iustissimus *Grotius*: tutissimus **O Z** mitissimus *Burmannus* | omnes **A C** *m. 2* || 422 magno **B** | doctor *ex* dortor **P** || 423 Hic **O**: Hinc **Z** | umero **B P**: humero *ceteri* | scindens *uulgo*: scandens **O** scandit **Z** | a&eris **P** | alti **Z**: alii **A B** (**P** ?)

Si tenuem traxit nubem stellasque recondit,
Toto clarus equo uenientis nuntiat euros.
Nec procul hinc hydros trahitur, cui cauda superne
Centaurum lucet, tractu subit ille leonem,
Peruenit ad cancrum capite et tria sidera tangit.
Huic primos tortus crater premit, ulterioris
Vocali rostro coruus forat. omnia lucent,
Et coruus pennis et paruo pondere crater
Et spatio triplicis formatus sideris hydros.
Sub geminis procyon fulgenti lumine surgit.
Hic caelo ornatus trahitur noctemque diemque;
Sors sua cuique data est; semel adsignata tuentur
Inmoti loca nec longo mutantur in aeuo.
Quinque aliae stellae diuersa lege feruntur
Et proprio motu mundo contraria uoluunt
Curricula exceduntque loco et uestigia mutant.
Haud equidem possis alio contingere signo,
Quae diuis sedes. hinc atque hinc saepe uidentur
Occasus ortusque. neque anfractus breuis illis,

---

424 stellasue **A** stellasq. uerecondit **B** steltq; uerecondit **P** || 425 *om.* **S** | equo *ex* oquo *corr.* **E** | uenientes **AC** *m. 2* | nunciat **E** || 426—28 *om.* **O** || 426 hic **C** *m. 1* | superne *Grotius*: superni **Z** sub arma Centauri *Schwartzius* || 427 Centauri relucet **C** *m. 2* | tractu **C** *m. 2*: tractus **Z** || 428 capiti et **Z**, capite sed **C** *m. 2* | tria *Grotius*: tristia **Z** || 429 Huic primos tortus *Grotius*: Hic primo (-mos **P**) ortus (est *add.* **A**) **O** Hic primo est ortus **Z** (Huic **C** *m. 2*) | ulteriores **Z** || 430 forat **Z** (norat **C** *m. 2*): foret **BP** ferrit (*pro* ferit) **A** | lucent **ZA**: lucet **BP** || 431, 32 *om.* **O** || 432 triplicis *Grotius*: triplici **Z** | formatur **C** *m. 2* || 433 proleyon **A**[1] | fulgenti lumine **O**: fulgentia lumina **Z** (**E** *secundum Orelli*) | surgit; **E** *marg.* [1] pandit || 434—36 *om.* **O** || 436 Immoti *Grotius*: In morti **Z** (In mortis **C** *m. 2*) || 436 longe **C** *m. 1* || 437 Quinque aliae stellae **A**: Quique aliae (si *inserit* **B**) stellae **BP** At quinque stellae **Z** At quinae stellae *Grotius* | legi **B** | curantur **P**, *unde* rotantur *Burmannus* || 438 propero *coni. Burmannus* || 439 Curricula **Z**: Curriculo **O** || 440—442 *om.* **O** || 440 possis *Grotius*: possim **Z** (possent **C** *m. 2*) | ullo *coni. Schwartzius* || 441 diuis sedes **E**: diuisa dies **S** diuisa die≡ **C** Quod diuersa uia est *Grotius* || 442 amfractus **Z**

Annosasque uias tardus uix perficit orbis.
Hoc opus arcanis si credam postmodo Musis,
Tempus et ipse labor, patiantur fata, docebit.
  Signorum partes, quorum est praedicta figura,
Annum expleturi praecidunt quattuor orbis.
Interualla trium transuersus colligat unus.
Nec par est illis spatium: duo namque feruntur
Inter se aequales, quorum extat maxima forma;
Et totidem aequales praedictis ante minores.
Hi semper distant, illos communia signa
Committunt. qua se tangunt, pars aequa rotarum
Diuiditur, binos ut si qui desecet arcus.
  Dissimilis quintus liquida sub nocte uidetur,
Sidera cum reddunt sinceros eminus ignis.
Lactis ei color est, mediis uia lucet in umbris.
Lacteus hic orbis nullo minor orbe rotatur.
  Celsior ad boream qui uergit circulus altos
Et peragit tractus uicinis haud procul ursis,

---

443 Annosasque **Z**: Annonasque **O** | tardius (*om.* uix) **P** | perficit **Z**: pr(a)eficit **O** ‖ 444 arcanis **CS**: archanis **OE** (**C** *m. 2*) | si **Z**: an **O** ‖ 445 patiantur **O**: patiatur **Z** | fata **Z**: facta **O** | docebunt **A**, **C** *m. 2* ‖ 446 est **O**: *om.* **Z** (*sed* figura est **E**) ‖ 447 praecidunt *Schwartzius*: pr(a)edicunt **OZ** | quatuor **A** quatur **B** | orbis **BP**: orbes **ZA** ‖ 448 Internulla **B** | colligat **ABC** (**E** *marg.*) **S**: colligit **E** *textus*, **PC** *m. 2* ‖ 449 par est **Z**: pes est **A** per st (se *m. 2 suprascr.*) **B** per se st (*inter* se *et* st *suprascr.* e) **P** | illis *Grotius*: illi **OZ** (*ex* elli *corr.* **B**) | spacium **E** | duo namque **Z**: quoniamque **B** qm̃que **P** q̃inq; **A** ‖ 450 quorum extat maxima **C** quorum est et maxima **O** quorum est maxima **S** duo quorum est maxima **E**, *Grotius* ‖ 451 aequales *scripsi*: inter se **OZ**, *quod ex glossemate ortum intellexit Grotius, qui* rursum *coniecit* ‖ 452 Hi *ex* Hii **E** Hiis **B** His **P** | distant **O**: dictant **Z** (*corr.* **C** *m. 2*) | illis **C** *m. 2* ‖ 453 qua **Z**: quae **O** ‖ 454 qui **O**: quis **Z** | *malim* dissecet ‖ 455 Dissimiles **C** *m. 2* | quintus (quinctus **B**) **O**: cunctis **Z** | uidentur **C** *m. 2* ‖ 456 Sidere **C** *m. 2* | ignis **BP**: ignes **ZA** ‖ 457 ei **Z**: et **O** | calor **B** | est **Z**: et **O** | medius **E** | uia **O**: ut **Z** et *Grotius; ego malim* qui ‖ 458 *delendum censet Grotius* | minor **O**: minus **Z** | rotatur **Z**: rotatu **O** ‖ 459—61 *om.* **O**

Per geminos currit medios, uestigia tangit
Aurigae plantamque terit Perseida laeuam,
Transuersae Andromedae latera utraque persecat actus
Aque umero totam dextram; summa ungula pulsu
Acris equi ferit orbis iter. tunc candidus ora
Cycnus habet iuxta, cubito lucet super ipsum
Nixa genu facies et primis ignibus anguis.
Ecfugit at uirgo; totus leo, totus in ipso
Cancer. ab aduersis omnem secat ille leonem
Clunibus hirsutique iubam per pectoris exit,
Cancro fulgentes oculi, ceu regula currat
Per medios, sic diuidui latera utraque tangunt.
Hunc octo in partis si quis diuiserit orbem,
Quinque super terras semper fulgere notabit,
Abdi tris undis breuibusque latere sub umbris.
Hoc cancrum tetigit cum Titan orbe, timeto

---

462 Aurgae **C** *m. 1* | planta quę **A** | terit **O**: tegit **Z** legit *Schwartzius* | perseida **Z**: persida **O** | laeuam **O**: l(a)eua **Z** (*corr.* **C** *m. 2*) ‖ 463 Transuese **B** *m. 1* (r *suprascr. m. 2*) | latera utraque persecat actus (ac≡us, t *suprascr.*, **B** arctus **A**) **O**: secat utraque latera tactu **Z** ‖ 464 Aque umero totam *scripsi*: Et totam ab umero **O Z** (humero **Z A**) abs humero *Schwartzius* | dextra **B** | pulsu **O**: cursu **Z** ‖ *post* 464 Diuidit atque (**C**, **S** *m. 2*: et **E S** *m. 1*) sagittiferi medium (*eras.* **C**) pernicia crura *add.* **Z**, *om.* **O** ‖ 465 Acris equi ferit **O**: Hinc alius rapit **Z** | tunc **O**: tum **Z** ‖ 466 Cycnus **E S**: Cygnus *uel* cignus *ceteri* | iusta **B** | cubitos **C** *m. 2* ‖ 467 Fixa **C** *m. 2* | genus **A B** ‖ 468 Ecfugit *ego*: Etfugit **O** (Et fulgit **B**, f *supra* t *scr.* **P**) Effugit **Z** ‖ 470 hirsutiq. **S** hyrsutique **E**: irsutisque **B** yrsutis quę **A** hirsutusque **P** hirsutisque **C** ‖ 471 Carcro **B** | fulgentes **O**: qui fulgent **Z** qua fulgent *Schwartzius* | currat **O**: currit **Z** ‖ 472 diuidui *scripsi*: diuidit **O Z** (currit **P**) diuisi **C** *m. 2* ‖ *post* 472 **Z** *hos habet uersus*: Et geminis humeros et tauri ungula dextra Radit ophyuci uastos (uastos. **C**) fulgere notabis, *quos om.* **O**. *in toto hoc loco* (460—472), *dum interpolationes in* **Z** *obuias in partes uocare student, transponendo et mutando uiolentissimi Grotius Schwartziusque* ‖ 473 partes **Z A** ‖ 475 Abdit tres **Z** Adiutrix **B P** Adultrix **A**; Abdi *Grotius*, tris *ego* (*ex* trix **O**) | undis **Z**: umbris **O** | breuibusque **O**: leuibusque **Z** ‖ 476 timeto **Z**: timete (*in* timente *corr.* **P**) **O**

Aestatem rabidam et soluentis corpora morbos.
Tunc habet aeterni cursus fastigia summa
Erectoque polo breuius non adplicat umquam
Candentis currus. aduerso nititur orbe,
Dum tangat metas; pronus deuoluitur inde.
Hic boreae propior, contrarius excipit austros;
Aegoceros metas hiemis glacialibus austris
Aestatisque tenet flagrantia sidera cancer.
Hoc medium sidus findit deuexior orbis,
Fundentis latices genua implicat; illigat illum
Intorta pristis cauda; uelocia crura
Contingit leporis, canis aluum desecat imam.
Desecat et sacrae speciosa aplustria puppis
Centaurique umeros et scorpion ultima cauda
Spicula torquentem; magnus micat arcus in illo.
Inde austro propior sol est aquilone relicto
Et gelidas hiemes hebetato lumine portat.
Huius tres caelo partes adsurgere cernes,
Quinque latent undis et longa in nocte feruntur.

---

477 rabidam *Orellius*: rapidam **OZ** || 478 aetherii *coni. Grotius* | cursus **O**: custos **Z** || 479 *puto* Euectoque | breuius **O**: breuibus **Z** Phoebus *Grotius* propius *Orellius* | adpl. **BP**: appl. **Z** ampl. **A** | umquam (unquam **A**) **O**: unum **Z** || 480 currus **OE**: cursus **CS** | aduerso **O**: auerso **Z** || 481 proneus **B** || 482 Hic *Grotius*: Hinc **OZ** | propior **E**: proprior **O** (propror **P**) **CS** || 483 Egocheros **E** Aegocelos **P** Egokeras **A** egochero **CS** (ergo **C** *m. 2*) | hyemis **A** | glatial. **E** || 484 flagrantia (n *in* **B** *add. m. 2*) **O**: flagranti **E** fraglanti **CS** | sidere **E** sydera **A** || 485, 484 *ponit Grotius* || 485 diuexior **C** || 486 Fundentes **P** | illigat *Grotius*: alligat **OZ** (*sed* **S** *m. 1* illigat) | lilum **B** || 487 pristis **Z**: pristi **BP** pristix **A** || 488 Contingit **AP**: Contigit **BCS** Contegit et **E** Contigerit **C** *m. 2* (*huius correcturae hic desinunt*) | canis album (calbum, c *deleta*, **B**) desecat (desicat **A**) imam **O**: canem iam desecat imum **Z** || 489 speciosae **CPS** | plustria **CS** amplustria **A** || 490 Centarique **A** || humeros **ZA** || 491 arcus **O**: orbis **CS**, *om.* **E** || 492 propior **Z**: proprior **O** || 493 hyemes **A** hiemp **B** | luminae **A** lum ne **B** || 494 tres] pres **A** praes **B** | assurg. **A** | cernes **Z**: cernis **O** || 495 in **O**: *om.* **Z**

Hos inter medius nullo minor orbis agetur,
In quo cum Phoebus radiatos extulit ignes,
Diuidit aequali spatio noctemque diemque.
Bis redit haec facies, librato sidere, mundo,
Cum uer fecundum surgit, cum deficit aestas.
Signa aries taurusque aequo tanguntur ab orbe,
Sed princeps aries totus fulgebit in illo,
Tauri armum subit et flexi duo sidera cruris.
At medium Oriona secat spiramque priorem
Hydri et crateram leuem coruique sedentis
Vltima, deficiunt nigra qua sidera cauda.
Illic et chelas transuerso lumine quaeres
Et celsi partem anguis et a medio ophiuchum
Nec procul inde aquilam, toto capite incubat ardens
Pegasus et longae spatio ceruicis inhaeret.
Hos orbis, quorum tractus et signa notamus,
Rectus per medios decurrens traicit axis.
Tris interuallis paribus sine fine rotantur

---

496 medius **Z**: medios **O** | minos•**A** minus **P** | agentur **BP** (*in* **B** *post ras. 8 litt.*) habetur, g *suprascr.*, **S** || 497 quos **P** | cumq; **E** | radiatos extulit **Z**: radios intulit **O** | ignis **S** || 498 Diuid& **P** | spacio **E** || 499 libato **BP** | sidere **Z**: sidera **O** (syd. **P**) | mundo *Schwartzius*: mundi **OZ** pondere mundi *coni. Grotius* || 500 uere **B** | fecundum (fęc. **P**) **BEP**: fecundus **ACS** || 501 taurusque aequo **Z**: taurus quae quo **O** (*nisi quod* taurusq. quo **P**) || 502 totus (-os **B** *m. 1*) f. i. illo **O**: toto f. i. orbe **Z** || 504 At **AP**: Ad **BZ** || 505 Hidri **CPS** Ydri **A** | crateram **Z**: cratera **O** | sedentis *scripsi*: ferentis (-tes **A**) **O** querentis **Z** gerentis *Grotius* forantis *Ios. Frey* || 507 cheles **P** | quaeres **Z**: qu(a)erens **O** || 508 celsi partem *Schwartzius*: celsi mediam partem **OZ** | et a medio **Z**: et medio **O** | ophiucum **OZ** (ophiacū **A**); *totum uersum sic constituit Grotius* hic etiam celsi genua adspicies ophiuchi || 509 Nec *ex* Nen *corr.* **B** | aquilam **O**: aquila **Z** aquila; at *Grotius* || 510 longe **BC** longo **P** | spacio **E** || 511 orbis **O**: orbes **Z** | quorum tractus *Grotius*: quorum actus **Z** quorumq; actus **A** quorumq. apius (apices **P**) **BP** | notamus **O**: docemus **Z** || 512 Rectus **Z**: Relictus **AB** (**P** *?*) | per *om.* **A**, per *ex* pe *corr.* **B** | decurrens traicit axis **Z**: percurrens **O**, *tum* pertraxit axis **A** traxit axis (*sic*) **B** traxit et axis **P** || 513 *om.* **BP** (*non* **A**) | tris *ego*: tres **ZA** | rotantur *Grotius*: notantur **ZA**

Nec mutare uias possunt nec iungere sulcos;
Quartus in oblicum tris unus colligat orbis,
Partibus extremis diuersos inplicat; unum
Inter utrumque secat medium desectus ab illo.
Non si Palladia doctus formaret ab arte,
Distantis orbis melius religasset ab uno.
Sed tribus idem ortus omni nascuntur ab aeuo
Atque eadem occasus remanent certissima signa.
Quartus ab oceano tantum uestigia mutat,
Obliquo currens spatio, quantum capricornus
Aestifero distat cancro, quam latus ad auras
Aetherias surgit, tam sacris mergitur undis.
[In sex signiferum si quis diuiserit orbem
Aequalis partes, succumbet regula binis
Inferior signis spatii tantumque tenebit
Vna, sui lateris quantum a tellure recedit;
Nec tamen humanos uisus fugit ultimus orbis.]
[Haec uia solis erit bis senis lucida signis.
Nobilis hic aries aurato uellere, quondam
Qui tulit in Tauros Phrixum, qui prodidit Hellen,

---

514 sulcus **BP** ‖ 515 in] i **B** | oblicum **BP**: obliquum **A** obliquam **Z** (*ex* obliquom*?*) | tris **O**: tres **Z** | colligat *Grotius*: colligit **OZ** ‖ 516 extremis **O**: extremos **Z** | inpl. unum **O**: impl. unus **Z** ‖ 517 desectus **Z**: defectus (-cius **B**) **O** | ab illo **O**: in illum **Z** ‖ 519 Distantes **Z** | orbes **ES** | melius **Z**: medius **O** ‖ 520 nascentur **Z** ‖ 521 remanet **BP** *et, suprascr.* n, **E** ‖ 523 spacio **AE** ‖ 524 distant **B** | quãn **P** | latus **Z**: taurus **A** tautus **B** tantus **P** | aures **B** ‖ 526—531 *litteris minutioribus, sed ab eadem manu, scriptos habet* **B**; 526—530 *scholastico interpolatori tribuit Orellius* ‖ 526 Infex **P** ‖ 527 Aęquales **P**, Aequalis *ceteri* | partes *Grotius*: aries **OZ** | succumbet *Grotius*: succumbit **Z** occumbit **O** ‖ 528 Inperior **A** | signi **A** | spatii **AP**: pati **B** spatiis **Z** (spaciis **E**) ‖ 529 sui *Grotius*: tui **O** suis **Z** ‖ 530 inhumanos **B** | ui *supra lin.* **B** | fulgit **B** fug& **P** | uectimus **B** extimus **A** (**P***?*) ‖ 531—572 *esse Prognosticorum fragmentum casu quodam in Phaenomena delatum intellexit Iosephus Frey, nisi quod uu.* 570—72 *Phaenomenis relinquenda esse uidit Breysigius praef. p.* XI ‖ 531 bisseni **B** ‖ 532—34 *om.* **O** ‖ 533 frixum **E** | hellem **Z**

Quem propter fabricata ratis, quem perfida Colchis
Sopito uigile incesto donauit amori.
Corniger hic taurus, cuius decepta figura
Europe thalamis et uirginitate relicta
Per freta sublimis tacto mendacia sensit
Litore, Cretaeo partus enixa marito.
Sunt gemini, quos nulla dies sub Tartara misit;
Set caelo semper, nautis laetissima signa,
Ledaeos statuit iuuenis pater ipse deorum.
Te quoque, fecundam meteret cum comminus hydram
Alcides, ausus morsu contingere chelae,
Sidere donauit, cancer, Saturnia Iuno,
Numquam oblita sui, numquam secura nouerca.
Hinc Nemeaeus erit iuxta leo; tum pia uirgo;
Scorpios hinc duplo quam cetera possidet orbe
Sidera, per chelas geminato lumine fulgens,
Quem mihi diua canet dicto prius Orione.
Inde sagittifero tentus curuabitur arcus,

---

535 uigili **Z**, uigiles **O** (*ex* uigilei*?*) uigile *Grotius* | donauit **O**: donabit **Z** | amori *Grotius*: amore **OZ**; *malim* uigili maesto donauit amanti ‖ 537 Europe **A**: Europae **BPZ** *fort.* Europa et | talami sed **A** ‖ 538 tacto *scripsi*: tergo **OZ** | mendatia **BP** ‖ 539 Litore creteo **Z**: Litorea crete **A** Litore acretae **B** Litore cr&ę **P** mendacia s. Litora, Cretaeo *Grotius* ‖ 540 quos nulla dies **Z**: quoseulla (quo se ulla **A**) diei (dei **P**) **O** ‖ 541 Set **A**: Sed *ceteri* | nautis **Z**: natis **O** ‖ 542 Laedeos **Z**: Led(a)eo **O** | iuuenes **Z** ‖ 543 f(a)ecundam **OE**: fecunda **CS**, *et* **E** *marg. pro uar. lect.* | cō̄ **P** | comminus **OE**: cominus **CS** | ydram **AC** ‖ 544 Alchides **Z** | ausus **O**: ausum **Z** | morsu **Z**: morsus **O** | chelae *Orellius*: bello **OZ** talum *Orellii amicus* ‖ 545 cancer *Scaliger*: cancrum **OZ** ‖ 546 securae **B** | nouerca **S** *ex corr*: nouerc(a)e **OZ** numquamque exuta nouercam *Burmannus* ‖ 547 Hinc **Z**: Hic **O** Hunc *Burmannus* | nemeus **OZ** | tum **O**: tunc **Z** ‖ 548 Scorpion **C** | duplo *Grotius*: duplex **OZ** ‖ 549 scelas *in* caelas *corr. m. 1* **B** | lumine **Z**: flumine (fulmine **P**) **O** ‖ 550 *dedi ex* **O**: Quae mihi (michi **C**) dicta canant (canat **E**) magnum sidus Orionis **Z**, *quod* (sidus *in* scelus *mutato*) *parentheseos signis inclusit Grotius* ‖ 551 tentus *Grotius*: lentus **OZ** (letus **A**)

Qui solitus Musas uenerari supplice plausu
Acceptus caelo Phoebeis ardet in armis.
Cochlidis inuentor, cuius Titania flatu
Praelia commisit diuorum laetior aetas
Bellantem comitata Iouem, pietatis honorem,
Vt fuerat geminus forma, sic sidere, cepit.
Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen
Attonitas inter gentis patriamque pauentem
In caelum tulit et maternis reddidit astris.
Proximus infestas, olim quas fugerat, undas
Deucalion paruam defundens indicat urnam.
Annua concludunt Syriae duo numina pisces
Tempora; tunc iterum praedictus nascitur ordo
Lanigeri et tauri, geminorum, postea cancri,
Tunc leo, tunc uirgo, tunc scorpios arcitenensque
Et chelae et capricornus et imbrifer et duo pisces.
Huius quantum altas demergitur orbis in undas
Oceani, tantum liquidum super aera lucet.]
Nullaque nox bis terna minus caelo trahit astra,

---

552 simplice **A** | plausu **Z**: plausus **AB** (*in hoc alt.* u *ex corr.*) plaustus **P** || 553 phobeis **B** phebeis **AP** || 554 Cochlidis *Grotius*: Coclitis (li *in ras.* **B**) **BP** Cocitis **A** Poplitis **Z** | ditania **E** *m. 1* tithania **CS** || 555 *om.* **Z** | Prelia **P** Proelia **AB** | estas **A** || 556 pi&atis **B** | honore **P** || 557 geminos **BP** | forma *in* formae *corr.* **A** | coepit **CS** cepit, o *suprascr.*, **E** || 559 gentes **ZA** | pauentem **O**: parentem **Z** || 561 infestas **O**: infectas **Z** | olim quas **Z**: solinquas (-qua **B**) **O** || 562 Decalion **B** Deocalion **P** | paruam **E**: parum **OCS** | defundens **O**: defendens **CS** *et* **E** *marg.*, detendens **E** | urnam **O**: ulnam **Z** || 563 numina **O**: nomina **Z** | pisces **B** *cum ceteris* || 564 Tempora tunc **O**: Temperat hunc **Z** || *uu.* 565—67 *suppositicii sunt uisi Grotio, lacunosi Orellio* || 565 et aurige minorum **AB** (**P** *?*); *in* **A** ł tauri *suprascr.* || 566 tunc *ter* **O**: tunc — tunc — tum **CE** tum *ter* **S** | scorpius **A** *et* **P** *m. 1* | architenensque **A** arquitenensque **CS** arcytenens (*om.* que) **B** || 567 chelae et *scripsi*: gelidus **Z** geminus **O** | corpricornus **P** | imbrifer et (himb. **P**) **O**: imbriferi **Z** | pisces] pi. (*sic*) **B** || 568—571 *om.* **Z** || 570 bisterminam in us **P** | trait **P** | asta **B**

Nullaque maior erit, quam quanto tempore in auras
Orbis perfecti diuisus tollitur arcus.
Saepe uelis quantum superet cognoscere noctis
Et spe uenturae solari pectora lucis.
Prima tibi nota solis erit, quo sidere currat,
Semper enim signo Phoebus radiabit in uno.
Cetera tunc propriis ardentia suspice flammis,
Quod cadat aut surgat summoue feratur in orbe,
Quantoque exiliant spatio, cum caerula lincunt;
Namque aliis pernix saltus, maiore trahuntur
Mole alia, oceanum tardo linquentia passu.
Quod si nube caua solis uia forte latebit,
Occulet aut signum conscendens uertice caelum
Altus Athos uel Cyllene uel candidus Haemus,
Gargaron aut Ide superisue agitatus Olympus,
Tunc dextra laeuaque simul redeuntia signis
Sidera si noris, numquam te tempora noctis
Effugient, numquam ueniens Tithonius ortus.

---

571 in au. **B** inau **P** in austros **A** *et Matritensis*, in auras *uulgo* ‖ 572 Orbis **O**: Aeui **Z** | perficit **A** | arcus **O**: orbis **Z** ‖ 573 superent **A** | noctis **Z**: noctes **A** noctem **P** noctibus **B** ‖ 574 uentur(a)e **O**: uentura **Z** (*corr. in* **S**) ‖ 575 quod **B** | curret **B** currit **C** ‖ 576 signo Ph(o)ebus **O**: Phoebus signo **Z** | radiabit **O**: radiantis **Z** ‖ 577 Caetera **E** | tunc propriis **O**: tum proris **Z** pronis *Grotius* | suspice **Z**: suscipe (*om.* **B** *m. 1*) **O** ‖ 578 Quod *Orellius*: Quid **OZ** | aut **OE**: ut **CS** | submoue **B** | in **O**: ab **Z** ‖ 579 *om.* **A** | Quantoque **BP**: Quantoue **Z** | exilli at **B** exiliat **P** | spacio **E** | cerula *codd.* | lincunt **BP**: lingunt **Z** ‖ 580 alius (*mgo* t aliis) **E** aliis *ex* alius *corr.* **S** | saltus *Orellius*: saltu **AB** saltum **P** alius **Z**; *fort.* Namque magis pernix aliud | trahuntur **O**: trahetur **Z** ‖ 581 alia **O**: alio **Z** | oceanõ **P** | linquentia **O**: liquentia **Z** ‖ 582 si nube **A**: sine nõbe **B** sinẽnube **P** sine fine **Z** | cau≡a **P** | *in hoc uersu Phaenomena finit* **O**, *quae statim Prognosticon fragmentum quartum subicit* ‖ 584 chillene **E**: quillene **CS** | hemus **CE** ‖ 585 Gargaron aut Ide *Grotius*: Gargaron aut iden **E** Gargaro nauti dens **CS** | habitatus *coni. Heinsius et Orellius* | olimpus **CS** ‖ 586 redeuntia **E** ‖ 588 ueniens *Grotius*: uentus **Z**; *num* aduentus?

Cum primum cancrum Tethys emittit in auras,
Excipit oceanus Minoae serta coronae,
Occidit et dorso piscis caudaque priore,
Mergitur in totos umeros ophiuchus et anguis
Vltima cauda micat, tortus habet illa timendos.
Nec multo arctophylax hinc longe subiacet astro,
Lumine qui primo cum scorpios occidit undis
Occulitur pedibus; durat tamen arduus ore,
Dum rigidum aegoceri signum freta lucida terret;
Siderea uix tum satiatus luce bootes
In terras abit et noctis plus parte relinquit.
At contra nullo defectus lumine totus
Orion umeris splendebit magnaque diui
Vagina et claro caelatus balteus igni.
Cornua et Eridanus liquido feret utraque caelo.
At cum prima iuba radiarit flamma leonis,
Quicquid parte micat caelo, hoc nascente sub undas
Omne abit atque feri uenientis defugit ora.
Tota Iouis mersa est pennis stellantibus ales;
Ipse genu posito defessus conditur undis
Crure tenus; redit in caelum uasti caput hydri
Et pernix lepus et procyon et Sirius ipse
Totiusque canis rabidi uestigia prima.
Accipe quae uitent exorsae uirginis ora:

---

589 primum *Grotius*: primo **Z** | tethis **Z** | dimittit *coni. Schwartzius* || 590 minoiae **Z**, *corr. Grotius* || 591 dorso *Grotius*: dorsus **Z** || 592 in] hinc *Burmannus* | humeros ophiucus (y *pro* i **E**) at anguis **Z** || 593 tortus *ex* ortus *corr.* **S** || 594 arctofylax **CS** | hinc — astro *Grotius*: his (*ex* is **C** *m. 1*) — astris **Z**; *an* his l. disiacet astris? || 595 scorpius **E** || 597 egocheri **E** aegocheris **CS** || 598 Sideraea **C** | tum **E**: tuum **CS** (*in hoc alt.* u *del.*) | saciatus **CE** || 601 humeris **Z** || 602 celatus **Z** || 603 heridanus **Z** || 605 hoc *Grotius*: *om.* **Z** || 606 Omne **E**: Omnem **CS** | feri — ora *Grotius*: fert — hora **Z** (*in* **S** *ab antiq. manu* fert *in* feret *corr.*) || 607 ionis **C** (*corr. m. ead.*) **S** || 608 Ipse *scripsi*: Quique **Z** || *post* 608 *Grotius inserebat u.* 274 || 610 syrius **Z** || 611 rabidi **S** *m. 1*: rapidi **CES** *m. 2* | *totus hic uersus Grotio suppositicius est uisus* || 612 exosae *uel* exortae *Burmannus*

Delphinus notis iam tum deflexerit undis
Et lyra dulce sonans et flammis cincta sagitta
Et niueus cycnus properarit tangere fluctus,
Vtraque penna uolans caudam uix lucet ad ipsam,
Nigrescitque Padus, terrae qui proximus amnis.
Tum caput abscondet sonipes, tum tota latebit
Ceruix, at contra sublimior hydra feretur
Cratera tenus et surgent aplustria puppis
Argoae totusque canis; sed cum pia uirgo
Nascitur, illa ratis media plus arbore lucet.
Surgentis etiam chelas sua signa notabunt:
Exilit oceano tunc toto crine bootes,
Quem claro ueniens arcturus nuntiat ore,
Celsaque puppis habet, cauda minus ac patet hydra;
Nixa genu species dextro redit ardua crure
Partibus haud aliis ponto eluctata supremo;
Bis solet illa una caelo se ostendere nocte:
Nam si Phoebeos currus, dum longa uenit nox,
Occasu sequitur, rursus fugit oceanum ortu
Crure simul chelis fulgens. cum scorpios exit,
Haut cunctatus abit; quom Chiron surget ab undis,
Arcus siue suo caelo referetur imago,
Iam totis radiat membris miserabile sidus.

---

613 Delfinus **ES** | notis *Grotius*: motis **Z** | defluxerit *coni. Grotius* || 615 cygnus **C** | properarit *ex* properant **E** || 617 qua *coni. Orellius* || 618 abscondit **Z**, *corr. Grotius* | tum *idem*: cum **Z** || 619 ad **S** || 620 Terra tenus traxit surgentia plustria puppis **Z**, *corr. Grotius* || 621 Argoe **Z** || 622 tenus *pro* plus *coni. Grotius* || 624 Exilit *Grotius*: Exilem **Z** | tunc (*siue* tum) *scripsi*: nunc **Z** || 625 nunciat **E** || 626 ac patet *scripsi*: attamen **Z**, *ante quod Dahmsius uersum intercidisse statuit* | hydra *Grotius*: illa **Z** || 627 speties **C** | dextro *R. Dahmsius*: flexo **Z** || 628 ponto eluctata supremo *scripsi*: noctem fluctuata suprema (-mā **E**) **Z** partibus haud aliis; nocte eluctata suprema Bis *eqs. Grotius* || 629 illa *idem*: ille **Z** | nocte **E**: noctem **CS** || 630 cursus **C** | 631 Occasu *Grotius*: Occasus **Z** | rursus **Z**: rursum *Grotius* | ortus **C** || 632 chelis fulgens *Schwartzius*: chaele (chelę **E**) fulgent **Z** | scorpius **C** || 633—635 *ita habent* **Z**: Iam (*sic* **E**: Tam **S** *m. 1*

Inperfecta redit caelo tunc orta corona
Et Chiron pius ad caudam cognoscitur imam.
Pegasus abscondit toto tunc pectore pennas
Nec lucet cauda praemersus pectore cycnus.
Abdit et Andromede uultus et maxima pristis
Occasu insequitur fugientis uirginis ora,
Crista super caelo fulget. caput abditur ipse
Regalis Cepheus alias intactus ab undis.
Scorpios exoriens, quom clarus fugerit amnis,
Scorpios Oriona fugat, pauet ille sequentem.
Sis uati placata, precor, Latonia uirgo;
Non ego, non primus, ueteres cecinere poetae,
Virginis intactas quondam contingere uestes
Ausum hominem diuae sacrum temerasse pudorem.
Deuotus poenae tunc impius ille futurae
Nudabatque feris angusto stipite siluas

Tum **CS** *m. 2)* totis radiat membris miserabile sidus At cum tantus abit quantum lyra surgat (-it **C**) ab undis Argosipia (Argo siria **E**) suo caelo refertur (-retur **S** *corr.*) imago, *in quibus turbas u.* 633 *male transposito ortas esse uidit Grotius, qui et u.* 634 Haut cunctatus abit quum Chiron surget *correxit, tum* Arcusque ipsa pio caelo referetur *coniecit*; Arcus siue suo *praetuli. inter eos, qui uulgatum uersuum ordinem retinuere, Schwartzius* 634 Ac tum tantum abiet (abiit *Breysigius*), *Orellius* 635 Arcus ipsa suo *scripsere* ‖ 636 Imperfecta **E**; *malim* Intersecta | tunc orta *scripsi*: cum tota **Z** tum tota *Grotius* Minoa *Dahmsius* tum uota *Breysigius* ‖ 637 chyron prius **Z**; pius *Grotius* | imam *idem*: ima **Z** ‖ 639 cycnus **E**: cignus **CS** ‖ 640 Abdit et *Schwartzius*: Ardet et **Z** | andromedae **Z**, *corr. idem*; Abditur Andromedae *Grotius*; *qui et* sed m. p. *uel* pistrisque marina *maluit* ‖ 641 Occasum sequitur **Z**, *corr. Schwartzius*; Oceano insequitur *Grotius* | fugientis (*uel* -tia) *scripsi*: uenientis et **CS**, uentis et **E** (*mgo* uenientis), et *del. in* **S** uenientia *Schwartzius* metuentis *Orellius* ‖ 642 ipse *I. H. Vossius ad Arat. p.* 111: ipsi **Z** ‖ 643 cephoeus **Z** | alias *Vossius*: altis **Z** | intactus *ex* intactis **E** ‖ 644 Scorpion **C** (*sic*) | quum (quom *ego*) cl. fugerit *Grotius*: quam cl. fulserit **Z** ‖ 645 *post* 650 *ponit* **E**, *sed signis adpositis correxit* | Scorpios **S**: Scorpius **CE** ‖ 646 Sis *Grotius*: Si **Z** ‖ 647 *malim* Non cano ego primus; *Burmannus coni.* Non ego sum primus ‖ 651 ambusto *coni. Orellius*

Pacatamque Chion dono dabat Oenopioni.
Haud patiens sed enim Phoebi germana repente
Numinis ultorem media tellure reuulsa
Scorpion ingenti maiorem contulit hostem.
Parcite, mortales: numquam leuis ira deorum.
Horret uulnus adhuc et spicula tincta ueneno
Flebilis Orion et, quamquam parte retecta
Teli pone fugit, tamen altis mergitur undis,
Scorpios ardenti cum pectore contigit ortus.
Nil super Andromedae, nil pristis luce fruetur.
In caput atque umeros rapit orbis Cassiepiam,
Decliuemque trahunt aeterni pondera mundi
Corruptaque cadit forma, certauerat olim
Qua senis aequorei natis, cum litore Canchli
Doridos et Panopes spectaret stulta choreas.
Illa abit oceano, totius serta coronae
In caelum redeunt, totum se liberat hydrus.
Cruribus expectat Chiron obscurior arcum,
Corpore iam toto, iam toto uertice clarus.
Tum fera, quam dextra portat Centaurus, in auras
Exilit et claris aperitur flexibus anguis;
Innixusque genu laeua minus aequora linquit.

---

652 chyon **C** | oenorioni (*mgo* ł oenopio) **E** oenopioni *ex* eupioni *corr.* **S** || 653 Haud *Grotius*: Ad **CS** At **E** | sed enim (*sic*) **E**: etenim **CS** || 658 quanquam **C** | retecta *Grotius*: relicta **Z** || 659 Teli *Grotius*: Caeli **E** Coeli **CS** | pone *Orellius*: poene **Z** paene *Grotius* | fugit; fu *corr. m. 2* **S** || 660 Scorpion **CS** Scorpius **E** || 661 Nil — nil *ex* Nihil — nihil *corr. m. 2* **S**; **E** *mgo* ł nihil | pristis *in* pistris *corr.* **C** || 662 In caput *ex* Insuper *m. 1 corr.* **C** | humeros **Z** | Cassiepia **Z**, *corr. Grotius* || 663 Declinemque **Z**, *corr. Grotius* | aeterno pondere **Z**, *corr. idem* || 664 cadunt **Z**, *corr. Grotius* | certauerit **Z**, *corr. idem* || 665 senis *Grotius*: sinus **Z** | Canchli *Grotius*: cancri **Z** || 666 spectasset **Z**, *correxi* || 667 totius s. coronae *Grotius*: totiensque s. corona **Z** || 669 exspectat **E** expectant **C** | chyron **CE** | arcum *Grotius*: arcu **Z** || 670 Corpore iam toto uastus et uertice c. **Z**; *interpolationem remoui duplicando* iam toto; *Grotius* iam uasto, iam toto, *Schwartzius* iam toto uasto sub *coniecere* || 673 linquit *Grotius*:

At cum prima subit facies remeabilis arcus,
Iam sicca oceano Chiron pernicia crura
Expellit, celsis ophiuchus fulget in astris.
Nil trahit obscurum serpens et trunca recepta
Desinit esse manu uel sic deformis imago.
Iam lyra cum superis et cycni dextera penna,
Radit tellurem rediens cum sidere Cepheus.
Tum canis abscondit totius corporis ignis
Et latet Orion et semper tutus in undis
Est lepus Argoaeque ratis, qua flexile signum
In puppim formatur, adhuc aplustria lucent.
Mergitur et Perseus et caprae nobile lumen.
Aurigam totum abscondit ueniens capricornus
Atque omnem ornatum uenerandae numine puppis.
Tum procyon obscurus abit; redit armiger uncis
Vnguibus, ante omnis gratus tibi, Iuppiter, ales.
Omnibus et stellis cycnus redit et leue telum
Et paruus delphinus et apta altaria sacris.
[Eminus exurgit Minoia nota corona]
Hydrochoos caelum scandens simul euocat ore
Et ceruice tenus fidentem Pegason alis.
Auersum Chirona trahit nox atra sub undas,
Oceanus caudam tinguit, nondum capit ora,

---

lincunt **CS** linquunt **E** (**C** *corr. m. 1*); *quod Schwartzius scribendo* Innixumque genu laeuo maris *retinuit* ‖ 674 arcus *Grotius*: arcu el **Z** ‖ 675 sic *ex* sicca *corr.* **S** | chyron **Z** ‖ 676 Expulit **E**: Expulit **CS** (*in* **C** *m. coaeua in* Expulerit *corr.*) Expulit et *Grotius* | ophiucus **ES** ophyucus **C** ‖ 677 Nil (l *in ras.*) **C**, *ex* Nihil *corr.* **S** | et *Breysigius*: sed **Z** ‖ 678 manum **Z**, *corr. Grotius* | uel sic *scripsi*: mediis **Z** rediens *Grotius* Nisi *Schwartzius* membris *Breysigius* ‖ 679 cygni **C** ‖ 680 cephoeus **CS** cophoeus **E** ‖ 682 atque imperfectus in undis *coni. Grotius* ‖ 684 athuc **Z** | plustria **C** ‖ 687 omnem **E**: omne **CS** ‖ 690 cygnus **C** ‖ 691 delphynus **E** ‖ 692 *subditicium intellexit Grotius* | exsurgit **E** | *in* minoia *ultimae litterae dispici nequeunt in* **C** ‖ 693 Hydrocoos **Z** ‖ 695 chyrona **CE** chirona, y *supra* i *posita* **S**

Non uastos umeros, non pectora tristia setis.
Hydram plus mediam condit, pars tertia lucet.
Hanc pisces abdunt orti totumque biformem.
Cum geminos pisces aquilonis prouocat aura,
Ille etiam surgit, qui tristes respicit austros;
Piscibus ille simul surgit, sed liberat ortus,
Cum pernix aries in caelum cornua tollit.
Pisces educunt Cepheida; laetior illa
Nereidas pontumque fugit caeloque refertur.
Ortus lanigeri properabunt condere sacrum
Turibulum; patrio fulgebit in aethere Perseus.
Persea cum pinnae reddunt, iam Plias ab undis
Effugit et dextro taurus cognoscitur armo.
Fixus ut in curru trahitur sine curribus ullis
Myrtilus. haut totum cernes, haut integer ipse
In caelum redit, at pars dextera mergitur undis;
Vertice lucebit, teneros manus efferet haedos.
Laeua Iouis nutrix umero radiabit in ipso,
Proxima telluri nascetur planta sinistra.
Cetera cum geminis perfecto sidere surgent.
Tauro pistricis pariter cristaeque refulgent

---

697 humeros **Z** | non p. t. setis *Grotius*: tum p. t. sertis **Z** || 699 orti totumque *Grotius*: tortitumque **E** ortitumque **C S** | biformem **E**: biformes **C S** (*secundum Orellium etiam* **E**) || 702 sed *Grotius*: et **Z** (**E** *?*) || 703 *et* 704 *in marg. inf. m. ead. add.* **C** || 704 cephoeida **Z** || 705 Nereidos pontoque fugam **Z**, *corr. Grotius* || 708 reddunt *Grotius* (*qui et* pennae): redeunt **Z** || 709 taurus cogn. *Dahmsius*: tauri et cogn. **Z**; et *del. Grotius* || 710 ut **E** (*sic*): et **C S**; (Nixus) et incuruus *Schwartzius* et in cornu *Dahmsius* | ullis **C E**: ullis *ex* illis *corr.* **S** || 711 Myrtilus **C S**: Myrtulis *in* Myrtilus *corr.* **E** | haut *Grotius*: aut **Z** | cernes *in* cernens *corr.* **E**: cernens **C S** | haut *scripsi*: cum **Z** non *Grotius* | integer ipse *Grotius*: interit ipsum **Z** || 712 redit at *Grotius*: redit **C E** redit **S** rediet *Haiuptius* | dextera **C**: dextra **E S** tertia *Schwartzius* || 713 efferet *Grotius*: effugit **Z** || 714 humero **E S**: humeros **C** | radiauit **Z**, *corr. Grotius* || 716 Caetera **E** | surget **Z**, *corr. Grotius* || 717 pistrices **Z**, *corr. idem*

Caudaque; uicinum terris iam cerne booten.
Et cum se genibus demisit pars ophiuchi,
Signum erit, oceano geminos remeare relicto.
Totaque iam pristis lucebunt squamea terga;
Eridani et primos deprendat nauita fontes,
Caelum conspiciens, dum claro se mouet ortu
Orion; habet ille notas, quae tempora noctis
Significent, uentosue truces fidamue quietem.

PROGNOSTICORVM FRAGMENTA.

I. *uide Phaenom. uu.* 531—569.

II.

Vna uia est solis bis senis lucida signis.
Hac rapitur Phoebe, per idem Cythereius ignis
Fertur iter, per idem cristatus uertice Mauors
Mercuriusque celer, regno caeloque uerendus
Iuppiter et tristi Saturnus lumine tardus.
Omnibus his gemini motus, quorum alter ab ipsis
Nascitur et proprios ostendit sidere nisus —

718 cerne *ex* cernes **E** cerne≡ **C** cernet **S** ‖ 719 dimisit **Z**, *corr. Grotius* | ophiuci **CS** ophyuci **E** ‖ 721 piscis **Z**; pistris *Grotius ex suo scribendi more* | sqamea **S** | terra **C** terra, g *supra* r *alt. posita* **S** ‖ 722 Heridani **CS** Herydani **E** | primo deprehendat **Z**, *corr. Grotius*; deprendet *Schwartzius* ‖ 723 mouit **C** ‖ 724 noctis *Grotius*: noctes **Z** ‖ 725 Significet *et* fidamque **Z**; *utrumque corr. Grotius* ‖ *sine interstitio sequitur fragmentum III Prognosticorum in* **Z**.

II. *hoc fragmentum in* **Z** *extat post fragm.* III ‖ 1 *uerba* Una uia est solis *ex Phaenom. u.* 531 *interpolata esse agnouit Orellius* | bisenis **E** ‖ 2 Hac *Grotius*: Ac **Z** | Phoebee **Z**, *corr. Grotius* ‖ 3 uertie **E** ‖ 5 Iupiter **E** | tristiter saturnus **E**

Tunc mundum subeunt lento pede — concitus alter
Inuitos rapit et caeli circumrotat orbem.
Annua sol medius designat tempora, Phoebe
Menstrua; namque anno solem remeare uidebis,
Mouerit unde suos currus per signa uolantis.
Hoc peragit spatium breuiore citatior orbe
Mensem expleturis Phoebe contenta diebus.
Annuus est Veneri cursus neque tardior illa
Mercurius, binos Gradiuus perficit orbis.

III.

Grandine permixtas aries niuibusque caducis
Spargit uicinas supra iuga tristia nubis.
Taurus portat aquas et uentos excitat acres.
Fulmina tunc crebro iaculatur Iuppiter et tunc
Intonat emissis uiolentior ignibus aether.

8 concitus *om.* **E** ‖ 9 circumnotat **Z**, *corr. Grotius* ‖ 10 tempora **ES** *m. 2*: tempore **CS** *m. 1* | phoebee **S** phoebeę **CE**, *corr. Grotius* ‖ 11 namqua anno **E** nā quaanno **C** nam quanno **S**, *corr. Grotius* ‖ 13 spatio (-cio **E**) breuior **Z**, *corr. Grotius* ‖ 14 contempta **CS** contemta **E**, *corr. Grotius* ‖ 15 annuus **ES** *m. 2*: annus **CS** *m. 1* ‖ *subiungit* **Z** *uersus Auieni Prognost.* 415—436. 443. 444. 447. 544. 551. 552, *tum in clausula* Vale fidens in dn̄o XP̄I (*om.* **S**) uestitus amore *desinunt* **CS**, *cum* **E** *post Auieni Progn.* 552 *haec subiungat:*

er duodena pater superum dum signa feruntur
Bissenos phoebus iam tunc compleferat annos
Cursus inequatis cuncti nunc igne citato
Festinare putes nunc pigro sidere sumpto. —

in quibus uerbis finit **E**. *potest hoc fragmentum antea incognitum* (*in cuius u.* 1 *scribas*: Per — feretur, *u.* 2 compleuerit, *u.* 3 inaequalis cunctis, *u.* 4 pigro se dare sompno) *pertinere ad Germanicum.*

III. *hoc fragmentum in* **Z** *extat post Phaenom.* 725 ‖ 1 permixtus **Z**, *corr. Grotius* ‖ 2 Spargunt uicina tristis supra iuga piscis **Z** (pisces **E**), *corr. Grotius* ‖ 3 acres *Grotius*: aries **Z** ‖ 4 tunc *prius Grotius*: tum **Z** ‖ 5 emissus *in* emissis *corr.* **E**: emissus **CS**

At geminis leuiter perstridunt caerula uenti,
Rarus et in terras caelo demittitur humor.
Omnia mitescunt tranquillo sidere cancri.
Siccus erit leo, praecipue cum pectora feruent.
Virgo refert pluuias et permouet aera uentis.
Lenius est libraе signum; uix rorat in illo.
Scorpios assidue caelo minitabitur ignis:
Lentior in pluuias magis inuenit arua quieta
Atque trucis uenti densa niue saepe rigebunt.
Rara sagittifero descendunt flumina terris;
Aegoceros aliis parcit, sed frigora durat
Instabilique gelu fallit uestigia passus.
Qui fundit latices caelo quoque permouet imbres.
Omnia miscentur cum piscibus; aspera uentis
Aequora turbatos uoluunt ad sidera fluctus;
Imbribus incumbit caelum solemque recondit;
Grandine pulsatur tellus, niue moenia durant.
Haec ut quisque deus possedit numine signa,
Adiungunt proprias uires. torpere uidentur
Omnia Saturno; raros ille exprimit ignes
Et siccas hiemes adstrictis perficit undis.
Grandine durantur pluuiae, niue grando putrescit
Et rigor accedit uentis. mitissimus ille

---

6 At **E**: Ad **CS** ‖ 7 demittitur **Z**: dimittitur *Grotius* ‖ 8 sidere *ex* sedere **E** ‖ 9 cum *Grotius*: cui **Z** (**E** *?*) | seruent **E** ‖ 10 area **E** ‖ 11 est] ast *Burmannus* (*potius* at) | singum **E** | rorat **S** *corr. m. 2*: rore **Z** ‖ 12 ingnis **E** ‖ 13 *et* 14 *om.* **C** ‖ 13 Lencior **E** | quieta **S**: ctur **E** in pluuias ueniet; magis arua quieta *coni. Grotius* ‖ 14 uenti *idem*: uentos **ES** ‖ 15 Rara sagittiferi **ES** *m. 2* Sagittiferique rara **ES** *m. 1*, *tum* descendit pluuia **Z**; *quae corr. Grotius* ‖ 16 Egocheros **Z** | alia (alias **E**) spargit et frigora **Z**, *corr. Grotius* ‖ 17 fallit **S** *m. 2*: falli **Z** ‖ 18 lacies **E** ‖ 19 pisibus **E** ‖ 21 celum **E**: in caelum **CS** (*in hoc* in *m. 2 del.*) ‖ 23 singna **E** ‖ 24 torpere **S** *m. 2*: torpore **Z** ‖ 27 grando] gran **E** ‖ 28 rigor *ex* rogor **C** | accendit **E** ‖ *sequitur in* **Z** *fragmentum* II.

IIII.

Iuppiter est illo laetus magis. hic ubi solis
Vitauit flammas proprio bene lucidus ore,
Commissas terris fruges spectabis in herbis
Pomaque purpureo primum nascentia flore;
Nec pecus in fetu fallet, noua turba repente
Mugiet e stabulis, arto balabit ouili.
Idem ne tellus nimium siccata tepore
Destituat sata, cum tetigit fera cornua tauri,
Dat pluuias sorbetque datas, cum Pliada fugit
Atque adiit geminos. cancro placidissimus idem
Dat modicas uires, rabidos et temperat aestus.
Et leo terribilis sub te, pater, ipse repellit
Instantis morbos et Ditis limina cludit.
Incipit agricolis in uirgine soluere uota:
Iam tum maturae segetes et spicea pendet

IIII. *Habent hoc fragmentum post Phaenomenon u.* 582 *sine ullo interstitio* **A B P** *et Matritensis* (**M**), *Strozzianus et Freibergensis, quorum ut nimis deprauatorum interpolatorumque lectiones* (ς) *raro adnotaui*: *u.* 1—51 *primus ex* **M** *anno* 1769 *Ioannes Iriarte in catalogo codd. graec. bibl. reg. Matritensis* I *p.* 205 *sqq., deinde ex* **P** *a.* 1773 *P. Burmannus Sec. in Anthologiae latinae uol.* II *p.* 338 *sqq. ediderunt* ‖ 1 ex illo **M** | laetus *Iriarte*: laeto **O** | ubiq. **B** | solis **P**: solus **ABM** ‖ 2 proprio **P**: proprior **ABM** ‖ 3 *et* 4 *omittunt* **BP** ‖ 3 terrae *uel* terris *scripsi*: cereri **A** caereri **M** | erbis **M** ‖ 5 faetu **M** | fallit *uel* fallet *Iriarte*: falet **B** falit **M** fallit **AP** ‖ 6 Mugiet estabulis **P**: Mugiet stabilis **BM** Mugiet stabulis **A** in stabulis ς | arto *Orellius*: alto **O** | balabit *Iriarte*: balauit **P** ualebit **ABM** | obili **B** ‖ 7 nimio *Orellius* | tepore *Iriarte*: repente **O**, *e u.* 5 ‖ 8 Destituat (*corr. ex* Distituat) ς: Destituit **A** Distituat **MP** Distuat **B** | tari **B** ‖ 9 datas **P**: data **ABM** | Pliada *Orellius*: pliade **O** (plyade **A**) pliade fulsit *Iriarte* ‖ 10 adiit *Iriarte*: adit **AP** adid **BM** ‖ 11 rapidos **O**, *corr. Orellius* | aestus **AP**: aestu **BM** ‖ 12 teribilis supter pater **B** ‖ 13 Instantis **BM**: Instantes **AP** | lumina **P** ‖ 14 soluere **A**: sorbere **BMP** ‖ 15 Iam tum matur(a)e **AMP**: Iammature (*tertia* m *ex corr.*) **B** ‖ 15 spicea **AM**: spicaea **B** spice **P** | pendet *Iriarte*: pendent **O** (pedent **B**)

Ante larem triuium perfecta messe corona.
Libra tumescentis musto bene percoquit uuas.
Scorpion ingrediens tua, Liber, munera condit
Iamque sagittiferum scandens sua lumina reddit
Numquam laetae hiemi. modice tamen in capricorno.
Hydrochoon piscesque agitat saeuissimus idem,
Si statuit currus quocumque in sidere fessos.
Lanigero tonat et Poeni per terga leonis
Omniaque hibernis permiscet mensibus astra.
At cum Phoebeos Mauors effugerit ignes,
Siue aries geminique deum siue acre leonis
Sidus et aequato libratae pondere chelae
Aut arcu pollens aut imbris fusor habebit,
Spissatis caecus nebulis hebetabitur aer
Nullaque praecipites agitabunt aequora uenti.
His idem lentos signis cum supprimet ignis
Belliger et nigra cursus statione tenebit,

---

16 triuium *scripsi*: primum **O** patrium *Orellius* priuum *Hauptius* | perfecta messe **AP**: perfectam esse **BM** persecta *Heinsius* | coronam **O**, *corr. Iriarte* || 17 tumescentes **AP** | perquoquit **BP** || 18 Scorpion **AP**: Scorpioni **BM** | liber **AM**: libra **BP** | condit, *ita* **O** || 19 candens **A** | lumina *scripsi*: munera **O** *e uersu praecedenti*; sidera *Iriarte* | reddit **P**: redit **ABM** || 20 Numquam **AP**: Num qua **BM** | lete **A** laete **BM** letę **P** | capricorno **P** || 21 Hydrocoon **BPM** | agittat **P** || 22 fessos **P**: fessus **ABM** || 23 peni **A** | *an* post terga*?* || 24 Omnia quae **M** | hibernis *Iriarte*: hiberni **O** (hyberni **M**) || 25 At cum **A**: Ad cum **BM** Atq. **P** | phoebeus **P** || 26 germiniq. **B** | deum] domum *Ianus Heluetius, Burmanni amicus* | acre **AM**: acri **BP** || 27 Sydus **MP** | aequato libratae *scripsi*: (a)equate librato **O** | caelae **B** chęle **P** | *uersum* 27 *bis habent* **BP**, *sed ut in fine alterius scripturae* leonis **B**, chęle **P** *exhibeant* || 28 ymbris **M** himbris **P** | fusor **A**: furor **BMP** || 29 Spissatis *Orellius*: Siccatis **AP** Siocatis **BM** | nebulithebet habitur **B** hebethabitur **P** || 30 praecipite sagittabunt **AB**, *recte* **MP** || 31 lentos signis **AM**: lento. signis **B** lentos ignis **P** lentos pisces *Heluetius* | supprimet *Iriarte*: supprimit **AP** suprimit **BM** || 32 Belliger et **AM**: Velliger. et **P** Velligeret **B** | stantione **B** | tenebăt (i *m. 2*) **B**: tenebat **O**

Tum crebro magnus tonitru pulsabitur aether,
Tum resoluta dabit nimbos cum grandine nubes,
Set magis, hibernae tetigit cum sidera partis,
Effundet totas uiolento numine uires.
At modicos imbres, proni cum cornua tauri
Frugiferamque deam uel brumalem capricornum
Attigerit, liquido non saeuus ab aethere fundet.
Insertus cancro, terras cum letifer ortu
Sirius adflauit, nocituros temperat aestus.
Scorpios at primae qua tollit acumina caudae
Frigidaque extremi iam claudunt sidera pisces,
Martia non illos turbabit stella neque imbre
Aut ulla condet nitidos caligine soles.
Set si forte diem uictus mutauerit aer

---

33 Tunc **P** | tonetru **B** | aethae **B** ‖ 34 resoluto **A** | nimbos **P**: nimbus **ABM** | nubes **AP**: nubis **BM** ‖ 35 Set **A**: Sed *ceteri* | tetigit (*siue* attigerit) *scripsi*: steterit **O** steterit quom sidere *Iriarte* sciderit, cum sidera *Orellius. Heluetius totum locum ita constituit*: Effundet totas uiolentior agmine uires. Sed magis hibernae steterint cum sidera partis, Frugiferamque deam uel brumalem Capricornum, At modicos imbres proni cum murmure Tauri Aliger, et liquido non saeuus ab aethere findet, Insertus Cancro, terras cum letifer ortu Sirius adflauit nocituro, temperat aestus | sidera **AB**: sydera **MP** (*sed in hoc* a *ex* e *corr.*) ‖ 36 uiolento **A**: uiolentos **BM** uiolentior **P** | turbine *uel* murmure *Heinsius* ‖ 37 At **A**: Ad *ceteri* | ymbres **M** himbres **P** | proni cum **A**: prouicum **BP** probi cum **M** ‖ 39 Attigerit **A**: Adigerit **M** Adigeret **B** Aliger et **P** | hab **P** ‖ 40 Insertus *Iriarte*: Incertus **O** | laetifer **BM** ‖ 41 Sirius **A**: Strius **BP** Syrius **M** | aflauit **B** afflauit **AM**; *num* adflabit? | nociturus **A** | aestas **P** ‖ 42 Scorpius **A** | at primae *Iriarte*: adprime **ABP** adprimae **M** | tollit acumina *Iriarte*: colitae cumina **B** colit aecumina **P** colit ecumina **M** claudit acumina **A** | caudae **A**: cauda **BPM** ‖ 43 sydera **MP** ‖ 44 Martia **A**: Maritia **BP** Marcia **M** | ullos **A** | turbabit **A** (*sed* b *alt. ex* u *corr.*) **M**: turbauit **BP** | stella **A**: itella **BM** itela **P** | imbre *Iriarte*: imbres **O** (ymbres **M**) ‖ 45 Aut **A**: Aud **B** Haud **M** Haut **P** | calige **A** ‖ 46 Set si **A**: Sed si **M** Sed s̈i **B** Seddi **P** | diem uarius *uel* die uultum *Orellius*

Et uentos aut fundet aquas, gelidissimus undae
Hinc rigor et toto boreas dominabitur orbe.
At faciles glebas astringit frigore uerno
Alma Venus, pecudis claro cum uellere fulsit
Sub lucem exoriens eademque, ubi tempore eodem
Aetherium uenit taurum super, imbribus atris
Et tonitru crebraque abscondit grandine terras.
Temperat in geminis annum; nec crede sereno
Nubila nec diuturna puta, cum sidere cancri
Fulserit ardentis; *nil* hoc in fulgore certum.
Flagrantis placide lucens uis temperat *auras*,
Cum posuit sedem Nemeaei finibus astri.
Virgine uel libra semper pendentia tantum
Nubila continua magis in statione manebunt.
Tum quoque nulla fides caelo, cum scorpion acrem
Stat super: incerta namque omnia lege feruntur.
Heu quantis terras tum Iuppiter imbribus omnis
Obruet! aut glomerata cadet quam densa per aethram
Inmitis grando! caelum quam saepe sonabit!

---

47 aqua **O**, *corr. Iriarte* | unde **ABP** || 48 Hinc rigor *scripsi*: Rimrigor *aut* Rim rigor **O** Tum r. *Iriarte* Fit r. *Burmannus* || 49 At **A**: Ad *ceteri* | flaciles **P** | glebas astringit **A**: glebae bastastringit **B** glebebastastringit **P** glebae lusta stringit **M** || 50 uellure **B** | fulsis **BP** || 52 taurum **A**: taurus **M** austrus **B** austros **P** | ybribus **A** | atris *Grotius*: astros **O** || 54 credeo **BP** || 55 puta **O**: putes *uulgo* || 56 Fulserit **AM**: Funserit **BP** | nil hoc in fulgore *scripsi*: hoc in litore **BMP** hoc in — litore *ita* **A** tantum hoc in littore ς tantum hoc nil sidere *Grotius* | certum **AM**: certam **BP** || 57 placide **M**ς: placidi **ABP** | lucens uis] lucens hic **O** lucis uis *Grotius* lucens haec *Breysigius* | auras *addidi*: *om.* **O** annum *uel* estus (= aestus) ς *ex interpolatione* || 58 Nemeaei *Grotius*: nemeis (ne meis) **O** | astri *ita* **M**: astris **ABP** || 59 Virgine uel **A**: Virgineq. (-que) **BMP** Virgineque et *uulgo* | libra **AM**: librat **BP** || 61 Tum *scripsi*: Nunc **O** Tunc *Grotius* | caelo *idem*: caelum **O** | acrem *idem*: acer **O** || 63 tum **AP**: cum **BM** | imbribus *Grotius*: ignibus **O** || 64 heu glomerata *Grotius* | quāndensa **P** | aethram *Grotius*: astra **AM** astras **BP** (*sed* **B** astras *ita ut utraque* s *ex correctura uideatur orta*) || 65 Inmitis **A**: Iammitis **BP** Immitis **M** | sonauit **B**

Cum spatium attigerit tendentis spicula signi,
Non terris imbres, ponto non flamina derunt.
Et caeli terret sonitus mortalia corda,
Cum sedem aegoceri Cythereius attigit ignis.
Vmidus at gelidos portendit aquarius imbris,
Hibernaeque cadunt pluuiae concretaque grando.
Piscibus a geminis ubi prima recurret in astra
Hesperos, en tibi signa dabit cum Lucifero orto
Ingrediens Venus alma polum; sed ubi Hesperos ignes
Prouocat aetherios et noctem inducere terris
Incipit exoriens, et se Cytherea mouebit.
Vere caueto imbres et fulgora: culmine ut alto
Phrixeae rutilo pecudis radiauerit astro,
Nubila commixtusque fragor pluuialibus undis
Flaminaque adsiduo terris instantia pulsu

---

66 attiṅgerit **B** | spicula signi *Grotius*: singula signis **O** ‖ 67 flamin aderunt (d *m. 2 add.*) **B** flāmina derunt **P** deerunt **AM** ‖ 69 egoceri **BP** egokeri **AM** | cytherius **A** cytheus **BP** (**M***?*) | attingit, n *deleta*, **B** | ignis *ex* ipsis *corr.* **P** ‖ 70 Umidos **P** Humidus **M** Humilis **A** | at **A**: ad *ceteri* | gelidos **AM**: caelidos **BP** | imbres *Grotius*: ignis **O** ‖ 71 Hybernae quae *et* concratq. granda **B** ‖ *post* 71 *lacunam statuit Grotius* ‖ 72 ubi *scripsi*: sub **O** ut *Breysigius.* suprema *Iriarte* | recurrat **P** ‖ 73 en tibi *uel* ecce ibi *scripsi*: haec tibi **O** | signa dabit cum **P** *Iriarte*: signa labetū cum **AM** (*hic* labe Tum cum) signalabitum cum **B** signa feret cum *uulgo* | Lucifero orto *scripsi*: lucifer **O**, *deinde* orta **A** cur ora **BM** aurora **P**, *quod interpretamentum uocis* lucifer *habet Iriarte.* luce priore *uel* lucifer ora *Grotius* lucifero ore *Schwartzius* lucifer audit *Orellius* ‖ 74 Ingrediens **O**: Ingreditur *uulgo* | esperos **A** | ignes, *ita* **O** ‖ 75 noctem inducere *Orellius:* noctem ducere **O** ‖ 76 Incipit, exoriens *uulgo interpungunt* | et (*siue* hac) se *scripsi*: ecce **AM** hęc te **P** haec cae **B** ecce haec *uulgo; an* aeque*?* | monebit **P** ‖ 77 Verem̐ **P** | caueto *uulgo*: cauere **O** cadent *Orellius* | fulgora **P**: fulgera *ceteri* fulmina *uulgo* | culmine ut alto *scripsi*: comamenalto **B** comam en alto **M** comam: enalto **P** conamenalto **A** culmine ab (in *Iriarte*) alto *uulgo* ‖ 78 Phrixee **M**: Phryxea **ABP** (*in* **B** e *m. 2 suprascr.*) | rutulo **AM** | Phrixeum r. pecus ut radiauerit *Grotius* ‖ 79 cum mixtusq. tragor pluuiabilibus **B** ‖ 80 Flamina-

Et dirae caelo deiecti grandinis ictus.
Vere magis nitido tauri cum sidere fulsit,
Aut posita in geminis, eadem inconstantia perstat:
Cum dederit soles, inducet nubila caelo;
Nubila cum fuerint, subitos mirabere soles;
Et modo de uento, gelido modo protinus imbre
Lucet et alterna uariabit nube serena.
Sin Venus ingressa est spatiosi sidera cancri,
Pacem mundus habet; non ulli corpora soles
Pestiferi incendunt, non sidera densa solutos
Astringunt artus alieno tempore; lenis
Omnia pacato tum sidere temperat aer.
Ac rabidis eadem ne solibus aestuet orbis
Efficiet, magni signo conspecta leonis.
Virgine erunt pluuiae plenique in nube fragores,
Concaua quos reddunt incluso nubila uento.
Detrahet autumno pluuias eademque replebit
Nubibus adsiduis caelum sub frigore primo,

---

que *uulgo*: Flaminatq. **O** (*sed* Flamen atq. **A**) | adsiduo **B**: adduo **P** assiduo **AM** | instantia *Grotius*: tum stantia **O** || 81 Et *om.* **O**, *addidit* ς, *Grotius* | delecti **A** || 82 Ver magis infidum *Grotius* || 83 Aut posita in *scripsi*: Adponi **BP** (*hic* Adponę) Apponi **AM** Apportat *Grotius* Apparent *Orellius* | constantia **O**, *corr. Grotius* | perstat **AM**: peristat **B** prestat **P** praesto est *Grotius* || 84 nubila *uulgo*: nebulo **B** nebula **AP** (**M**?) | subitos **AM**: subito **BP** || 86 de *Schwartzius*: te **O**; *an* tc̄ (= tunc)? cum *Grotius* | modo *alterum om.* **BP** || 87 Lucet et **O**: Lucens *Grotius* | alterna uariabit *Iriarte*: alternabit **M** alter nauit **B** alternauit **P** altern≡≡≡≡ **A** alterna superabit ς *uulgo* || 88 Sin Venus *Schwartzius*: Sin leuis **O** Si Venus *Grotius* || 89 non ulli **M**: non nulli **ABP** || 90 densi **B** || 92 Oomnia pęccatorum sydera **P**; sidera *etiam* **B** || 93 Ac *uulgo*: Ad **O** | rapidis **O**, *corr. Grotius* | eadem **O**: idem *uulgo* | aestuet **A** *corr.*, **M**: aestuat **BP** *et* **A** *m. 1* || 94 magni cum spectat signa *Grotius* || 95 plenique *idem*: plerique **O** pluresque *Iriarte* | flagores **B** || 96 inclusa **A** || 97 Detrahit **O**, *corr. Orellius*; Attrahit *Grotius* | autumpno **A** | replebit **AM**: repleuit **BP** || 98 caelum ob (ad **P**) frigore prima (primo **M**) **O**, *quod correxi.* Chele; neque frigora (*ita uulgo*) prima *Grotius* caelum, ne frigora prima *Schwartzius*

Extremum autumni superans glaciante rigore.
Scorpios at raris, ne quid caua terra grauetur,
Horrebit pluuiis. at diris incita nimbis
Continuisque ruet, cum per sinuosa feretur
Cornua Centauri rapida distenta sagitta.
Aegoceros imbres et crebro fulmine ruptis
Nubibus elidet sonitus tremuloque nitore
Flagrantis teli mortalia lumina uincet.
Haec eadem fundens praedicet aquarius imbrem.
Extremi saeuis maria increbescere uentis
Ostendent pisces, Veneris quom stella notarit.
Est quoniam Cytherea ratis iam cognita signis,
Accipe quid moueat mundo Cyllenius ignis,
Si modo Phoebei flammas effugerit axis,
Matutina ferens solitos per sidera cursus.
Cum pecudis uillis aurati fulserit astro,

---

99 autumpni **A** | superans *scripsi*: superent **O** superet *Grotius* | glaciante rigore *scripsi*: glaciaterrore **O** (*sed* glatia **P**, terroŕóre **B**) glacialia terrae *uulgo* glacialia librae *Grotius* superent glacialia, libra *Schwartzius* || 100 Scorpius **A** | at **AM**: ad **BP** | quid *Grotius*: quis **O** | caui **P** || 101 pluuis **B** | at *Grotius*: ad **O** | diris, *ita* **O** | incita *scripsi*: omnia **O** | nimbos **O**, *corr. Grotius* || 102 ruet (ruit **M**) **O**: ruent *Schwartzius* | sinuosa **AM**: sinua **BP** | feretur *Grotius*: tenetur **O** || 103 rapide *Orellius* | distenta *Grotius*: distincta **O** || 104 Aegogeros **BP** Egokeros **AM** | fulmine ruptis **O**: lumine ruptos *uulgo* || 105 elidet **M** (*?*): eludet **A** et ludet **BP** (*ex* ecleidet *?*) || 106 lumina uincet *Iriarte*: numina uincent **O**, *quo seruato* mortales *Grotius* || 107 praedicet **AM**: praedicit **BP** || 108 Extremis aeuis **M** Extremis eius **A** Extremi saeui **B** Extremis aeui **P**, *corr. Grotius* | increbescere **AP**: increbrescere **BM** || 109 Veneris quom *scripsi*: uenerisq; **BP** ueneris q̄ **A** (**M** *?*) Veneris quos *uulgo* | notarit *uulgo*: notarint **O** (**M** *?*) || 110 Est **O**: Et *Orellius* | Cytherea *scripsi*: certis **O** *ex glossa uocis* ratis | ratis iam *scripsi*: ratiuiam *uel* rati uiam **O** (uia **A**); certis extat uia *uulgo* certis recte uia *Iriarte* certis satis est uia *Orellius* || 111 mundo **A**: mundu **B** mundum **P** mundus **M** | cillenius signis **P** || 112 phoeb& **B** phoeb&uas **P** | effugerit (efug. **B**) **O**: euaserit *uulgo* || 113 solitus **O**, *corr.* ς || 114 pecudis *Grotius*: pecū **AM** pricum **BP** pecoris *Iriarte* | uillis **AM**: ullis **B** mullis **P**; *malim* uillos | auratum f. astrum *uulgo*

Ventorumque graues et dirae grandinis irae
Non intermisso patiendae tempore surgent.
Quin alias pluuias alia in regione notabis
Adfore; non unus namque est tunc imber in aruis.
Ast ubi se tauri sinuatis cornibus effert,
Grandine significat. geminis tranquilla serenti
Et placidum nautis spondet caelumque fretumque,
Nubilaque atque imbres, aestus ac frigora miscet
. . . . . .
Certus *at* ardor erit, quamuis iuuet aura fauoni,
Cum uasti calida radiabit sede leonis.
Templa sed Astraei simul ac possederit ignis,
Omnia mixta feret, pluuias tantum modo libra;
Scorpios et pluuias meditabitur; undique uenti,
Vndique grando uenit, rumpuntur culmina nimbis.
Centauri attigerit cum iam Cyllenius arcum,
Idem ubi consurget capricorni sede biformis,

---

115 dira **AB** ‖ 116 patiendae **O**: patienti *uulgo, unde* quatiendi *Grotius*, pariendi *Schwartzius* ‖ 117 alias pluuias etiam in reg. **O**; pluuias alias alia in reg. *Schwartzius, quem ex parte secutus sum* ‖ 118 Affore **AM** | non unus *scripsi*: non omni **O** (omnia **A**) non minimus *Grotius* | aruis **AM**: arui **B** aruo **P** ‖ 119 se tauri sinuatis **M**: setauris inuatis **B** se taurus sinuatis **AP** | effert[a] **B** ‖ 120 signa facit *Grotius* | gemini — spondent *idem* | serenti *Schwartzius*: sereni **O** serena *Iriarte* ‖ 121 plaucidum **P** ‖ 122 a frigore **B** | miscent *Grotius* ‖ *post* 122 *uersum unum esse omissum, in quo cancri mentio sit facta, recte statuit Schwartzius* ‖ 123 at *Orellius: om.* **O** certior *uulgo* | iuuet **AM**: uiuet **BP** iubet *Grotius* | radiabit *uulgo*: rabiauit **B** radiauit **AP** (**M**?) ‖ 125 Astraei *Schwartzius*: extreis **AM** extraeis **B** extraneis **P** Astraeae *Grotius* | possiderit **BP** ‖ 126 mista **A** ‖ 127 Scorpios et **AM**: Scorpio sed **BP** ‖ 128 culmina nimbis (nymbis **A**) **AM**: culminant imbres **B** fulmina et imbres **P** fulmina (*uel* flumina) nimbis *Wakefieldus ad Lucr.* I 1013 culmine nimbi *Orellius* ‖ 129 cillenius **P** | arcum *Grotius*: arcus **O** ‖ 130 Idem ubi *scripsi*: Aut idem ubi **O** Aut ubi *uulgo*; Aut *ex u. sequenti ortum* | consurgit **O**, *corr. Grotius* | capricorni sede biformis *scripsi*: capricornis et debiformis **O** capricornus et ipse (inde

Aut subitos caelo deducet crebrius imbres
Fulminis aut iactu magnum perrumpet Olympon.
Nulla serenato capricornus nubila caelo
Comparat, at gelidos flatus caelique fragores
Non alio melius signo praedicere possis,
Piscibus haec eadem quamuis cognoscere detur.
Quandoquidem, exoritur signis quom Cylleneus,
Quid faceret primo docui cum lumine solis,
Tempus, et occasus moueat quae discere Phoebi.
Ver erit hibernis totum exsecrabile nimbis
Et crebro tonitru ninget, florentia rura
Spesque nouae segetis quatientur grandinis ictu
Vrenturque gelu, magni cum regna Tonantis
Ingrediens pecudis conscenderit aurea terga.
Hinc et Agenorei stellantia cornua tauri
Quidue ferant gemini, rabido quid sidere cancer,
Si penitus quaeres: taurum saeuire uidebis

Iriarte) biformis *uulgo* capricornus sede biformis *Breysigii textus nescio unde* ‖ 131 subitos **AM**: subito **BP** | celos **A** ‖ 132 lactu **A** iactum agnum **B** | Olympon *Orellius*: olympo **AB** olimpum **PM** ‖ 134 at *Grotius*: au **B** aut **APM** | gelidos **AM**: gelido **BP** ‖ 135 melius *uulgo*: medius **O** (**M***?*) ‖ 136 detur **O**: fas sit *uulgo* ‖ 137 exoritur ignis quoque cylleneus (cyleneus **BP**) **O** (*sed in* **B** discedere phoebi, *his duobus uocabulis expunctis*), *quod correxi.* exoritur (exortus *Grotius*) mundo Cyllenius ignis *uulgo* ‖ 138 primo docui cum *Orellius*: primo modo cui cum **O** primum docui cum *Schwartzius* Quid faciat primo mundo cum *Grotius* ‖ 139 occasu *Grotius* | moneatque (que *om.* **P**) discedere **O** (discedère **B** discere **P**); moneat quoque discere *uulgo* moneat quae discere *Grotius*; moueat *ego* ‖ 140 Ver erit *uulgo*: Verserit **O** (**M***?*) | execrabile **A** | nymbis **P** ‖ 141 tonetru **B** | ninget *Grotius*: iunget **O** ‖ 142 Spes quae **B** | quantientur **B**; quatientur *et* ictu *om.* **P** ‖ 143 Urenturque gelu, magni *scripsi*: Urenturque **O**, *tum* caelumagni **B** caelo magni **P** c(a)elum magni **AM**; *posito post* ictu *puncto* Uretur caelum *uulgo* ‖ 144 *ita* **O**: pecudis ingreditur aurea *uulgo* pecudis redit intrans aurea *Grotius* ‖ 145 arcenorei **B** ‖ 146 rapido **O**, *corr. Orellius* ‖ 147 quaeres **O** (penitusq. restaurum **B**): quaeras *uulgo*

Grandine nec contra ferri ratione probanda
Aut cancrum aut geminos; calidus uestigia seruat
Hic, quo ficta, leo saeuisque caloribus ardet.
Flatibus at gelidis miscet tranquilla serena
Spicifera dea nota manu, nec libra metenti
Dissentit diuae; sed ut haec uentura serena
Nuntiat, ab uentis cessat mare, cessat et aer.
Scorpios in pluuias rarus, sed nubibus atris
Creber agit nimbos et saeua tonitrua portat,
Clara sagittiferi tetigit cum lumina signi.
Aegocero semper caelo leuis excidit imber,
Frigidus at rapidis horrebit aquarius euris
Brumalesque dabit pluuias atque igne perenni
Cum sonitu quatiet nubes. si cura sagacem
Non frustrata animum certo me limite ducit,
Haec eadem tibi signa dabunt non inrita pisces.

---

148 nec **AM**: ntit **B** nitit **P** ‖ 149 cancro aut geminis **O**, *corr. Grotius* | calida **A** ‖ 150 Hic **AM**: Hinc **BP** | ficta *scripsi* (*coll. Lucret.* III 3 *et L. Muelleri comm. ad Lucil.* VIII 2): dicta **O** ducta *Orellius* ‖ 151 Flatibus *Grotius*: Flatus **O** (*eidem* gelidis) | at **A**: ad **BMP** | Gemini *Grotius* | miscet *bis* **P**, *sed priore deleto* | serena *Iriarte*: serenis **O** sereni *Grotius* seueris *Orellius* ‖ 152 Specifer adea **B** | nota *Iriarte*: nuta **AM** nuda **P** mita **B** | nec] t **P** | libra metenti *Iriarte*: libera tendenti (tendent **P**) **O** ‖ 153 Dissensit **AM**; Dissendit *in* Dissensit *corr.* **B**. (**P** *?*) ‖ 154 ab uentis *ego*: aduentis **BMP** at uentis **A** a uentis *Iriarte* ‖ 155 atris *uulgo*: astris **O** (**M** *?*) ‖ 156 nymbos **P** ‖ 157 sigittiferi **B** | lumine **BP** ‖ 158 Egokero **AM** | excidis **B** ‖ 159 at **AP**: ad **B** a **M** ‖ 160 Brumalesque *uulgo*: Brumatusque **O** ‖ 161 Si cura sagacem *Iriarte*: se cura sagacē **P** secura sagem **B** securas agem **M** securas ageni **A** si cura laboris *Grotius* ‖ 162 frustrata *Iriarte*: frustrat **AM** frustat **B** frustratum **P** ‖ litmite **P** | ducit (dicit **B**) **O**: ducat *uulgo* ‖ *In uersu* 163 *desinunt* **BMP**, *subscribuntque* Claudi Caesaris Arati phenomena explicit feliciter dō gratias **B**, Claudii Caesaris Arati Phomena. expt. **P**, *litt. maiusc. uterque.*

V.

Astrorumque globos et sidera maximus Atlans
Protulit in populos, numeris uersutus et omnes
Stellarum motus certa ratione notauit;
Quae Pharii Tyriique uiri commenta sequentes
Aequora uere nouo
* *
* *
uentos et flamina cuncta
Aeolus in partes diuisi rettulit orbis,
Qua premeret boreas, notus unde attolleret imbres
Quaque eurus zephyrusque domo procederet undis
Et circumpositos armaret in aequora fratres.

VI.

cur diuite lingua
Graecia praecurram potiusque triangula dicam?

Fragmentum V *sine interstitio post* IV 163 *exhibet unus* **A**, *unde primus edidi in Musei Rhenani uol.* XXXII *p.* 323 ‖ 1 Astrorum globos **A**, *correxi* | adhlans **A** ‖ 2 numeris uersutus *scripsi*: humeris uirtutis **A** ‖ 4 farii **A** | Tyriique *scripsi*: syriiq; **A** ‖ 5 *unico uersu* **A**; *diuisi lacunae signo posito* | uentos et *scripsi*: uento s; (= set) **A** ‖ 6 Eolus *et* retulit **A** ‖ 7 Quo p̄meret **A** | nothus **A** ‖ 8 zephirusq; **A** | proce . . . . undis **A** (*quattuor litteris nunc euanidis*); *suppleui* ‖ Explicit phenomena arati *subscribit* **A**

Fragmentum VI *debetur Prisciano de fig. numerorum* 32 [II *p.* 417 *H.*]: triangulum Caesar in Arato: cur diuite *ectr.* ‖ 2 potiusque *codd.*: potius quam *edd. uetustae, unde* Graeca *τρίσγωνον* potius quam triangula dicam *Schwartzius* Graecia praecurrat? potius, quam triangula, dicam ⟨Signa trigona⟩? *Orellius.* — Graeca parum curem potiusque triangula dicam *Lachmannus comm. Lucret. p.* 193. Graecis *denique Hertzius coniecit. mihi in hunc fere modum restituenda uerba uidentur*: ⟨nostra⟩ cur diuite lingua Graeca probem? cur non potiusque triangula dicam?

XI. XII. XIII.

CARMINA TRIA DE MENSIBVS.

Medio aeuo, ut aliae eiusmodi collectiones sunt factae, ita carminum antiquorum ad menses horumque signa pertinentium sylloge (Bedae fortasse tempore) instituta est, quam exhibent codices hice:

Coloniensis 186 saec. IX—X (C) fol. 119 sq. Ausonii 'Primus Romanas ordiris', tum 'Item alii. Dira patet Iani' et 'Tetrasticon autenticum de singulis mensibus' (= carmina edenda XI et XII), denique Ciceronis ex Arateis uersus XII praebens. ipse contuli.

Durlacensis 36. F. anno 850 scriptus (D) fol. 39 — 50 Ausonii 'Primus Romanas', carmina edenda XI et XII, Ausonii 'Principium Iani' habet ita ut horum quattuor carminum uersus singuli ad unum eundemque mensem pertinentes in singulis foliis simul extent (unde XI 12 post Ausoniani 'Primus Romanas' u. 12 extat); ipse Ienae contuli.

Harleianus 3091 saec. X (H) fol. 139 sqq. Ausonii 'Primus Romanas', carmina edenda XI et XII, uersus Ciceronis ex Arateis uersusque de uentis continet. ipse contuli.

Parisinus 5543 saec. IX (P) fol. 146 sq. Ausonii 'Primus Romanas', carmina edenda XI et XII, Ciceronis ex Arateis uersus et poema simile christianum exhibet. ipse contuli.

Regius Musei Britannici 15. B. XIX saec. IX (R), quem descripsi mus. Rhen. XXXI p. 93 sqq., fol. 83 sqq.

Ausonii 'Primus Romanas', carmina edenda XI et XII (quae contulit mihi u. cl. Mueller-Struebing Londiniensis), Ciceronis uersus habet.

Codex Leidensis Scaligeri L. F. 36 saec. XI—XII (S) fol. 16 sqq. Ausonii 'Primus Romanas', carmina edenda XI et XII, Ciceronis ex Arateis uersus aliaque similia habet. idem uidetur esse atque liber a P. Pithoeo adhibitus. codicem ob interpolationes sat memorabilem, quem Burmannus duplici nomine (Leidensis et Scaligerani) adfert, ipse excussi.

Plurimis praeterea in libris haec sylloge uel tota uel ex parte extat, ut in Vossiano L. Q. 86 saec. IX fol. 92 sqq. (cf. mus. Rhen. XXXI p. 255) et Parisino 7886 saec. IX ex uno archetypo mendoso deductis (uterque in carminis XII u. 28 desinit), quos Riesius adhibuit, ego abieci; porro in Sangallensi 250 saec. XI (fol. 67 sqq.); etiam in Caroliruhensi Aug. 167 saec. IX et Valentiano 330 bis saec. X (de quibus cf. Riese praef. ad Anth. II p. LXV sq.); in Vaticanae Reginensi 123 saec. XI, Urbinati 290 saec. XI, Palatino 487 saec. X (fol. 41 carmen XI); denique in Oxoniensi collegii S. Ioannis Baptistae XVII saec. XI (fol. 16—21) et Parisino 7362 saec. XIII (fol. 75 sqq.), ut taceam recentiores libros (Meermannianum, Strozzianum 46 saec. XV aliosque). hi libri omnes praeter notos errores, quibus noui accedunt, proprii boni nil exhibent, ut tantum selectas eorum lectiones communi siglo ς usus attulerim.

Unum igitur poema Ausonianum 'Primus Romanas' (nam alterum illud 'Principium Iani' num archetypo infuerit perdubium), porro carmina edenda XI et XII, denique Ciceronis uersus duodecim in hac sylloge comprehensa fuere. uereor autem ne quintum poema eidem olim adiunctum nunc perierit. nam inscriptio in codd. carmini XI praefixa *Versus de numero dierum singulorum mensium* minime in ipsos uersus

quadrat; et peruersa est coniectura Riesii 'de natura dierum' scribentis, cum de diebus in illis non agatur; conuenit autem inscriptio ista poemati cuidam Ausoniano [p. 230 Bip.], cuius in Vossiano L. F. 111 est titulus *Quoteni dies sint mensuum singulorum.* itaque hoc quoque carmen quondam in sylloges nostrae archetypo extitisse, sed in huius apographo (unde codices supra enumerati fluxere) intercidisse uidetur.

Sed ut pateat unde sylloges redactor sumpserit carmina XI et XII, haec ipsa cum cura contemplanda. et prius quidem pessime se habet in libris mss., cum nullo consilio ineptissime modo de natura indoleque modo de sideribus singulorum mensium (quorum nec nomina ubiuis apparent) sit sermo; id quod, cum anteriores fugisset, ego indicaui in mus. Rhen. uol. XXXI p. 97. quo loco conieci, poema illud conflatum esse ex duobus, quorum ad unum uu. 1—3, 10, 12, ad alterum 4—9, 11 pertineant. nunc iterum re perpensitata sic potius statuo, unumquodque distichon, quale legitur in codicibus, interlapso medio pentametro insequentique hexametro truncatum esse; nam potuit sane in singulis distichis genuinis singulorum mensium simul et indoles et signum tractari. puto autem hos uersus olim inscriptos fuisse statuis duodecim signa depingentibus (cf. u. 6 'ecce'). iam siue lapidis siue inscriptionis statu nescioquo factum est ut is qui descripsit in errorem modo expositum incideret. quod non tam sylloges nostrae redactori culpae dandum esse quam in ipsa antiquitate usu uenisse crediderim.

Alterum carmen XII et ipsum marmori olim insculptum fuisse docet titulus *Tetrastichon authenticum.* quae tetrasticha pertinent ad picturas antiquas hodieque superstites, ex quibus suam accipiunt lucem. anno enim p. Chr. n. 354 Furius Dionysius Filocalus fastos ita edidit, ut in unoquoque mense huius imaginem adiuncto tetrasticho picturam explicante adderet. hi

Filocali fasti quomodo ad nos peruenerint enarrauit Mommsenus [C. I. L. I p. 332 sq.]. imaginibus autem illis in codice maxime Vindobonensi 3416 a. 1480 fere scripto seruatis (unde Lambecius aliique ediderunt), tetrasticha ipsa ex parte tantum in apographis ex exemplari Filocali Peiresciano saec. XVII confectis etiamnum extant. ex Filocali igitur opusculo carmen XII sumpsit sylloges supra descriptae redactor.

Nec tamen solis tetrastichis libellum suum adornatum esse uoluit Filocalus. nam etiam disticha de mensibus (carmen XIII) horum imaginibus subiunxit. quorum distichorum pars (1—5, 14—24) extat in schedis illis Peirescianis, unde edidit Mommsenus [C. I. L. I p. 411]. porro codex Filocali Bernensis 108 saec. IX mensi Decembri, quem solum seruauit, addit u. 24. integrum autem distichorum illorum exemplar habetur in codice Sangallensi 878 saec. IX fol. 302, unde totum carmen protulit Carolus Schenkl in academiae Vindobonensis relationibus [Phil. Hist. Kl. XLII p. 70 sq.]. ita autem Sangallensis in uitiis congruit cum schedis Peirescianis, ut illius scribam ex codice Filocaleo disticha hausisse appareat. — ceterum quomodo tetrasticha et disticha simul coniuncta fuerint apud Filocalum, exponit Mommsenus l. l.

Tetrastichorum auctorem esse Ausonium, Burmannus aliique sibi persuaserunt probabilitate nulla. nam neque in codicibus poetae Burdigalensis opera exhibentibus ullum eorum uestigium deprehenditur neque admittit eclogarii Ausoniani ratio. immo ipso Filocali opusculo ut suum conderet eclogarium permotum esse Ausonium suspicor. maxime uero opinionem illam infirmat ipsum carmen XII. nam et in hoc et in carmine XIII licet corruptissimo tanta uersuum elegantia tantusque dictionis nitor decorque eminet, ut utrumque tam alienum esse ab aeuo Filocaleo quam prope accedere ad tempus Augusteum facile tibi persuadeas.

ex collectione itaque antiquiore poemata illa in suam traduxisse Filocalum statuo.

Iam carmen XI, licet eius et aetas et origo in obscuro sit, tamen ob causas perspicuas hinc excludi non debuit.

XI et XII a Burmanno Anth. Lat. V 71—83 inlustrata sunt, apud Riesium sub numeris 394 et 395 extant; apud hunc etiam XIII sub numero 665 habetur.

XI.

Dira patet Iani Romanis ianua bellis,
— — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
Vota deo Diti Februa mensis habet.
Incipe, Mars, anni felicia fata reducti
— — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
Tunc Aries Veneri lutea serta legit.
Dulcia, Maie, tuis ducis sexangula nonis
— — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
Arce poli Geminos Iunius ecce locat.
Iulius ardenti diuertit lumina Soli

Item uersus de numero dierum singulorum mensium *inscribunt* **HPR**ς, Item alii **C**, *om. una cum u.* 1 **D**; Cata monosticon interposito disticon de mensibus et anni signis **S**; *de toto carmine cf. supra p. 203; nullas lacunas, quas ego posui, codd. habent* ‖ 2 februo **P** febroa **RS**ς ‖ 3 Incipit ars **R** | reducti *Heinsius*: reduci **CDHPR**ς reducis **S** ‖ 4 luctea *uel* lintea ς ‖ 5 Dulcea **H** | maie **DHRS**ς mage **C**ς: maia **P**ς | ducis **CDRS**ς: dicis **P**, *om.* **H**, dulcia ς | sexangula *scripsi*: exagona *codd.* (*nisi quod* exagonia **D**) *ex interpolatione metrum bis uiolante; substantiuum periit in pentametro*; hexagona *uulgo* ‖ 6 unius **C** ‖ 7 Iunius **R** | ardenti **DPRS**ς: ardentis **CH**ς argenti ς | diuertis **H** deuertit ς | lumina *codd. mei*: numina ς | soli **DS**ς: solis *ceteri*

— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
Aera: flammigero cuncta Leone calent.
Poma legit Virgo maturi mitia roris
— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
Fundit et October uina Falerna iugis.
Aret tota soli species ui dura Nepai
— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
Unde, December, amat te genialis hiems.

XII.

Ianuarius.

Hic Iani mensis sacer est: en aspice ut aris
Tura micent, sumant ut pia liba Lares.
Annorum saeclique caput, natalis honorum,
Purpureos fastis qui numerat proceres.

---

8 Aera *codd. mei*, ς: Aerea ς | flamigero **C**ς | cadent **R** ‖ *post* 8 **S** *haec inserit*: Feruet tytanis Augustus caumate mensis September calido prosequiturque polo, *quae est medii aeui interpolatio* ‖ 9 uirgo *om.* **D** | maturi Initia **C** micia **R** | roris *Heinsius*: solis *codd. omnes* ‖ 10 octimber **H** octo≡ber **D** | falerna *ex* calerna *corr.* **R** | iugis *scripsi*: lacis *codd. fere omnes*, lucis ς *pauci*, lacu *uel* lacus *Heinsius* ‖ 11 solis **H**ς | ui dura **CDHS**ς: uiduata **PR**ς | nepia **H** neai **S** ‖ 12 Unde *codd.* (*nisi quod* Inde **S**): Munde *uel* Ude *Scaliger* | genalis **P** | hiemps **DP**ς

Tetrasticon (-chon **H** -kon **P**) autenticum (-con **R**) de singulis mensibus *codd. inscribunt, nisi quod* Mensibus e cunctis sequitur tetrasticon anni *litt. maiusc.* **S** | *mensium nomina om.* **C**ς Ianuarius *om.* **S**, *qui deinde* De Kł Febroarii, Martii *ectr. praebet; etiam* **R** *in titulis mensium uariat* ‖ 1 Hic iam mensis sacerem anaspice **H** ‖ 2 fumant **H**ς | liba *scripsi*: tura *codd.* | laris ς lares *om.* **R** ‖ 3 sediq; capud **C** sctique caput (t *ex* d *corr.*) **D** sędiq. **R** secliq; **S**ς | natales **P** | chonorum **H** ‖ 4 Purpureos *Scaliger*: Purpureus *codd. mei* (*nisi quod* purpureis **D**) Purpureum ς | numeras **C**

Februarius.

At quem caeruleus nodo constringit amictus
Quique paludicolam prendere gestat auem,
Daedala quem iactu pluuio circumuenit Iris,
Romuleo ritu Februa mensis habet.

Martius.

Cinctum pelle lupae promptum est cognoscere mensem:
Mars olli nomen, Mars dedit exuuias.
Tempus uernum aedus petulans et garrula hirundo
Indicat et sinus lactis et herba uirens.

Aprilis.

Contectam myrto Venerem ueneratur Aprilis.
Flamen ueris habet, quo nitet alma Thetis.
Cereus en dextra flammas diffundit odoras;
Balsama nec desunt, quis redolet Paphie.

Maius.

Cunctas ueris opes et picta rosaria gemmis
Liniger in calathis, aspice, Maius habet.

---

5 Ad **DR**ς | amicus **H** ‖ 6 paludiculam **P** ‖ 7 Dedela **C** | iactu ς: iacto *codd. mei,* ς | hiris **C** ‖ 8 febroa **S** | abet **D** ‖ 9 lupi **P** | promtum **PS**ς primum **R** | est *om.* **R** ‖ 10 Pars **R** | illi **H** | exubias **CDHP**ς ‖ 11 Tempeis **R** | uernum *Scaliger*: uer *codd.* (*nisi quod* **P** ueri *habet*); *conicias* Primum uer *uel* Campis uer | aedus **P**ς: h(a)edus **CDRS** idus **H** | p&ans **C** | garula (l *ex* d *corr.*) hyrundo **D** ‖ 12 et sinus **CDHS**ς: et senos **R**ς et seno **P** | erba **C** ‖ 13 Contecta **P** | mirto **CS**ς myrtho **D** ‖ 14 Flamen *scripsi*: Lumen *codd.* Limen *Heinsius* | ueris **CD**: uiris **HP R**ς iuris **S** turis *Vinetus* | thetis (= *mare*) **CDHP**ς: tetis **RS**ς Ceres *Vinetus* ‖ 15 Caereus **P** Ceruleus **D** | en *Heinsius*: et *codd.* a *Burmannus* | flamas **P** | odoras *uulgo*: odores *codd.* ‖ 16 Balsame **D** | pafię **D** paphię **S** papiae **CHP** papiae, *suprascr.* phi, **R** ‖ 17 picea rosaria **C** pecta rosea **D** ‖ 18 Linier **C** Laniger **S** | calatis **DR**ς

Mensis Atlantigenae dictus cognomine Maiae,
Quem merito multum diligit Uranie.

Iunius.

Nudus membra dehinc solares respicit horas
Iunius ac Phoebum flectere monstrat iter.
Iam falx maturas Cereris designat aristas
Floralisque fugas lilia fusa docent.

Iulius.

Ecce coloratos ostentat Iulius artus,
Crines cui rutilos spicea serta ligat.
Morus sanguineos praebet grauidata racemos,
Quae medio Cancri sidere laeta uiret.

Augustus.

Fontanos latices et lucida pocula uitro
Cerne ut demerso torridus ore bibat
Aeterno regni signatus nomine mensis,
Latona genitam quo perhibent Hecaten.

September.

Turgentes acinos, uarias et praesecat uuas

---

19 adlantigene **C** at (*ex* ad *corr.*) lantigine **D**: lantigenae **PR**ς latigenae **H** lanigenę **S** lentigene ς | dicit cognominę **C** | maius **D** || 20 Que **S** Quae **P** | diligit uranię **CP**ς: dligitur anię **DHS** diligit aura lenis **R** || 21 Nudus *uulgo*: Nuda *codd.* (*sed* Nudula **S** Nuda genu **D**, que *suprascr.* **R** *m. 2*) | menbra **DR** | solares] solio **D** || 23 Iam falx *scripsi*: Lampas *codd.* (Albae **R** Lampans **S**) Campis *Scaliger* At falx *Burmannus* || 24 Floralesque **S** | fugans ς | docent *uulgo*: docens *codd.* || 25 coloratus **DR**ς || 26 rutilos **S**ς: rutulos **P** rutilus **DH**ς rutulus **C** rosilos **R** | ligat *corr. m. 2* **R**, ligat ς: legat **CDHPR** *m. 1* ς legunt **S** || 27 Morus **C**ς: Moros **DHPRS**ς | praebet **S** || 28 Quę **R** *m. 2* **S**ς, Que **C**: Quem *ceteri codd. et* **R** *m. 1* | siderae **P** sidera ς | uirent **S** || 29 Fontanos **CDS**ς: Fontanas **HPR**ς | procul auitro **P** || 30 Cerne ut] Cernes **D** | demerso *uulgo*: dimerso *codd.* (diuerso ς) || 32 genitum quem **D** genitum quo **R** | peribent **DHP** | echaten **DHP** perhibente chaten **R** echathen **C** agathon **S** || 33 Turgentes *Heinsius*: Surgentes *codd.* | uarios **DPS** | persecat **D**

September, sub quo mitia poma iacent,
Captiuam filo gaudens religasse lacertam,
Quae suspensa manu mobile ludit opus.

October.

Dat prensum leporem cumque ipso palmite fetus
October; pinguis dat tibi ruris aues.
Iam Bromios spumare lacus et musta sonare
Apparet: uino uas calet ecce nouo.

Nouember.

Carbaseos post caluus atrox indutus amictus
Memphidos antiquae sacra deamque colit,
A quo uix auidus sistro conpescitur anser
Deuotusque satis incola Memphideis.

December.

Annua sulcatae conectens semina terrae
Pascit hiems: Pluuio de Ioue cuncta madent.
Aurea nunc reuocet Saturno festa December:
Nunc tibi cum domino ludere, uerna, licet.

---

34 Sebtember **C** | micia **D** ‖ 35 lacernam **R** ‖ 36 nobile **S** ‖ 37 p̄ssum **H** p̄hensum **S** prerisum **C** | ipso **S**: ipsa **CDHPR**ς | fętus **S** foetus **CDPR** fotus **H** ‖ 38 Octeber **P** | rures **H** ruras **P** ‖ 39 Iam Bromios *uulgo*: Ambromios **H**ς Ambromius **PR**ς Ambrosios **CS** Ambrosius (u *in* o *corr.*) **D**; *malim* Bromio | sanare **P**ς manare **S** ‖ 41 post caluus atrox *scripsi*: postquam (postqu **D**) hunc (hanc **D**) artus *codd., nisi quod* **S** *uersum sic praebet* Carbaseo surgens postq; hc̄ indutus amictu *aperta interpolatione;* postque hunc *uel* post quē tunc ς ‖ 42 Memfidus **CHP** Nemfidus **D** Menfidus **R** Mensis **S** | antiq; **CP** ab antiquis **S** | deumq. **R**, *corr. m. 2* ‖ 43 ui auidis **D** | comp. **CR** cōp. **HS** ‖ 44 Deuotisq. **R** que *om.* **D** | sacris **C**ς (*ut Scriuerius Heinsiusque coniecerunt*) | memfideis (menf.) *codd.* (*sed* **S** satis ubera fert humidis *praebet*); Memphi, tuis *Burmannus* ‖ 45 Anna **H** | sulcante **R** | conectens *scripsi*: coniecti *codd. mei* (**S** *m. 2 corr.* coniecta et), coniecto *et* coniecta ς concredita *uel* coniecta en *Heinsius* | terra **R** ‖ 46 hiemps **DPR** | cunctā adent **C** madent *ex* mandant *corr. m. 2* **R** ‖ 47 reuocet **CS**ς: reuocent **DHPR**ς | saturni **S** | decembri **D** ‖ 48 licet **CDS**ς: licent **HPR**ς

XIII.

Primus, Iane, tibi sacratur, eponyme, mensis,
Undique cui semper cuncta uidere licet.
Umbrarum est alter, quo mense putatur honore
Peruia terra dato Manibus esse uagis.
Condita Mauortis magno sub numine Roma
Non habet errorem: Martius auctor erit.
At sacer est Veneri mensis, quo floribus arua
Compta uirent, auibus quo sonat omne nemus.
Hos sequitur largus toto iam germine Maius,
Mercurio et Maiae quem tribuisse iuuat.
Iunius ipse sui causam tibi nominis edit,
Praegrauida attollens fertilitate sata.
Quam bene, Quintilis, mutasti nomen: honori
Caesaris, o Iuli, te pia causa dedit.
Tu quoque, Sextilis, uenerabilis omnibus annis
Numinis Augusti nomina magna geris.
Tempora maturis, September, uincta racemis
Velate e numero nosceris ipse tuo.

In hoc carmine **P** = *schedae Peirescianae,* **S** = *Sangallensis* ‖ 1 eponyme *scripsi*: et omnia **S** nomine *Buechelerus, olim* in omnia *conieci*; **P** *u.* 1 *sic interpolate habet* Ianus adest bifrons primusque ingreditur annum ‖ 5 numine *Mommsenus*: nomine **PS** ‖ 6—13 *om.* **P** ‖ 6 errore **S** | Martius *scripsi*: Romulus **S** ‖ 7 At sacer est *scripsi*: Caesarem ut **S** Caesareae *Schenkl*, Caesareae at *ego olim*; cesarem *ex* sacerem (sacer ē) *deprauatum* | Veneri mensis *ego*: ueneris mensi **S** Veneris mensis *Schenkl* ‖ 8 Compta *Riesius*: Prompta **S** | quod **S**, *corr. Schenkl* ‖ 9 largus *scripsi*: laicus **S** laetus *Riesius* | germine *scripsi*: corpore **S** ‖ 10 maia q. t. ioue **S**, *corr. Schenkl* ‖ 13 Quam *Riesius*: Nam **S** Iam *Buechelerus* | mutasti *ex* mutati *corr.* **S** | honore **S** ‖ 14 Caesaris o Iuli *scripsi*: Caesari iulio **S** Caesare qui iulio **P** Caesareo, Iuli *Riesius et Buechelerus* ‖ 16 nomina magna geris *scripsi*: nomen in anno uenis **PS** in ora *coni. Buechelerus*, uehis *Riesius* ‖ 17 Tempora maturis *Hauptius*: Temporis autumni **S** Temporibus autumnis **P** | septimber **S** | uincta **S**: uineta **P** ‖ 18 Velate iam numero **PS**, *corr. Hauptius*

Octobri laetus portat uindemitor uuas:
Omnis ager Bacchi munere diues ouat.
Frondibus amissis repetunt sua frigora mensem,
Cum iuga Centaurus celsa retorquet eques.
Argumenta tuis festis concedo, December,
Quae quauis annum claudere . . . . . .

---

20 munere diues ouat *scripsi*: munere uoce sonat **PS** || 21 sua frigora mensem *non intellego; neque sequens uersus sat perspicuus; fortasse* repetunt iuga frigora mense, Cum sua C. † celsa † r. e. || 22 celsa torquet eques **S** celsa retorque (*om. cet.*) **P** || 23 tuis festis *scripsi*: tibi mensis **PS** | concludo *coni. Riesius* || 24 Quae quamuis annum **S** Quae sis quamuis annum **P** Quae uis quamuis annum *Bernensis*; quauis *scripsi*; Qui quemuis *coni. Riesius* Quaeuis, quis annum *Hauptius* | claudere possis **PS** *Bernensis lacunose*; claudere poscis ouans *Hauptius* claudere rite (iure) potes *Riesius; tutius nunc uisum est lacunae signum ponere, olim* claudere par sit _ ∪ *conieci.*

XIV.

INCERTI DE AVGVSTI BELLO AEGYPTIACO CARMEN.

Primis huius saeculi annis ex papyris Herculanensibus lacerum carminis latini fragmentum erutum et a Nicolao Ciampittio in uoluminum Herculanensium tomo II (Neapoli 1809) editum est. huius apographo (quod C significaui) innisi sunt qui postea uersibus supplendis illustrandisque operam nauabant. inter quos commemoratione maxime dignus est I. Th. Kreyssigius, cuius dissertatio locupletissima post commentationem de C. Sallustii Crispi Historiarum fragmentis (Misenae 1835) pagg. 117—236 inserta est. sed cum scirem adseruari Oxonii in bibliotheca Bodleiana papyrorum ex Herculanei ruderibus protractarum apographa ab Ioanne Haytero Anglo multo maiore cum cura instituta cumque inter ea etiam carmen nostrum haberi me edocuisset Theodorus Gomperzius Vindobonensis, O. H. Coxium, Bodleianae praefectum celeberrimum, ut uersus latinos describendos mihi curaret per litteras oraui. misit uir humanissimus tabulas octo moderante Haytero olim aeri incisas tantaque cum fide exhibentes imaginem papyrorum, ut has ipsas ob oculos habere uiderer; praeterea tabulas iterum cum Hayteri schedis autographis Coxius contulit. ex hoc apographo Hayteriano (H littera notaui) ut editoris Neapolitani testimonia saepe corrigi potuerunt, ita hoc commodum

cepi quod quid de supplementis a doctis propositis statuendum esset litterarum formas ductusque intente rimanti certe cognoscere plerumque licuit. neque dubium est quin quaecumque in enucleanda papyrorum scriptura praestari possint Anglus ille praestiterit.

Sed paulo fusius ducibus Hayteri tabulis papyros illas describam. litteris uncialibus perscriptae uoces singulae punctis tantum non semper inter se distinctae sunt. interpunctionis uestigia adsunt certa; aut enim in margine aut in ipsis uerbis supra uersus apparent lineolae (/) nouam sententiam nouumue sententiae colon indicantes. et intra eiusdem enuntiati ambitus cum hoc appareat signum, alia deprehenduntur in transitu ad nouam carminis partem*). porro (id quod omnium maxime est memorabile) nonnullae uocales longae apicibus instructae sunt. collegi exempla haece: 22 'thalamós', 30 'ségnis', 34 'partís', 38 'ínstantís aciés', 39 'armís', 41 'paratú', 42 'illúc', 45 'ceruícibus', 46 'libídine', 48 'uenéni', 49 'artís', 50 'pressís', 52 'déscendit', 55 'régina', 64 'paratús', 67 'cónsiliis'; aliis nonnullis locis num 'i' longam uoluerit scribere librarius, identidem disquirenti ambiguum est uisum. — euolutis uoluminibus Herculanensibus cum cartae uariis afficerentur damnis, saepissime euenit ut singulae compluresue litterae siue totae siue ex parte detererentur aut una cum papyri pannis plane perirent. iam in textu has litteras fere omnes a ceteris, quae in utroque apographo (aut solo H) indubitatae extant, characteribus inclinatis distinxi; qua ratione factum est ut eae litterae, quae quamquam laesae infractaeque tamen dubitationi nulli obnoxiae sunt ductuum reliquias accurate perpendenti, non discernerentur ab eis quae plane perierunt; qualis distinctio cum non

*) sic habes inter u. 51 et 52 signum ⟩— simileque inter u. 64 et 65, post u. 37 7.

ita facile fieri potuerit, de hac re ex apparatu haurienda notitia. porro in notis criticis apographi C lectiones ita sunt adlatae, ut formae omnes Ciampittio dubiae itidem litteris redderentur inclinatis, plane ut habet editor Neapolitanus. denique punctis notaui litterarum defectus, ut quot puncta inuenies tot fere litteras intercidisse sumas; quamquam hoc non ad amussim exigendum est ob causas perspicuas. doctorum autem supplementa recepi ea quae certa sunt; quorum plurima (et sane unicuiuis facile obuia plerumque) Ciampittio, nonnulla Kreyssigio debentur; pauca nos adiecimus. nam summa cautione opus esse in restituendis his fragmentis, cum rerum tractatarum hic illic obscuritas tum complurium doctorum ausis misere excidentium docet exemplum, uelut ipsius R. Merkelii (in Ouidii Tristium edit. mai. p. 332), ut taceam de minorum conaminibus.

Auctorem carminis Rabirium esse Ciampittius Senecae de benef. VI 3 loco innisus, L. Varium Hayterus, Albinum Eggerus sibi persuaserunt. tutius hic quoque erit ignorantiam ingenue profiteri; et certe ego in his uersibus poetam non optimorum uatum, sed mediocrium ordini adscribendum agnosco, uiuentem illum, mea ut fert coniectura, non imperante Augusto, sed sub Caesaribus insequentibus.

I.

. . . . . c . . . u*n* . . . . . .
. . xim . . . . . ael . . tia . . . . . .
C*a*esaris a . . . ap . . . hariam . . . . . s

I. 1 *om.* C | n *potest etiam* m *fuisse* ‖ 2 xim C: *in* H *nil apparet*; Maxim *Kreyssigius, qui et* caelestia *suppl.* ‖ 3 . Cesaris a (s a *supra laesae*) *cum unius in initio litterae spatio* H, *unde* c *ab initio reuolsam sedem litt.* a *occupasse puto; in* C . . Cesar

. rt . . s ille . . . . *n*ato *c*um . . . . . e*ii*a por . .
Quem iuuene*s* . ra nauos erat de . . . . u*n*cta
Bella, fide dextraque po*t*ens rerumque per u*sum*
Callidus, adsidu*os tra*ctando in munere *Martis.*
Im*m*inet opsessis Ital*u*s iam turribus *hos*tis
A . . . . . sa *n*ec defu*it* impetus illis

II.

. . . . . s . . qu . . . . . .
. . . . . nt ipso . . . . . re
. . . . . edunt pa*t*r . . . . . mia te*r*ris
. . . . ai . . . . agis quam s . . . *ng*esta laterent

---

fa est | apud *Kreyss.*, Phariam *Fea supplebant* | s *ultima in* **C**, *non in* **H** ‖ 4 *in initio unius litt. spatium in* **H**, *duarum in* **C** | rt his **C** rt . . s **H** *ita ut duarum litt. umbrae appareant* (iu *?*); *conieci* Artius | nato **C**: ato **H**; oppugnato *Kreyss.* | cum **C**: um **H** | eiia **C**: e . . a **H** *ita ut per* e *uocabulum antecedens finiatur et duae litterae mediae, quae* ii *speciem habent, incertae sint* | portu *uel* portus *suppl. Kreyss.* ‖ 5 iuuenes **C**: iuuenf . **H** | . ran . a . uos **C** (*unde* grandaeuos *Ciampittius*); *in* **H** n *truncata quidem, sed ut haec sola lacunam expleat; deinde inter* a *et* uos *nulla lacuna; unde* nauos *restitui* | de **H** *ita ut quot litterae perierint ob scissuram papyri dubium sit*: pe . **C** | u . cta (c *laesa supra, litt. interlapsa* n *secundum uestigia fuit*) **H**: . un . ta **C** | *post hoc sex puncta habet* **C**; *uix unius litterae spatium in* **H**; *unde conieci* defendere cuncta ‖ 6 fide] f *laesa in* **H** | po . ens **CH**, *suppl. Ciamp.* | u . . . **CH** (*in hoc et* u *fere tota euanuit*), *suppl. Ciamp.* ‖ 7 Callidus] d *laesa in* **H** | adsidu . . . . . ctando **CH** (*in hoc ult.* d *laesa*); adsiduus tract. *Ciamp.*, adsiduos *ego* | martis *Ciamp.*: . . . . . s **H**, *in* **C** *nec* s *apparet* ‖ 8 Imminet **C**, *in* **H** *alterius* m *pars prior tantum cernitur* | opsessis **H**: . psessi . **C** | Italus **H** *ita ut litt.* u *certum adsit uestigium*: Ital . s **C** | . . . tis **H** . . stis **C**, *suppl. Kreyss.* ‖ 9 sa (s *laesa*) **H**: s **C** | nec **C**: . ec **H** | defu . . **CH** (*in hoc et* u *ex parte uidetur*), *suppl. Ciamp.*

II. 10 *et* 11 *om.* **C** ‖ 10 u *pars altera abrupta* ‖ 12 patr **C**: pair **H** | t . . ris **C** *et fere* **H**, *in quo prioris* r *cauda apparet; suppl. Ciamp.* ‖ 13 ai **H**: *inter* a *et* i *punctum ponit* **C** | magis *suppl. Ciamp.* | ng . sta **H** (*ita ut* n *etiam* u *fuisse possit*, g *etiam* c): *g* . sta **C** (*om.* n); si congesta *Kreyss.* | later . nt **CH**

Cum . uper . . . . lius Pelusia moenia Caesar
. . . erat imperiis animos cohibere suorum:
'Quid capitis iam capta? iacent quae . . . . . .
Subruitis ferro mea moenia? quondam er . . . ostis
Haec mihi cum s . . . a plebes quoque . u . . . . . uictrix
Vindicat h . . . . . mulam romana tot e . . . . us . n . m

III.

. . . . . liu . . . . . .
. . . . . im . . . o . . . . . u . . . .
. . . . t Alexandro thalamos intrare deorum
Di . etiam potuisse deam uidisse . um . . . . s

---

14 uper] *in* C u, *in* H p *dubia*; cuperet *Ciamp.*, super *Fea* | lius] l *in* CH *dubia*; illius *Kreyss.* | Pelusia] a *laesa in* H ‖ . oenia CH, *suppl. Ciamp.* | *post* Caesar *miro modo in* H *alterius uocabuli littera ultima* a *apparet* ‖ 15 erat C: frat H; Coeperat *suppl. Fea* | imperiis *Ciamp.*: im . . riis CH (*in hoc* r *litt. pars inferior extat*) | animos (s *laesa*) H: animo . C | cohi . . re CH (*in hoc etiam* r *laesa*), *suppl. Ciamp.* | su . rum C: su . . m (*tenue* r *uestigium*) H ‖ 16 Q . id C: Q . . d H | . apitis CH | ia . (a *laesa*) H: *ia* . C | . . pta CH, *suppl. haec Ciamp.* | iacen . CH ‖ 17 Subruitis C; *in* H r *fracta* | *fer* . . C, *ferr.* H | mea *Ciamp.*: . . a CH | moenia C: m . enia H | quon*dam* C: . uon . am H (*tenuia litt.* q *et* d *uestigia*) | ostis (o *paululum laesa*) H: *o*stis C; erat hostis *coni. Ciamp.* ‖ 18 mihi C, *in* H *dubia* h | s *dubia in* C, *non apparet in* H; socia *coni. Kreyss.* | *post* quoque *secunda uel tertia litt. in* H u *uidetur esse: nil habet* C; nunc sibi *coni. Ciamp.* | uictrix] x *non plena in* H ‖ 19 hanc famulam *coni. Ciamp.* | romana (n *laesa*, a *certa*) H: roma*na* C | tot e . . . . us H *ita ut* u *non plane certa sit*: *p*ote . . . . C (*unde* potentia *Ciamp.*); *fortasse* tot ensibus | . . ndem C n . . m (*duae litt. mediae incertae*) H; tandem *Ciamp.*

III. 20 *et* 21 *om.* C ‖ 21 i *incerta* ‖ 22 t *dubia in* H: *om.* C; Fas et *Ciamp.* | al . xandro CH | . . a . . mos C, *et* H *ita ut tenuia* th *uestigia supersint*; thalamos *suppl. Ciamp.* | . n . rare C . nfr . e H; intrare *Ciamp.* | de . rum CH, *suppl. Ciamp.* ‖ 23 Di . (*uel* . .) H Di . . . C; Dico *Ciamp.*, Diram *Kreyss.* | potuisse H *ita ut* p *etiam* d *fuisse possit*: *p*o . uisse C; doluisse *Ciamp.* | u . diss . CH | um H *ita ut* u *non plane certa sit*: m C; | triumphos *Ciamp.* tumultus *Kreyss.*

Actiacos, cum causa *fores* tu *maxima* belli,
Pars etiam imperii. quae femina tanta? uirorum
Quae series antiqua *fuit*? ni gloria mendax
Multa uetustatis nimio concedat honoris

IV.

. . . . . an . . . . . .
Saepe ego, quae uestris curae sermonibus . . . . .
Quas igitur segnis t . . n nunc quaerere causas
Exsanguisque moras uitae libet? est mihi coniunx,
. . . h . . . i posset Phariis subiungere regnis
Qui statuit nostraeque mori pro nomine gentis.
Hic igitur partis animum diductus in omnis
Quid uelit, incertum est; terris quibus aut quibus undis

---

24 A . tiacos **C**, *et* **H** *ita ut litt.* c *pars superior extet* | . ausa **H**: . aus . **C** | . ores **C** . oris (i *potest* e *fuisse*) **H**; fores *Ciamp.* | m *et* xi *et* be *desunt in* **CH**, *suppl. Ciamp.* ‖ 25 *litterae inclinatae sunt Ciampittii supplementa* ‖ 26 s *et* f *suppl. Ciamp.* | u . . us . atis **C** *et fere* **H**, *suppl. Ciamp.* | c . . . edat **C** *et fere* **H**; *suppl. Ciamp.* | honoris (i *longa, ut uid.*) **H** *ita ut* s *litterae pars extrema perierit*: honori **C**

IV. 28 an **H** (*litt.* a *parte priore abrupta*): en **C** (*ut* e *dubia sit*) ‖ 29 e . . **CH** (*sed ut in hoc litt.* g *uestigium adsit*); ego *suppl. Ciamp.* | ue . . is **CH**; uestris *Kreyss.*, ueteris *Ciamp.* | cu . . e **CH**, *suppl. Ciamp.* | . . rmonibu . **H**: . . rm . nibu . **C**; *suppl. Ciamp., qui in fine* angor *adiecit* ‖ 30 Qua . **CH**; Quas *Ciamp.* | igitur (r *infracta*) **H**: . gitu . **C** | segnis **H**: . . . . . **C** | t . . n **CH**; *ex quo nil extrices; puto papyri litteras delitescentes utrique descriptori inlusisse conicioque* leti | quaerere causas **H** *ita ut* ae *litt. pars infima laesa sit*: quae . . . . usas **C** ‖ 31 Exs . ngu . sque **H** (n *litt. laesa*): Ex s . . . gu . . . . . **C**; *corr. Kreyss.* | mor . s **H**: *mor* . s **C** | coni . nx **C** ‖ 32 Parthos qui *coni. Ciamp.*, Parthos si *Kreyss.*; *et hoc in spatium quadrat* | posset **H** *litt.* t *parte superiore infracta*: posset **C** | . iariis **C** . tariis **H**; Phariis *suppl. Ciamp.* | reg . is **C**; *in* **H** n *paululum laesa* ‖ 33 s . . . uit **C**: s . . nnit **H** (*nisi quod prior* n *etiam* u *fuisse potest*); statuit *suppl. Ciamp., latet aliud* | nos . . . eque **CH** (*sed litt.* r *in hoc uestigium,* q *infra laesa*) ‖ 34 Hic **H** *ita ut litt.* ic *pars inferior abrupta sit*): H . . **C** | igi . . . (r *litt. pars extat*) **H**: . gi . . . **C**; igitur *Ciamp., egò olim* agilem *conieci* | animum

V.

. . . . ctumqu*e* . . . . . m q*uo* *n*oxia *t*urba co*i*ret
Praeberetque suae spectacula tr*i*stia mortis.
Qualis ad instantis acies cum *t*ela pa*r*antur,
Signa, tubae, classesque simul terrestr*ibus* armis,
Est facies ea uisa loci, cum saeua coiren*t*
Instrumenta necis u*ar*io congesta paratu:
Und*i*que sic illuc campo deforme co*act*um
Omne uagabatur leti genus, omne timoris.

VI.

. . . . acet . . . . . *f*erro tu . . is . . le uen . . . .
Aut pendente *su*is ceruicibus aspide mollem
Labitur in somnum trahiturque libidine mor*t*is.
Perc*u*lit *ad*flatu bre*u*is hunc sine morsibus anguis,

Ciamp.] . . . mu . **CH** | didu . . . s (s *laesa in* **H**, *dubia in* **C**), *suppl. Ciamp.* | omnis *Ciamp.*] om . is **C** *et fere* **H** (*litt.* o *pars extat*) ‖ 35 . uid **CH** | terr . s **H**: terr . s **C**

V. 36 . . . . ctumque (*ultimae* u *pars reliqua*) **H**: . . . . . *t*umqu. **C** Delectumque *Ciamp.* | locum *Kreyss.*, forum *Ciamp.* | quo noxia (n *et* o *litt. pars interior laesa*) *habet Hayteri tabula aeri impressa*; uo n *om. Hayteri apographon*; q . . . . xia **C** | *t*urba **C**; t *litt. pars superior laesa in* **H** | co . ret **CH** ‖ 37 tr . . tia **CH** (*in hoc litterae* i *pars superior extat*) ‖ 38 *t*ela **C**; t *superna uirgula non apparet in* **H** | parantur *Hayteri tab. aeri impr.*: pa . . ntur *Hayteri apogr. et* **C** ‖ 39 terrestribus] ibus, i *infra abrupta, extat in Hayteri tabula, desideratur in eiusdem apogr. et* **C** ‖ 40 t *ultima extat in Hayteri tab., non in apogr. et* **C** ‖ 41 u . . rio (u *paululum laesa*) **H**: *u* . . rio **C** ‖ 42 Und . que **CH** | campo **H** *certe* (c *et* m *paululum laesae*): . . *m*p . **C** | co . c . um **H** co . . . um **C**, *suppl. Ciamp.*

VI. 44 Hic *add. Ciamp.* | acet *clare* **H**: . a . . . **C**; *suppleas* iacet | incumbens *add. Ciamp.* | . erro (r *alt. supra abrupta*) **H**, . erro **C**; ferro *Ciamp.* | tu . . is (u *laesa*) *punctis inclusum* **H**: tu . . t **C**; *unde* tumet *Ciamp.* | . . le **H**, i . le **C** | uen . . . . **CH**; ille ueneno *Ciamp.* ‖ 45 pendente (e *ult. fere tota abscissa*) . . is **H**: pen . . . te . . is **C** ‖ 46 Labitur in (a *paululum laesa*) **H**: . abitu . . . **C** | mortis (t *paululum infra laesa*) **H**: mor . . . **C** ‖ 47 Perculit (u *certa, sed laesa*) **H**: Perc . . . . **C** | ad *in* **CH** *abscissae* | breuis (u *paululum laesa*) **H**: br . uis **C** | anguis (g *pars superior obscura*) **H**: an . . . . **C**

Volnere seu tenui pars inlita parua ueneni
Ocius interemit; laqueis pars cogitur artis
Intersaeptam animam pressis effundere uenis;
Inmersisque freto clauserunt guttura fauces.
Has inter strages solio descendit et inter

VII.

At . . . . alia . nc . . . . . a . . te
Sic illi inter se misero sermone fruuntur.
Haec regina gerit. procul hanc occulta uidebat
Atropos inridens inter diuersa uagantem
Consilia interitus, quam iam qua fata manerent.

---

48 Volnere (o *certa, sed fracta*) **H**: . olnere **C** | seu (e *laesa*) **H** | t . nui **CH** | inl . ta **C** | ueneni (n *prior laesa*) **H**: u . . eni **C** || 49 Ocius (us *certae, sed laesae*) **H**: Oci . . **C** | interem . t **CH** | pars (r *laesa*) **H**: pa . s **C** | cogi . ur **H**: *cogi* . ur **C** || 50 In . ersaep . am (er *supra infractae*) **H**: In . *ersaeptam* **C** | animam (an *paululum infra abscissae*) **H** *a*nimam **C** | 51 I . mersisque **CH** | f . eto **H**: . . . . o **C**; freto *Ciamp.* | *in uerbis* guttura fauces *in* **C H** *claris perspicuisque habes librarii uitium; fortasse* guttura fluctus || 52 H *abscissa in* **CH** | inter (t *infra laesa*) **H**: int . r **C** | strages (t *fere tota abrupta*) **H**: strages **C** | et (e *infra laesa*) **H**: . t **C**

VII. 53 At (t *pars superior euanida*) **H**: A . **C**; *suppleas* Atque | alia (*prioris* a *extrema cauda seruata*) **H** *a*lia **C** | nc] *suppleas* incipiens *uel similia* | *in fine* a . . te *non habet* **C** || 54 in . . r (r *pars inferior extat*) **H** in . . *r* **C**, *suppl. Ciamp.* | se *clare* **H**: *se* **C** | misero, mise *laesae in* **H**: *m*isero **C** | . e . m . n . . ruuntur **H** . . . m . n . . ruuntur **C**, *suppl. Ciamp.* || 55 hanc (h *et* nc *certae, sed laesae*) **H**: ha . . **C** | occulta (cc *certae, sed pars superior abrupta*) **H**: *o* . . . . . a **C** | uidebat **C**: ui . ebat (a *paululum laesa*) **H** || 56 inrid . ns (i *prior et* n *alt. laesa*) **H** inrid . n . **C** | . . ter (te *certae, sed ualde infra detritae*) **H** . . . . r **C** | diuersa **C**: diuers . **H** | uagantem (u *et* g *paululum laesae, sed certae*) **H**; *nil praeter* m **C** || 57 interitus (r *fere euanida*, us *paululum laesae*) **H**: in te . itu . **C** | quam . am **C** (*unde* quam iam *Ciamp.*); *in* **H** qu . . . am *certe legitur, mediarum litt. apparent uestigia,* a *pars extrema, tum siue* m *siue potius* n, *denique aut* t *aut* i; *conieci* quantam | oua **H** *ita ut* o *diffracta et infra umbra lineolae appareat; unde* qua (= qua uia) *rescripsi; nil habet* **C**; sua *coni. Ciamp.* | fata (t *infra laesa*) **H**: . . . a **C** | man . rent **C**

Ter fuerat reuocata dies: cum parte senatus
Et patriae comitante suae cum milite Caesar
Gentis Alexandri ca . . en . ad moenia uenit
Signaque constituit. sic omnes terror in artum

VIII.

. . . . rere . . . . m portarum claustra nec urbem
Opsidione tamen nec corpora moenibus a . . ent
Castraque pro muris atque arma pedestria ponunt.
Hos inter coetus talisque ad bella paratus
Vtraque sollemnis iterum reuocauerat orbes:
Consiliis nox apta ducum, lux aptior armis.

---

58 d . es **H**: . . es **C** | parte se . atus **H**: pa . . . . . atus **C** ‖ 59 comitante (c *clara, sed infra abrupta*; t *prioris pars summa perspicua*) **H**: . omi . ante **C** | milite **H**: mili . . **C** ‖ 60 Gentis (ti *certae, sed infra abruptae*) **H**: Gen . . *s* **C** | alexa . . ri (r *supra abrupta*) **H** alexan . . i **C**, *suppl. Ciamp.* | car . en . **H** *ita ut* r (*?*) *dimidia pars inferior extet et* n *laesa sit*, c . . . en . **C**; cupiens *Ciamp.* cingens *Kreyss.* | ad **C**: ad **H** *ita ut* a *maior pars non appareat* | m . en . . **C**: . . en . . **H** (*minimum litterae* m *uestigium adest*) | uenit **C**: uenis **H** *miro errore* ‖ 61 constituit, t *prima laesa in* **H** | omnes **H**: omn . . **C** | terror **H** *ita ut* e *litt. pars summa appareat*: . . rror **C**

VIII. 62 *rere* **C**; *in* **H** *prioris* re *uestigia tenuia, alterius* r *pars inferior adest*; Obterere *coni. Ciamp.* | *tum littera* m *paululum laesa certa in* **H**, *in* **C** *non adparet* | portarum **H** *ita ut* ta *ualde infractae sint*: por . . u . **C** | c . austra **H**: . . austr. **C** | nec (n *paululum laesa*) **H**: . e . **C** ‖ 63 n . c (n *paululum laesa*) **H** n . c **C**, *suppl. Ciamp.* | a . . ent (t *supra laesa*) **H**: a . . . nt **C**; arcent *Ciamp.; si de priore uersu plane constaret, conicerem* audent ‖ 64 atque **C**: at . ue **H** *ita ut litt.* q *cauda appareat* ‖ 65 Hos **C**; *in* **H** *litt.* s *infra laesa* | talisque *Ciamp.*: . alisque **CH** ‖ 66 iterum, i *infra laesa in* **H**.

XV.

INCERTI LAVS PISONIS.

Carmen, quod uulgo Panegyricus in Pisonem audit, primus emisit Ioannes Sichardus in Ouidii operum editione, quae duobus uoluminibus Basileae prodiit a. 1527, hisce usus in praefatione uerbis: 'ne uero sine corollario aliquo ad te ueniret, adiecimus uulgatis omnium editionibus ex uetustissimis codicibus, quibus sumus ex bibliotheca Laurissana usi, fragmenta quaedam Ouidii ex libris opinor Epigrammaton, sic enim a Prisciano citantur, atque elegantissimum carmen incerti quidem autoris, sed quod extra controuersiam sit uetustissimi alicuius: siquidem ad Pisonem id est scriptum, eum opinor, ad quem et Horatii ars poetica extat; quod quamuis ab Ouidii dictione nonnihil abhorreat, et in uetusto codice falso erat Maroni ascriptum, iudicauimus tamen dignum, ut inter Ouidiana locum sortiretur atque hoc demum pacto ab interitu uindicaretur.' ex his Sichardi uerbis dubium esse nequit quin ille monasterii S. Nazarii Laurissae codicem aliquem adhibuerit. qui codex cum hodie perierit, eius uice editio Sichardiana nobis in usum uocanda est. extat carmen uoluminis alterius fol. 546—549; uersibus lacunosis corruptisque asteriscos praeposuit editor, crucis signo uarias aliquot lectiones notauit. scripturas a Webero diligentissime excerptas S siglo usus attuli.

Non neglegendum autem est, quod carmen nostrum in Laurissano adscriptum erat Vergilio; neque hoc praetermittendum, quod panegyricum Pisonis in Sichardiana praecedit 'fragmentum Ouidii Nasonis repertum nuper in uetustissimo codice ex epigrammatis.' sunt nimirum carmina notissima, quorum initium est 'nox erat et somnus lassos submisit ocellos' et 'quantum Vergilius magno concessit Homero.' utrumque autem poema haud raro in codicibus coniunctum deprehenditur cum carminibus Vergilianis et pseudouergilianis; sic, ut in hoc me contineam, somnium Nasonis habetur in Parisinis 7930 saec. X—XI et 9344 [de hoc cf. quae dixi Mus. Rhen. XXXI 90—93] et in libro quodam Lipsiensi, de quo cf. Hauptius opusc. I p. 292. procliuis igitur coniectura est, Pisonis laudes et fragmentum illud a Sichardo perperam epigrammatum Ouidianorum libro uindicatum olim extitisse in uno eodemque codice Laurissano, in quo diuersa poemata ad Vergilium et relata et pertinentia collecta erant; ut Sichardus de compluribus uetustissimis codicibus locutus magna uerba iecisse putandus sit.

Iam quod librorum manuscriptorum ope non plane destituti sumus, beneficium est eius qui saeculo fere undecimo in Gallia composuit ex uariis scriptoribus Romanis florilegium [cf. praef. ad Tibull. p. XI sqq.]: nam paucis quibusdam uersibus a proposito alienis omissis totum fere panegyricum florilegio suo inseruit. cuius florilegii codices nobiles, Parisinos duos, nuper descripsit G. Meynckius in Mus. Rhen. uol. XXV pgg. 269—280. et prior quidem Parisinus 7647 saeculo aut XII exeunte aut ineunte XIII exaratus fol. 112 e Culice et Aetna, fol. 113—114 e Pisonis laudibus excerpta habet cum his titulis summis in paginis additis 'Virgilius in culice, Virgilius in ethna, Lucanus in catalecton'; et hoc quidem semel plene legitur, bis autem particula summi folii abscissa truncatum est,

ut fol. 113[a] nunc ‘. . . anus incatalecton’ fol. 113[b] ‘Luc . . . . in catalecton’ extet; hunc librum, cuius fol. 112—114 descripsi, p notaui. — alter Parisinus 17903 paulo recentior (saeculo XIII medio scriptus est) fol. 72 ex Culice et Aetna, fol. 73—74 ex Pisonis panegyrico excerpta praebet sine titulis paginis praefixis; n significaui. huius prima notitia debetur C. L. Rothio in Philologi uol. XVII 340 sqq.; ipse contuli cum libri p apographo. p et n consentientes P notaui.

Panegyrici excerptis ipsis in P praemittitur tamquam ad ea pertinens hic uersiculus: ‘Nichil est quod texitur ordine longum’; et cum p hoc titulo in ipso textu sit insignitus ‘de laude pisonis’ eqs, contra n habet ‘In cruri d[e] laude pisonis’*) eqs; quod corrigendum est ita ‘in Ciri’, cum hoc ex epyllio (u. 339) uerba illa ‘nihil est quod texitur ordine longum’ petita sint. habemus igitur in P ex Culice et Aetna et Ciri, id est ex Vergilii libro quem uocant Catalepton (cf. quae mox in alterius uoluminis praefatione disseremus), fragmenta laudem Pisonis praecedentia. unde quomodo factum sit ut in p rubricator nostro carmini ‘in catalecton’ inscripserit claret; ‘Lucanus’ autem de suo ille adiecit, fortasse inductus Vaccae de Lucani Siluis uerbis. hinc autem Hadrianus Iunius eumque secuti alii multi Lucanum Pisonis laudatorem perperam uenditauere. nobis illud ‘in catalecton’ ideo magni est momenti quod inde eum quoque codicem, ex quo excerptor Gallicus hausit, opuscula pseudouergiliana cum Panegyrico coniuncta habuisse fit uerisimillimum, ut illius cum codice Sichardiano cognatio hinc appareat.

Anno 1556 Hadrianus Iunius in Animaduersorum libris p. 249 sqq. panegyricum edidit auxilio codicis cuiusdam Atrebatensis, cuius lectionibus in uniuersum

*) sic enim ‘d[e] laude’, non ‘Slaude’, ut praebet Meynckius habet.

mire conuenit cum P. et liber ille, si non p ipse, certe huius apographon erat. quod inde colligo quod, cum in p doctus quidam saeculi XVI multa maxime in margine correxerit (*m. rec.* significaui), huius correcturas fere semper Iunius ibi sequitur ubi a P recedit. ita igitur rem ille instituisse uidetur, ut impressum quoddam exemplar secundum suam membranam corrigeret paucis ut fere fit omissis et eorum quae prima quaeque correctrix manus scripserat respectum non habens. ordinem autem uersuum ille nouauit uu. 72 — 83 in finem carminis reiectis, siue mutilum id putans siue quod codicem suum uersibus illis carere et uu. 77—80 in fine exhibere uidit. in tali autem Atrebatensis libri conditione tuto eius scripturas abicere possumus. — alii excerptorum codices, sed aetate recentiores, extant in nonnullis et Galliae et Germaniae bibliothecis (uelut Berolini in Ms. Diez. B. Santen. 60 saec. XIV), ut tamen noui nihil inde lucremur. neque qui integrum carmen continent codices Varsauiensis chartaceus a Martyni-Laguna conlatus et Maruccellianus A. CLVI saeculi XVI a me inspectus ullum habent pretium, utpote e Sichardi Iuniique editionibus descripti.

A S igitur et P cum pendeat textus recensio, semper tenendum est excerptorem haud pauca quidem in initiis maxime sententiarum inmutasse sui consilii institutique memorem neque tamen nulla omnino fide dignum esse; immo numquam obliuiscare non ipsum codicem Laurissanum nobis praesto esse, sed editionem Sichardi, quem ut errasse interdum ita nonnulla leuiora quae ei uidebantur tacite correxisse probabile est. et multae inter S et P differentiae dubio procul e diuersitate Laurissani et eius codicis, quem excerptor adhibuit, explicandae. qui libri cum inter se cognati sint (ut supra ostendi), ad communis archetypi lectiones recuperandas res redit ad sensum iudiciumque et internis calculis modo S modo P sequamur oportet.

De libelli auctore breuis esse possum post ea quae Weberus disputauit. nemo enim eorum, qui uni alicui ex poetis latinis nobis cognitis (uelut Hauptius opusc. I 391 sq. Calpurnio) panegyricum adserere studuerunt, ualida firmaque argumenta protulerunt; uideturque hoc unum certum esse, scriptorem ignotum sub Gaio uel Claudio hoc carmen Calpurnio Pisoni tradidisse: cf. Teuffelius in hist. litt. Rom. p. 677 edit. tertiae.

Post curas priorum, ex quibus nominasse sufficit Wernsdorfium in poet. lat. min. IV p. 236—282, C. F. Weberus in tribus uniuersitatis Marburgensis programmatis a. 1859 editis congesta undicumque materia omnes quaestiones ad carmen pertinentes diligentissime tractauit, textum ope editionis Sichardianae (nam Parisina excerpta ignorauit) constituit, nonnulla uitia correxit. cuius libri censuram dedit Iacobus Maehly in Fleckeiseni annal. uol. 85, p. 286 sqq. [nuperrime denique Th. Birtius mus. Rhen. uol. XXXII p. 418 de uu. 240—243 egit.]

Vnde prius coepti surgat mihi carminis ordo
Quosue canam titulos, dubius feror. hinc tua, Piso,
Nobilitas ueterisque citant sublimia Calpi
Nomina, Romanas inter fulgentia gentes;
Hinc tua me uirtus rapit et miranda per omnes
Vita modos: quae, si desset tibi forte creato
Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.
Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso consule fasti

Ad Pisonem, ad quem extat et Horatii Ars poetica **S** De laude Pisonis non tantum genere clari sed etiam uirtute multiplici **P** (*cf. quae supra dixi*) ‖ 1 cepti **P** ‖ 4 romanos **n** ‖ 5 Hic **n** ‖ 6 que si dēēt (= desset) tibi **n**: quae si deesset tibi **S** quae deest ubi **p** | fronte **n** ‖ 8 culta *coni. Cortius* | tropaeis *coni. Heinsius*

Profuerint, cui uita labat? perit omnis in illo
Gentis honos, cuius laus est in origine sola.
At tu, qui tantis animum natalibus aequas,
Et partem tituli, non summam, ponis in illis,
Ipse canendus eris: nam quid memorare necesse est,
Vt domus a Calpo nomen Calpurnia ducat
Claraque Pisonis tulerit cognomina prima,
Humida callosa cum pinseret hordea dextra?
Nec si cuncta uelim breuiter decurrere possim;
Et prius aethereae moles circumuaga flammae
Annua bissenis reuocabit mensibus astra,
Quam mihi priscorum titulos operosaque bella
Contigerit memorare patrum. sed bellica fama
Armorumque labor ueteres decuere Quirites,
Atque illos cecinere sui per carmina uates.
Nos quoque pacata Pisonem laude nitentem
Exaequamus auis. nec enim, si bella quierunt,
Occidit et uirtus: licet exercere togatae
Munia militiae, licet et sine sanguinis haustu
Mitia legitimo sub iudice bella mouere.
Hinc quoque seruati contingit gloria ciuis,
Altaque uictricis intexunt limina palmae.
Quin age maiorum, iuuenis facunde, tuorum
Scande super titulos et auitae laudis honores
Armorumque decus praecede forensibus actis.

---

10 cui **P**: si **S** ‖ 11 Gentis honos **S**: Nobilitas **P** ‖ 12 At tu **S**: Felix **P** | tantis **S**: claris **P** (**p** *mgo m. rec.* tantis) ‖ 13 ponit **n** ‖ 14—26 auis *om.* **P** ‖ 15 Calphurnia **S** ‖ 17 Fumida *Scaliger* Horrida *Maehly* ‖ 19 aethereas **S** ‖ 20 renouabit *coni. Wernsdorfius* ‖ 22 memorare patrum. sed bellica fama (*siue* uirtus) *scripsi*: memorare; manus sed bellica patrum **S**; tantum *pro* patrum *coni. Maehly* ‖ 23 docuere **S**, *corr. uir doctus saec.* XVI ‖ 26 nec enim si **S**: tamen et (et *om.* **n**) si **P**, *qui hic iterum incipit, propter conexum* ‖ 27 Occidit et **S**: Non periit **P** | uirtus *om.* **p** ‖ 28 Munia **P**: Munera **S** *et* **p** *mgo m. rec.* | sanguine hustu **p** *m. 1* ‖ 29 indice **p** ‖ 30 Hinc **P**: Hic **S** | contiget **S** ‖ 31 uictricis **S**: uictrices **P** ‖ 32—36 *om.* **P**

Sic etiam magno iam tunc Cicerone iubente
Laurea facundis, cesserunt arma togatis.
Sed quae Pisonum claros uisura triumphos
Olim turba uias impleuerat agmine denso,
Ardua nunc eadem stipat fora, cum tua maestos
Defensura reos uocem facundia mittit.
Seu trepidos ad iura decem citat hasta uirorum
Et firmare iubet centeno iudice causas,
Seu capitale nefas operosa diluis arte,
Laudibus ipsa tuis resonant fora. dum rapis una
Iudicis affectum possessaque pectora tentas,
Victus sponte sua sequitur quocumque uocasti:
Flet si fiere iubes, gaudet gaudere coactus
Et te dante capit iudex, quam non habet, iram.
Sic auriga solet feruentia Thessalus ora
Mobilibus frenis in aperto flectere campo,
Qui modo non solum rabido permittit habenas
Quadrupedi, sed calce citat, modo succutit alte
Flexibiles rictus et nunc ceruice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.
Quis non attonitus iudex tua respicit ora?
Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem?
Nam tu, siue libet pariter cum grandine nimbos

---

35 magno *uulgo*: magnae **S** | iubente *Weberus*: iuuentae **S**; *cf. Hauptius opusc.* III 414 *sq.* ‖ 37 *sqq.* De eloquentia eiusdem pisonis *inscribit* **P** ‖ 37 *dedi ex* **S**: Queque patrum claros quondam uisura tr. **P**; *pro* sed *Weberus* et, *Maehly* sic *uoluerunt* ‖ 38 Olim **S**: Omnes **P** (**p** *mgo m. rec.* olim) ‖ 39 mestos **p**: moestos **S** messos **n** ‖ 40 facondia **p** ‖ 41—43 *om.* **P** ‖ 44 dū rapis una *scripsi*: dura Piso. Nam **S** tu . . . . piso **P** *cum signo lacunae* (quoque *m. rec.* **p** *in textu*, **n** *mgo*); tu rapis omnem *Ungerus* ‖ 45 tentas **S**: ducis **P** frenas *Maehly* ‖ 46 Victus **S**: Victor **P** | tua **n** ‖ 47 iubes **p**: iubet **n** libet **S** licet *Weberus* ‖ 48 quam **P**: si **S** ‖ 50 Nobilibus **n** ‖ 51 rabido *scripsi*: rapido **PS** ‖ 52 succutit alte (*siue* acre) *scripsi*: succutit arce **P** (arte **n** *teste Rothio*); **p** *mgo m. rec.* torquet in auras, *et hoc edd. receperunt; om.* **S** *asterisco uersui praeposito* ‖ 53 rotata *in* retata *corr.* **p**; retorta *Ungerus* ‖ 54 efusos **p** | girum **P** | *malim* cogere

Densaque uibrata iaculari fulmina lingua,
Seu iuuat astrictas in nodum cogere uoces
Et dare subtili uiuacia uerba catenae,
Vim Laertiadae, breuitatem uincis Atridae;
Dulcia seu mauis liquidoque fluentia cursu
Verba nec incluso sed aperto pingere flore,
Inclita Nestorei cedit tibi gratia mellis.
Nec te, Piso, tamen populo sub iudice sola
Mirantur fora; sed numerosa laude senatus
Excipit et meritas reddit tibi curia uoces.
Quis digne referat, qualis tibi luce sub illa
Gloria contigerit, qua tu recinente senatu,
Cum tua bissenos numeraret purpura fasces,
Caesareum grato cecinisti pectore numen?
Quodsi iam ualidae mihi robur mentis inesset
Et solidus primos impleret spiritus annos,
Auderem uoces per carmina nostra referre,
Piso, tuas: sed fessa labat mihi pondere ceruix
Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.
Sic nec olorinos audet Pandionis ales
Parua referre sonos nec, si uelit improba, possit;
Sic et aedonia superantur uoce cicadae,
Stridula cum rabido faciunt conuicia soli.
Quare age, Calliope, posita grauitate forensi,
Limina Pisonis mecum pete: plura supersunt,
Quae laudare uelis inuenta penatibus ipsis.

---

58 uibrati n; uibranti *Maehly* | fulmine n | lingua S: dextra P (p *mgo m. rec.* lingua) || 60 uiuatia P | ūmba n membra *Martyni-Laguna* | cathene P || 61 laerciade n | uincit p, *corr. mgo m. rec.* || 62 Dulcia P: Dulci S | fluentia rore *Maehly, qui et u.* 63 aperto fundere cursu || 64 Inclyta S | cecidit n || 65 piso *ex* ipso *corr.* p || 67 meritos — honores *Martyni-Laguna* || 68 — 83 *om.* P, *nisi quod* 77 — 80 *in fine carminis adicit* || 69 recinente *Ungerus*: retinente S reticente *uulgo* || 72 Quod si iam S: Quodsi tam *aliquot edd.* || 77 Sic nec S: Sed nec P || 78 improbe n || 79 Sic et hedionia S: Et pandionia P (*in* n *ex* pandona *corr.*) || 80 rabido *Santenius:* rapido SP | fatiunt conuitia n

Huc etiam tota concurrit ab urbe iuuentus
Auditura uirum, siquando iudice fesso
Turbida prolatis tacuerunt iurgia rebus.
Tunc etenim leuibus ueluti proludit in armis,
Compositisque suas exercet litibus artes.
Quin etiam facilis Romano profluit ore
Graecia, Cecropiaeque sonat grauis aemulus urbi.
Testis, Acidalia quae condidit alite muros,
Euboicam referens facunda Neapolis arcem.
Qualis, io superi, qualis nitor oris amoenis
Vocibus! hinc solido fulgore micantia uerba
Impleuere locos, hinc exornata figuris
Aduolat excusso uelox sententia torno.
Magna quidem uirtus erat, et si sola fuisset,
Eloquio sanctum modo permulcere senatum,
Exonerare pios modo, nunc onerare nocentes;
Sed super ista mouet plenus grauitate serena
Vultus et insigni praestringit imagine uisus.
Talis inest habitus, qualem nec dicere maestum
Nec fluidum, laeta sed tetricitate decorum
Possumus: ingenitae stat nobilitatis in illo
Pulcher honos et digna suis natalibus ora.
Additur huc et iusta fides et plena pudoris
Libertas animusque mala ferrugine purus,
Ipsaque possesso mens est opulentior auro.
Quis tua cultorum, iuuenis facunde, tuorum

---

84 Hūc **n** || 88 Compositusque **S** | letibus arces **n** || 89 *malim* Tunc etiam || *num inter* 89 *et* 90 *intercidit uersus?* || 90 Grecia **p** Gretia **n**; Gratia *Weberus* | cicropieq; **p** cicropei, q; **n** | sonas *Wernsdorfius* sonus *Weberus* fauus *Heinsius* || 91—93 *om.* **P** || 92 facunda *Ungerus*: foecunda **S** | artem *Maehly* || 94 hinc **S**: huic **P** || 95 hinc **S**: huic **p** hic **n** | exhornata **p** || *ante* 97 **P**: Diligentius hic incipit enumerare optimos eius mores || 98 permulcere **P**: perfulcire **S** || 99 Exhon. **p** | honerare **p** honorare **n** || 101 insigni **P**: insignis **S** | perstringit *Weberus* || 102 ducere **n** | mestum **P**: moestum **S** || 104 stat nob.] stabilitatis **p**, *corr. mgo m. rec.* || 105 Pulcer **p** || 109 faconde **p**

Limina pauper adit, quem non animosa beatum
Excipit et subito iuuat indulgentia censu?
Quodque magis dono fuerit pretiosius omni,
Diligis ex aequo, nec te fortuna colentum
Natalesue mouent: probitas spectatur in illis.
Nulla superborum patiuntur dicta iocorum,
Nullius subitos affert iniuria risus:
Vnus amicitiae summos tenor ambit et imos.
Rara domus tenuem non aspernatur amicum
Raraque non humilem calcat fastosa clientem;
Illi casta licet, *licet* et sine crimine constet
Vita, tamen probitas cum paupertate iacebit;
Et lateri nullus comitem circumdare quaerit,
Quem dat purus amor, sed quem tulit impia merces;
Nec quisquam uero pretium largitur amico,
Quem regat ex aequo uicibusque regatur ab illo,
Sed miserum parua stipe focilat, ut pudibundos
Exercere sales inter conuiuia possit.
Ista procul labes, procul haec fortuna refugit,
Piso, tuam, uenerande, domum: tu mitis et acri
Asperitate carens positoque per omnia fastu
Inter ut aequales unus numeraris amicos,

---

110 adit *ex* adid *corr.* **p** ‖ 111 census **p** *mgo m. rec.* ‖ *ante* 112 **P**: Quam sincerus esset in dilectione amicorum ‖ 112 dono magis **p**, *sed litteris* a b *appositis corr.* | *malim* malis, *id est miseris* | fuerint **p** | preciosius **P** ‖ 113 Diligis *uulgo*: Diligit **PS** | colentum **Sn**: clientum **p** ‖ 120 Illi **n**: Illa **p** Illic **S** | licet, licet *scripsi*: licet *semel* **S** licet domus **P** *ex aperta interpolatione*; **p** *mgo m. rec.* Illic casta licet mens, *quod transiit in editt.* ‖ 121 papertate **n** ‖ 122 Sed lateri nullus **S** *et* **p** *mgo m. rec.* Nullus iam (tam **p**) lateri **P**; *pro* Sed *Santenius* Et, *Klussmannus* Sic, *Weberus* Si *coniecerunt* | querat **n** ‖ 123 sed — merces *om.* **P**, *in* **p** *add. m. rec.* ‖ 124 uere **n** | precium **P** ‖ 126 stirpe **p** | focilat **S**: *om. in lacuna* **P** munerat *aliquot edd.* | pudibundos **P**: pudibundus **S** ‖ 128 Ista p. labes **P**: Ipse p. liuor **S**, *qui* labes *pro uar. lect. habet* | *alterum* procul *om.* **p** | *pro* fortuna *Maehly coni.* ferrugo ‖ 131 ut **S** *et* **p** *mgo m. rec.*: et **P** | imus **p**

Obsequiumque doces et amorem quaeris amando.
Cuncta domus uaria cultorum personat arte,
Cuncta mouet studium; nec enim tibi dura clientum
Turba rudisue placet, misero quae freta labore
Nil nisi summoto nouit praecedere uulgo;
Sed uirtus numerosa iuuat. tu pronus in omne
Pectora ducis opus, seu te grauiora uocarunt
Seu leuiora iuuant. nec enim facundia semper
Adducta cum fronte placet: nec semper in armis
Bellica turba manet, nec tota classicus horror
Nocte dieque gemit, nec semper Gnosius arcum
Destinat, exempto sed laxat cornua neruo,
Et galea miles caput et latus ense resoluit.
Ipsa uices natura subit uariataque cursus
Ordinat, inuersis et frontibus explicat annum.
Non semper fluidis adopertus nubibus aether
Aurea terrificis obcaecat sidera nimbis:
Cessat hiems, madidos et siccat uere capillos;
Ver fugit aestates; aestatum terga lacessit
Pomifer autumnus, niuibus cessurus et undis.
Ignea quin etiam superum pater arma recondit
Et Ganymedeae repetens conuiuia mensae
Pocula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra.
Temporibus seruire decet: qui tempora certis
Ponderibus pensauit, eum si bella uocabunt,

---

ante 133 *habet* **P**: Quod non uacaret ocio sed pro loco et tempore honestis exercitiis (-citus **n**) occupatus cum suis (c̄finis **n**) esset ‖ 133 cunctorum **p** ‖ 134 fouet *Maehly* | dura; *malim* cruda ‖ 135 ruit ue **p** | qui **n** | labore **Sn**: laborē **p**; *fortasse* pauore ‖ 137 Si **n** | pronus **PS**: promptus **S** *pro uar. lect.* ‖ 138 uocar̄t **p** uocarent **n** ‖ 139 facondia **p** ‖ 140 cum] n̄ **p** | nec **P**: non **S** ‖ 142 gemit] simul **n** | non **S** | arcum *Reichardus*: arcu **P** arcus **S** ‖ 143 exemto **P** | neruo **S** *et* **p** *mgo m. rec.*: ferro **P** ‖ 146 *om.* **P** ‖ 146 frontibus *Beckius*: frondibus **S** ‖ 147 pluuiis *pro* fluidis *Heinsius* | adopertus *ex* adoperta *corr.* **n** ‖ 148 sydera **S** ‖ 149 hyems **S** hiens **p** hiemps **n** ‖ 150 lascessit **p** ‖ 151 autumpnus **P** | niuibus *Barthius*: nubibus **S** nimbis **P** | *an* umbris? ‖ 152—154 *om.* **P**

Miles erit; si pax, positis toga uestiet armis.
Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt.
Felix illa dies totumque canenda per aeuum,
Quae tibi, uitales cum primum traderet auras,
Contulit innumeras intra tua pectora dotes.
Mira subest grauitas inter fora, mirus omissa
Paulisper grauitate lepos. si carmina forte
Nectere ludenti iuuit fluitantia uersu,
Aonium facilis deducit pagina carmen;
Siue chelyn digitis et eburno uerbere pulsas,
Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus
Et te credibile est Phoebo didicisse magistro.
Ne pudeat pepulisse lyram, cum pace serena
Publica securis exultent otia terris,
Ne pudeat: Phoebea chelys sic creditur illis
Pulsari manibus, quibus et contenditur arcus;
Sic mouisse fides saeuus narratur Achilles,
Quamuis mille rates Priameius ureret heros
Et grauis obstreperet modulatis bucina neruis:
Illo dulce melos Nereius extudit heros
Pollice, terribilis quo Pelias iuerat hasta.
Arma tuis etiam si forte rotare lacertis

---

157 uestiet **p**, **n** *m. 2* (u *supra* g *scripta*): gestiet **S**, **n** *m. 1* *et* **p** *mgo m. rec.* ‖ 158 Tunc **n** | paccatum **P** (*in* **p** *ex* pecc. *corr.*) | decebunt **n**: docebunt **Sp** ‖ 159 totũm diẽs **n** (*om.* que) | aeuum **S**: orbem **P** ‖ *ante* 162 *habet* **P**: Quod interdum grauis interdum non ridiculose sed decenter esset urbanus ‖ 166 chelin **S** chelim **P** | uulnere **p** ‖ 167 appoll. **p** | regitur *Maehly* ‖ 168 phebo **P** ‖ 169 Ne **n** *m. 1*: Nec **Sp** *et corr.* **n** *m. rec.* | liram **P** ‖ 170 ocia **Sp** ‖ 171, 172 *om.* **P** ‖ 171 Ne *scripsi*: Nec **S** | chelis **S** | sic *scripsi*: si **S** ‖ 173 *dedi ex* **S**: Ipse fidem mouisse ferox n. a. **P** ‖ 174, 175 *om.* **P** ‖ 174 primaeuus **S**, *corr. edd.* | Hector *Wernsdorfius* ‖ 175 buccina **S** ‖ 176 nereius *ex* nerius *corr.* **n** | extudit **S** *et* **p** *mgo m rec.*: exculit **p** extulit **n** ‖ 177 iuerat hasta *Schraderus*: ibat in hostem **PS** ‖ *ante* 178 *habet* **P**: Quam circumspectus animosus et promptus in armis extiterit ‖ 178 Arma tuis — lacertis **S**: Armatos — lacertos **P**

Inque gradum clausis libuit consistere membris
Et uitare simul, simul et captare petentem:
Mobilitate pedum celeres super orbibus orbes
Plectis et obliquis fugientem cursibus urges;
Et nunc uiuaci scrutaris pectora dextra,
Nunc latus aduersum necopino percutis ictu.
Nec tibi mobilitas minor est, si forte uolantem
Aut geminare pilam iuuat aut reuocare cadentem
Et non sperato fugientem reddere gestu.
Haeret in haec populus spectacula, totaque ludos
Turba repente suos iam sudabunda relinquit.
Te si forte iuuat studiorum pondere fessum
Non languere tamen lususque mouere per artem,
Callidiore modo tabula uariatur aperta
Calculus et uitreo peraguntur milite bella,
Vt niueus nigros, nunc et niger alliget albos.
Sed tibi quis non terga dedit? quis te duce cessit
Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?
Mille modis acies tua dimicat: ille petentem
Dum fugit, ipse rapit; longo uenit ille recessu,
Qui stetit in speculis; hic se committere rixae
Audet et in praedam uenientem decipit hostem;
Ancipites subit ille moras similisque ligato
Obligat ipse duos; hic ad maiora mouetur,
Vt citus ecfracta prorumpat in agmina mandra
Clausaque deiecto populetur moenia uallo.
Interea sectis quamuis acerrima surgant

---

179 gradu *Lipsius* | libuit *ex* limbunt *corr.* p ‖ 180 captare S: raptare P ‖ 182 Plectis S: *om.* P Flectis *add. in* p *m. rec.* ‖ 183 Et nunc P: Nunc quoque S | scrupt. p ‖ 184 nec opino P (opinio n) ‖ 185—187 *om.* P ‖ 187 gestu] caestu S *pro uar. lect.* ‖ 188 ad haec *Wernsdorfius* | ludos S *et* p *mgo m. rec.*: lusus P ‖ 189 relinquid n ‖ 190—209 *om.* P ‖ 198 capit *coni. Maehly* ‖ 199 *malim* speculis, ac se ‖ 200 diripit *Maehly; melius erit* deripit ‖ 202 Adligat *Cortius* ‖ 203 ecfracta *ego*: et fracta S effracta *uir doctus quidam* ‖ 204 Clausaque *uix sanum*; Quassaque *propos. Maehly; malim* Densaque ‖ 205 septis *Senftlebius* lectis *Maehly*

Praelia militibus, plena tamen ipse phalange
Aut tantum pauco spoliata milite uincis,
Et tibi captiua resonat manus utraque turba.
Sed prius emenso Titan uergetur Olympo,
Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.
Felix et longa iuuenis dignissime uita
Eximiumque tuae gentis decus, accipe nostri
Certus et hoc ueri complectere pignus amoris.
Quod si digna tua minus est mea pagina laude,
At uoluisse sat est: animum, non carmina iacto.
Tu modo laetus ades: forsan meliora canemus
Et uires dabit ipse fauor, dabit ipsa feracem
Spes animum: dignare tuos aperire Penates,
Hoc solum petimus. nec enim me diuitis auri
Imperiosa fames et habendi saeua libido
Impulerunt, sed laudis amor. iuuat, optime, tecum
Degere cumque tuis uirtutibus omne per aeuum
Carminibus certare meis: sublimior ibo,
Si famae mihi pandis iter, si detrahis umbram.
Abdita quid prodest generosi uena metalli,
Si cultore caret? quid inerti condita portu,
Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamuis
Armamenta gerat teretique fluentia malo
Possit ab excusso dimittere uela rudenti?
Ipse per Ausonias Aeneia carmina gentes

---

207 tantum *scripsi*: etiam **S**, *in quo uersui asteriscus praepositus* ‖ 209 uergetur *scripsi*: uersetur **PS** mersetur *Wernsdorfius* | olimpo **P** ‖ 212 Proximumque **n** ‖ 213 et hoc *uulgo*: et hec **P** ut hoc **S** ‖ *ante* 214 *habet* **P**: Excusatio auctoris quod minus sufficiat ad exprimendas omnes eius laudes ‖ 214 tua digna, *sed corr.*, **p** ‖ 215 carmine **S** *pro uar. lect.* ‖ 216 meliora **S**: maiora **P** ‖ 221 Impulerunt *Wernsdorfius*: Impulerant **S** Impulerit **P** (Impulerint **n** *teste Rothio*) ‖ 224 si *alterum*] se **n** | umbram] unquam **p** ‖ 226 inerci **p** ‖ 228 gerat **PS**: ferat *edd. aliquot* ‖ 229 ab *scripsi*: et **PS** | dimittere **S** *et* **p** *mgo m. rec.*: demi(t)tere **P** | rudenti **P**: rudente **S** *et* **p** *m. rec. mgo; cf. German. Arat.* 155 ‖ 230 eneia **P**

Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum
Maeoniumque senem Romano prouocat ore,
Forsitan illius nemoris latuisset in umbra,
Quod canit, et sterili tantum cantasset auena
Ignotus populis, si Maecenate careret.
Qui tamen haut uni patefecit limina uati
Nec sua Vergilio permisit somnia soli:
Maecenas tragico quatientem pulpita gestu
Erexit Varium, Maecenas alta tonantis
Eruit et populis ostendit Troica Macri
Carmina Romanis etiam resonantia chordis,
Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.
O decus, in totum merito uenerabilis aeuum,
Pierii tutela chori, quo praeside tuti
Non umquam uates inopi timuere senectae,
Quod si quis nostris precibus locus, et mea uota
Si mentem subiere tuam, memorabilis olim
Tu mihi Maecenas tereti cantabere uersu.
Possumus aeternae nomen committere famae,
Si tamen hoc ulli de se promittere fas est
Et deus ultor abest; superest animosa uoluntas

---

231 olimpum **P** || 233 meroris **p** || 235 mecenate **P** Mecoenate **S** || 236 haut **p**: haud **S** aut **n** || 237 uirgilio **P** | promisit **p** | somnia *scripsi*: nomina **P** numina **S** carmina *Lachmannus in Hauptii opusc.* III 416 || 238 Mecoenas **S** Mecenas **n** Mechena, s *suprascr.*, **p** | utragico **p** | gestu **P**: caestu **S** gressu *Trillerus* || 239 Erexit **S**: Euexit **P** | Varium *edd.*: Varum **SP** | Mecoenas **S** mecenas **P** | alte **n** | tonantis **S**: toantis **P** sonantis *Wernsdorfius* apta togatis *Lachmannus in Hauptii opusc.* I 406 || 240 Troica Macri *scripsi*: nomina Graiis **S** nomina grais **P** acumina Gai *Lachmannus l. l.* carmina uatis *Ungerus* || 241 cordis **P** || 242 chelin **S** chelim **P** | gracilis *si poeta scripsit, mirum sequebatur iudicium; fort.* lyrici; facilis *Cuperus* | horatii **P**: Arati **S** || 243 in totum — aeuum **S**: et toto — aeuo **P** || 245 Non unquam **P**: Nonnunquam **S** || *ante* 246 **P** *habet*: Quantum anhelet (annelet **n**) pisonis attollere laudes hic iterum aperit || 246 nostre **n** || 248 mec. **P** Mecoenas **S** | terethi **n** || 251 autor adest *pro uar. lect.* **S**

Ipsaque nescio quid mens excellentius audet.
Tu nanti protende manum: tu, Piso, latentem
Exere. nos humilis domus, at sincera, parentum
Et tenuis fortuna sua caligine celat.
Possumus impositis caput exonerare tenebris
Et lucem spectare nouam, si quid modo laetus
Annuis et nostris subscribis, candide, uotis.
Est mihi, crede, meis animus constantior annis,
Quamuis nunc iuuenile decus mihi pingere malas
Coeperit et nondum uicesima uenerit aestas.

---

252 quid *ex* quod *corr.* **p** | audes **n** ‖ 253 Tunati **p** ‖ 254 at *Lipsius*: et **PS** | syncera **S** ‖ 255 Et *Reichardus*: Sed **PS** | caelat **S** ‖ 256 capud exhonerare **p** ‖ 260 Cum uixdum *Maehly* | massas **p** ‖ 261 Ceperit **P** | aestas *edd.*: (a)etas **PS** ‖ *hic* **P** *uu.* 77 — 80 *habet* ‖ *in fine iuuat adicere scholiastae a Valla editi ad Iuuenal.* V 109 *uerba fortasse carminis nostri cum recordatione scripta* (*p.* 235 *ed. Iahn*): Piso Calpurnius, ut Probus inquit, antiqua familia, scaenico habitu tragoedias actitauit, in latrunculorum lusu tam perfectus et callidus ut ad eum ludentem concurreretur. ob haec insinuatus G. Caesari repente tamen [*ita scripsi*: etiam *uulgo*] relegatus est, quia consuetudinem pristinae uxoris abductae sibi ab ipso, deinde remissae, repetiisse existimabatur. mox sub Claudio restitutus et post consulatum materna hereditate ditatus magnificentissime uixit meritos subleuare inopes ex utroque ordine solitus, de plebe uero certos aliquot quotannis [certos quotquot annis *uulgo*] ad equestrem censum dignitatemque prouehere.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Cum inde ab eo tempore, quo singula carmina a me cartis mandata typisque impressa sunt, nonnulla accesserint cognitu non indigna, hic loci ea omnia adicere est uisum. praeterea infandi taedii laborem in apparatu critico et digerendo et corrigendo positum qui umquam ipse expertus est, lubenter puto excusabit uitia nonnulla inuito editore inlapsa.

I.

Arati Prognostica interuallo non ita paruo post Phaenomena a Cicerone conuersa esse, nunc Henricus quoque Iordanus statuit in libro suo 'Kritische Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache' (Berolini 1879) p. 299.

II.

Ad Gratium symbola critica interea contulit Th. Birtius in opusculo 'de Halieuticis Ouidio poetae falso adscriptis' (Berolini 1878) p. 24, 33, 68 sq., 80 sq.

In apparatu critico addendum est **A** u. 2 'causpicio' ita habere ut 'c' prior supra sit punctata, u. 93 'armis' ex 'arnis' correctum, u. 108 'uenabula' ex 'uenenbula' (altera 'n' non plene scripta), u. 186 'apro', 's' ultima abscissa; u. 197 'exibit' uoci a m. rec. 'ui' suprascriptum est. — ad u. 522 comma post '(= esui)' et lineolam post '*p.* 18' pone.

III.

Ad Priap. XII 1 adde in notis, pro 'iunior' Birtium (in thesibus dissertationi saepius laudatae subiectis) coniecisse 'canior'. — ad Priap. LXVI 3 post 'Nil mirum ς *pauci*' dele '**A**'. — ad LXVIII 21 nescio quo casu intercidit 'flos lacteus *coni. Scaliger perprobabiliter, nisi forte* albidus *malis.*'

IV.

Quidquid monui, impetrare non potui a typothetis ut u. 26 formam multis exemplis sat tutam 'Clytaemestra' reponerent. — u. 172 in textu pro 'Quom' lege 'Quem'. — in adnotatione deinde numeros 179 et 177 transpone.

V.

Vere antiquom esse Epicedion, Buecheleri quoque opinio est, breuibus illa exposita libelli 'Philologische Kritik' inscripti (Bonnae 1878) pagg. 21, 22. — ut multa obiter indicare magis quam lucide explanare debui secundum huius editionis rationem, ita ad u. 470 nimis puto obscure adposui 'de *corruptum*'. expecto autem talem fere sententiam: 'hi sunt sensus Drusi; nec tu tanto uiro minores sensus gere'. in mentem uenit 'Nec tu nunc (dein) tanto' uel 'Nunc tu ne tanto'; sed uideant alii.

VI. VII.

Auctorem harum elegiarum Seneca quidem recentiorem, sed Dione longe superiorem putat Buechelerus in Coniectaneis nuperrime editis (progr. uniu. Bonn. 1878/79) p. 13. — nouas ad prius carmen coniecturas habes in Birtii de Ouidii Halieuticis libro supra laudato (pp. 8—10).

VI 33 adde, **P** quoque pro 'quercum' exhibere 'que'; u. 37 **B** non 'tunnei', sed 'tnnnei' praebet (quod itidem typothetis incredibile est uisum); ibidem adice, Riesium 'Ninnei', Buechelerum 'cygnei' coniecisse; u. 79 lege 'tibi **RV**: tua **BMH**'; u. 124 in testimoniis de 'puniceo' et 'leuante' bis dele '**V**'.

X.

Phaenom. 471 **B** a m. 1 habet 'fulgentis' ('i' in 'e' corr.), quod repone. — deinde **E** u. 119 'Praestabat' ex 'Praedabat' correctum et u. 252 'Dextera' praebet. — Prognost. II 15 (p. 189) in notis lege 'Sagitteriferique rara **CS** *m. 1*' (pro '**E**').

Ceterum de reliquis carminibus sub Germanici nomine nobis traditis alio huius operis loco agendum erit.

XII.

Omisi indicare, Miconem Leuitam huius carminis uu. 16 et 42 ita laudare ut hunc sine auctoris nomine adferat, illum Ouidio tribuat. — u. 40 **D** habet 'Aparet'. — u. 45 'complectens' coniecit E. Heydenreichius in Fleckeis. annal. a. 1878 p. 416.

Leuiora typothetarum uitia (ut p. 211 lin. ult. _ ∪ pro ∪ _) facile ipsi corrigent lectores.

POETAE LATINI MINORES.

RECENSUIT ET EMENDAVIT

AEMILIUS BAEHRENS.

VOLUME N II.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXX.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

XVI.

APPENDIX VERGILIANA.

Inter multa carmina latina, quae Vergilii tamquam auctoris nomen ficticium prae se ferunt, certa quaedam utpote ad collectionem iam antiquitus institutam Vergilioque attributam pertinentia eminent. hanc collectionem per uaria quae medio aeuo subiit fata persequi et, in quantum fieri licet, integritati suae reddere nostro saeculo complures uiri docti sunt adgressi. et primus quidem qui uia et ratione procederet A. F. Naekius erat in dissertatione 'de Virgilii libello iuuenalis ludi' Valerii Catonis pgg. 221—251. porro O. Ribbeckius in appendice sua Vergiliana quaestionem illam promouit. peruersa autem de eadem statuit L. Muellerus praefationis ad Catullum pgg. XLI —XLVII. denique nos ipsi rem tractauimus Fleckeiseni annalium a. 1875 pgg. 137—144; et quamquam quae tum protulimus in uniuersum hodie quoque probamus tamen in singulis nonnullis certiora melioraque nos edocuit dies.

Omnis autem haec disputatio initium sumere debet ab eis quae qui Vergilii uitam enarrabant nobis tradiderunt. ex quibus Aelius Donatus siue potius Suetonius (nam ad hunc redire uitam Donatianam nunc docti consentiunt) haec exhibet: *poeticam puer adhuc auspicatus in Ballistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit:*

Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus:
Nocte die tutum carpe, uiator, iter.
deinde Catalecton et Priapia et Epigrammata et Diras, item Cirim et Culicem, cum esset annorum XVI. cuius materia talis est. pastor fatigatus aestu cum sub arbore condormisset et serpens ad eum proreperet e palude, culex praeuolauit atque inter duo tempora aculeum fixit pastori. at ille continuo culicem contriuit et serpentem interemit ac sepulcrum culici statuit et distichon fecit:
Parue culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium uitae pro munere reddit.
scripsit etiam de qua ambigitur Aetnam. mox . . . ad Bucolica transiit eqs. in quibus uerbis cum alii alia uoluerint remouere (Hagenus transpositionis signo in codice Bernensi obuio non recte usus illud ‘de qua ambigitur’, Nettleshipius nuperrime libris nonnullis recentissimis innisus totum illud ‘catalecton — cirim et’), a tali conatu abstinebit qui horum pseudouergilianorum historiam penitus est perscrutatus. sed non dubito quin librariorum culpa unius carminis mentio perierit: scilicet refinxerim *item Cirim ⟨et Cupam⟩ et Culicem*, erroris causa in propatulo posita. nam Copam siue Cupam Seruius diserte enumerat.

Hic autem Seruius ita scribit: *primum ab hoc distichon factum est in Ballistam latronem: Monte — iter. scripsit etiam septem siue octo libros hos: Cirin Aetnam Culicem Priapeia Catalepton Epigrammata Copam Diras. postea* eqs. in quibus illud ‘Catalepton’ firmatur testimonio libri optimi Parisini uniusque Burmanniani (cf. Thilonis apparatus), cum ceteri formam uulgarem ‘catalecton’ praebeant. mirum autem illud ‘septem siue octo’ infra explicabitur. — ceterum quod uterque grammaticus diuersum secuntur ordinem: ex memoria eos sua posuisse apparet.

Carmina a Suetonio Seruioque commemorata etiamnunc, licet multis permixta alienis, extant in

codicibus plurimis. de quibus ante omnia cum cura disputaturus praemittam, non extare in litteris latinis rem magis intricatam arduamque; tot enim diuersissimi aeui pretiique libri mss. in contemplationem sunt uocandi ut, nisi Ariadnae quod uocant filum firme teneas, de exitu paene desperes. postquam autem priores magis casu ducti quam consilio codices adhibuerunt, primus Iulius Silligius diligentissime eis undique comparandis conferendisque nauauit operam huiusque fructus proposuit in Vergilii Heyniani quartum emissi tomo IV (Lipsiae 1832), qui instar editionum a Burmannis curatarum amplissimam eandemque uastissimam continet congeriem eorum quae in rem faciunt. et quo minus in ceteris rebus boni editoris nomen Silligio potest impertiri, eo magis non fraudandus est laude conquisitae materiae ditissimae. qua qui usus est Ribbeckius, is quamquam copias Silligianas aliquatenus digessit correxit auxit, tamen et ipse successori haud pauca in apparatu critico siue emendanda siue addenda reliquit et summam quaestionis non absoluit. quae in eo uersatur ut seuera ubique crisi adhibita diuersarum codicum familiarum inter se cognationem detegamus, genuina probaque dinoscamus a prauis interpolatisque, denique fontes quibus carminum textus ad nos peruenit sincerissimos aperiamus. huius ego propositi tenax, etsi apparatum in partibus nonnullis locupletaui, saepius tamen superflua recidi. sed syllogae nostrae fata exponens ne saepius repetam eadem, ipsa res paene me cogit ut proficiscar ab eis quae multos per annos in hac materia uersato mihi certa ueraque apparuerunt. et causas rationesque eorum quae posui attenti lectores ex ipsa perspicient disputatione.

Seruatum igitur erat ex antiquitate lacerum quoddam exemplar opuscula pseudouergiliana eo quem in hac editione exhibemus ordine (scilicet Culicem Diras

Copam Aetnam Cirin Priapea Epigrammata siue Catalepta) continens. id exemplar (quod etsi minime liberum erat a corruptelis ea tamen excellebat bonitate ut, si superesset totum, bene se haberet res critica) ineunte medio aeuo in duas partes ita discissum est ut prior Culicem Diras Copam Aetnam (et cur Aetnam carmen, quod posteriori parti attribuit Ribbeckius, priori potius uindicauerim mox dilucide apparebit), altera reliqua poemata comprehenderet. his duabus partibus uarie consuluit fortuna; nam cum posterior nisi a consuetis quas tempus adspergere solet maculis non deformata ad nos peruenerit, prioris non ita quieta fuere fata. sed haec omnia accuratius demonstraturis nobis agendum est de diuersis librorum mss. familiis.

De prima codicum classe.

Primis medii aeui saeculis partis illius prioris carmina nonnulla transcripta sunt ab hominibus peritis religiosisque, quibus debemus ut Culicis et Copae libelli toti, Aetna autem ex parte saltim nunc in condicione uersentur non nimis abiecta. et octauo quidem saeculo, quantum in re incerta coniectare licet, illinc Aetnam sumpsit

G, Claudiani codex Gyraldinus siue Lucensis plane egregius, sed hodie deperditus. cuius librarius Aetnae carmen Vergilio uulgo adscriptum ideo ut suspicor Claudiano subiecit, quia hic locis nonnullis Aetnam attingit. de quo codice Gyraldino lectores relegamus ad Ludouici Jeepii disputationes in Ritschelii actis soc. phil. Lipsiensis I p. 354 et praefationis ad Claudianum I p. XXX sqq. Gyraldus ipse inde totum Aetnae carmen descripserat; cf. eius dialogi de latinis poetis IV: 'exstat item poema de Aetna monte, — — ex antiquissimo certe et castigato codice, qui Francisci Petrarchae fuisse creditur; illud ego ipse exscripsi'. hoc apographon (quod si haberemus, plane nouam lucem

adfunderet Aetnae partibus eis, in quibus nunc tantum codd. interpolatis utimur) frustra studui indagare: neque in ceteris Italiae bibliothecis, quas quidem adii, neque uero Ferrarae (ubi Gyraldus inde ab anno 1533 uixit) reperire illud mihi contigit; nec Augusto Mauio, qui in Vaticana iterum mea gratia cartas Gyraldinas anquisiuit, melius res cessit. interim ergo, dum apographon illud repertum erit, codicis Gyraldini excerpta adhibenda sunt ea quae inde a Heinsii tempore Lucensia uocantur. nam praeter Gyraldum alter saeculi XV doctus membranam illam nobilissimam partim cum Claudiani editione principe Vicentina contulit, partim descripsit. et haec quidem pars descripta nunc extat in bibliothecae Laurentianae codice plut. 33, 9 saeculi XV exeuntis cartaceo, qui sine titulo incipit ab Aetnae u. 272 'Plenaque desecto' — 287 'uentis' cum subscriptione 'Explicit Aethna. Incipit ad Stilichonem', sequentibus iam Claudianeis. cuius libri in initio sine dubio aliquot folia perierunt Aetnae uu. 138—271 continentia. quippe ad uu. 138—287 possidemus collationem codicis alicuius Medicei siue ab Heinsio siue ab Henrico Ernstio (1603—1665) factam. nam Burmannus ad Ouidii met. I 85 (ubi adfert Aetnae locum) 'sed legendum' inquit 'ex antiquo codice Mediceo, quem Heinsius contulit'. contra extitit olim exemplar Pithoei epigrammatum (Paris. 1590) ab Heinsio ut creditur possessum, in cuius fronte legebatur: 'In Aetna V significat cod. Florentinum, quem inde habuit Ernstius, nempe solum partem illam'. qua editione Pithoeana itidem ut uidetur hodie deperdita ut alii utebantur, ita inde uarias lectiones protulit uir quidam doctus in Walchii Actis societatis Ienensis uol. V a. 1756 p. 3—6, cuius errores correxit adiectis nonnullis emendationibus F. C. Matthiae in 'Neue Bibliothek der schoenen Wissenschaften und freien Kuenste' uol. 59 (Lipsiae 1797) p. 311—327. ex his duobus

fontibus libri G ad Aetnae uu. 138 — 271 uariam lectionem composui, uu. 272 — 287 ipse ex codice Laurentiano descripsi.

Eodem fere tempore, quo Aetna in codicem Gyraldinum recepta est, ex uetustissimo illo exemplari alter librarius transcripsit Culicem et Copam. et codex haec duo opuscula fideliter expressa continens ineunte saeculo XV etiam tunc adfuit. quo spatio cum alius quidam liber (cf. quae infra de Helmstadiensi interpolato dicentur), tum uero ex illo fluxit:

V, codex Vossianus Lat. Oct. 81 (neque enim rectam signaturam dat Ribbeckius prolegg. p. 30), membr., saec. XV, qui haece continet: fol. 1 — 10 *Priapea* (cf. uol. I p. 57: non nostrae collectionis Priapea sunt), fol. 11—13 *Moretum*, fol. 13 sq. *Rosas*, fol. 14 *Copam* et *Est et Non*, fol. 15 *Virum bonum*, fol. 15—22 *Culicem*, fol. 23—26 *elegias in Maecenatem* (cf. uol. I p. 124), fol. 27 sqq. *Petronium* (cf. Buecheleri praef. p. XX), fol. 54—224 *Catullum*, *Tibullum*, *Propertium*. quae uaria opera librarius, alia aliunde sumens, suo scilicet commodo composuit. et cum ceterorum carminum textus plane sit idem quam qui in reliquis eius aetatis libris occurrit et nullis propriis bonis emineat, in Culice et Copa praestantiae tam singularis omnesque quos possidemus codices superantis est ut haec opuscula non possint non sumpta esse ex egregio quodam reuerendaeque uetustatis libro. agnouit summum quod V in Culice habet pretium Iohannes Schraderus in Emendationum libro, sed impugnauit (ut erat homo timidus quique aeui recentis propaginem tot nobiles saeculi IX et X filios albis praecurrere equis non tulerit) Naekius Valerii sui Catonis p. 291 sqq.; ego ita per omnia bonum fidelemque hunc librum cognoui ut in carminibus supradictis pro primario recensionis fundamento habere non dubitauerim. non caret quidem uitiis librarii

oscitantia commissis, sed nihil hic de suo mutauit interpolauitque. ceterum compendiis est scriptus plurimis, quorum is qui conlationem instituit quam diligentissime debet habere respectum*); quae tamen, cum ex sui temporis more posuerit scriba, nulla cum utilitate adferuntur, sed difficultates tantum praebent lectoribus typothetisque. ipse V a. 1876 Ienam transmissum contuli.

Libri V in Culice Copaque et libri G in Aetnae parte plane eadem est indoles: textum praebent purum ab eis quae tempus insequens intulit uitiis grauibus.

De secunda codicum classi.

Vetustissimi exemplaris pars prior deinde siue exeunte saec. VIII siue IX ineunte tota descripta est ab homine neglegentissimo, qui plurima aspersit menda. et plenum quo fieret malum, huic apographo corrupto alter illius aeui homo curas applicauit criticas non conlato exemplari (quod iamiam euanuit), sed ut suis innisus uiribus foedius interpolaret. duplici hoc uitio, et deprauatione ingenti et crassa interpolatione, laborant codices plurimi qui ab correcto illo apographo per uarios gradus repetunt originem**); estque una huius textus facies in Culice Copaque (nam in Diris meliores fontes in comparationem uocare non licet) et in Aetna. praeterea idem interpolator noua quaedam carmina cum nostra sylloge antiquitus nequaquam coniuncta addidit, ea ut suspicor causa permotus quia

---

*) fefellerunt ea interdum Ribbeckium; ueluti, ut unum demus exemplum, Culicis u. 3 V *ſt*^{7} = *sunt* et porro *dc̄a* = *dicta* exhibet.

**) ueluti Culicis u. 362 'moritura metelli' (sic V) abiit in apographo in 'mora melli' (BC), quod quia emendare nesciit reliquit interpolator; at idem u. 332 cum inueniret 'ranolea charybdis' (sic V, quod palmari emendatione in 'Zanclaea' refinxit Schraderus), interpolauit in 'metuenda charybdis'.

septem siue octo ludi iuuenalis Vergilio adscripti partes esse compererat. sunt autem haec: *de Est et Non, de uiro bono, de rosis nascentibus, Moretum.* quorum nullum nec Suetonius nec Seruius inter pseudouergiliana commemorant, poematia *de Est et Non* et *de uiro bono* Ausonii sunt teste huius codice optimo integerrimoque Vossiano L. F. 111, *de rosis nascentibus* itidem Ausonio attribuit uetus codex Accursii. itaque quattuor haec opuscula ab interpolatore aliunde adsumpta esse statuemus ad supplendas sylloges partes amissas.

Iam ex hac membrana corrupta interpolata alienis aucta duo fluxerunt codicum genera, unum in quo Aetna extaret, alterum in quo hoc carmen deesset.

Et prioris quidem generis plenissimus liber nunc est:

S, fragmentum Stabulense, cuius primam notitiam communicauit cum doctis Bormansius (‘Bulletins de l’académie royale Belgique, tome XXI 1854 p. 258—379’), nunc insertum codici miscellaneo Parisino 17177, ubi optinet pgg. 98—103. quinque sunt folia saeculo XI scripta maximae formae binarumque columnarum. fol. 98^{a} *Aetnae* uu. 263—346 ita continet ut in una columna uu. 263—302, in altera uu. 304—346 margine abrupto (262 et 303 nunc abscissis) extent: fol. 98^{b} hodie legi nequit, tantumque dispexi eo contineri *Aetnae* uu. 171—258; folii 99 parte antica deleta in parte auersa habentur *Culicis* uu. 249—330; in folio 100 optime seruato finis *uiri boni* et *Aetnae* initium (1—170) extant; folii 101 dimidiati (una tantum utriusque paginae columna reliqua) in parte antica *Culicis* uu. 331—372, in auersa *Dirarum* uu. 46—90 leguntur; fol. 102^{a} *Copa* et *Roseti* initium, in parte auersa lectu difficillima *Dirarum* u. 91 sqq. usque ad *Lydiae* finem prostant; fol. 103^{a} finem *Roseti* et *Moreti* initium, 103^{b} eiusdem finem, *Est et Non* et initium *uiri boni* praebet: unde facili negotio pristinus codicis status restitui potest. — contuli a. 1875;

uarias lectiones dedi in Aetna (in qua Bormansius parum accurate rem egit), Copa, Moreto.

C, Cantabrigiensis (bibl. uniuersit. 2076), saeculi X—XI (huic enim aetati ego attribuo), formae quaternariae, post medii aeui et Ausonii (quem ipse a. 1875 contuli) carmina quaedam fol. 20—47 *Culicem* et *Aetnam* habet. in his autem adhibui Munronis conlationes, ad Culicem in Ribbeckii, ad Aetnam in ipsius editione extantes.

Aetnae uersus simul in **S** et **C** obuios si examinaueris, intelleges utrumque ex uno exemplari fluxisse. id igitur **S** transcripsit integrum, **C** opuscula tantum primum ultimumque inde sumpsit.

Alterum codicum genus, nisi quod Aetnae libellus in fine omissus est, cum priore coniunctissimum repraesentant libri plurimi hice:

B, Vaticanus 3252, saec. IX in scriptura langobardica, indicante folio primo olim Bembi et deinde Fuluii Ursini, foliorum oblongorum 32. post excerpta ex Seruii de Vergilio narratione et uitam Vergilianam Bernensem (cf. Reifferscheid Sueton. rell. p. 52 in testim.) uersusque Ouidio adscriptos *Virgilius magno quantum concessit Homero* fol. 2—14 habentur *Culex*, *Dirae*, *Copa*, *Est et Non*, *de institutione uiri boni*, *de rosis nascentibus*, *Moretum*, cui subscriptum est *Septem ioca iuuenalia Virgilii finiunt* sequentibus uersibus Octauiano adscriptis *Ergone supremis* (quos ipse a. 1872 contuli) et pseudoouidianis *Qualis bucolicis*; quae excipiunt fol. 15 sqq. *Bucolica* et *Georgica* (ad I 494). nonnulla in hoc libro a manu recenti correcta ipsius uidentur esse Bembi, qui quomodo in suo *de culice Virgilii* opusculo codicem illum aliosque adhibuerit accurate enarrat Ribbeckius [praef. p. 32 sqq.]. usus sum Caroli Zangemeisteri conlatione a Ribbeckio publicata, nisi quod nonnullos locos iterum mihi examinauit A. Mauius.

P, codex Parisinus 7927, olim Colbertinus, in quarto,

saec. X, a fol. 1 post illud *Virgilius magno* praemisso hoc titulo *Poetarum sapientissimi Puplii Virgilii Maronis condiscipuli Octauiani Augusti mundi imperatoris iuuenalis ludi libellus incipit* praebet eodem ordine eadem quae B opuscula, itidemque Moretum excipiunt uersus *Ergone supremis* et Bucolica. codicem, cuius uarias lectiones ex Silligii conlatione manca siglo *A* usus dedit Ribbeckius, in ceteris hic illic examinatum denuo integrum contuli in Diris et Copa, in quibus eius uarias lectiones adscripsi.

T, Parisinus 8069, olim Thuaneus, saec. X—XI, post genuina Vergilii opera eiusque uitam Bernensem et illud *Virgilius magno* fol. 114—121 eodem qui in P habetur titulo praemisso Culicem ceteraque quae B et P carmina ordine non inmutato exhibet. diligenter de eo disseruit Ribbeckius [praef. p. 28 sqq.]. in Diris iterum excussi a. 1875.

Parisinus 8093 post alia carmina fol. 60—68 saeculi XI illo *Virgilius magno* praemisso *Culicem* et post hunc illa *Nocte pluit tota* et *Hos ego uersiculos* et *Sus iuuenis serpens* (de quibus cf. uol. IV) et *Qualis bucolicis*; deinde uero fol. 69 sqq. saeculi X *Diras, Copam, Est et Non, Virum bonum, Rosetum, Moretum* et illud *Ergone supremis* aliaque habet. uidemus igitur syllogen in initio mancam postea saec. XI suppletam esse adiecto Culice et praeterea alienis quibusdam admixtis. in Culice ex Silligii copiis *E* siglo usus uarietatem dedit Ribbeckius, in ceteris communicauit Iosephus Kleinius musei Rhenani uol. XXIV pgg. 610 sqq.; ipse codicem olim euolui.

Augustanus (ut uocauit Naekius Val. Cat. p. 356 sqq.) siue potius Treuirensis saec. XI, formae maximae, post Seruium mutilatum et Prisciani partitiones iam quinque in foliis praemissa uita Bernensi et illo *Virgilius magno* omnia opuscula titulo suo in fronte ornata aeque ac **B P T** habet. in Diris uarias lectiones exhibuit

Naekius, in ceteris Ios. Kleinius l. l. et Rud. Peiperus [Zeitschr. f. Gymn. 1868 p. 774 sqq.].

His adice codices Petauianum [cf. Naekius Val. Cat. p. 338 sqq., Ribbeckius praef. p. 30]; Viechtianum saec. XI [cf. Silligius p. 629]; Parisinum 8207 saec. XIV, quem Colbertinum quartum uocat Silligius, qui p. 22 libri interpolati pretium praedicat sine causa; Laurentianum plut. 33, 31 [cf. quae dixi uol. I p. 56] saec. XIV et Colbertini quarti simillimum; Harleianum 2534 saec. XIII infra iterum attingendum [cf. Ribb. praef. p. 33], Vindobonensem CXXIX Endl. [cf. Schenkl l. infra l. p. 778 sqq. not.] aliosque huius generis.

Quorum librorum omnium, si a paruis uitiis singulorum propriis aut noua in recentioribus interpolatione recedas, tanta est concordia, ouum ut ouo nequeat esse similius. quo magis, cum praesertim de exigui per se pretii codicibus agatur, ingentem uariantium lectionum molem inutiliter exaggerare parcam: unus fere, maximeque **B** inter suos facile princeps communisque fontis imaginem pure reddens plerumque, omnium erit instar. ex ceteris aliquis ubi aut felici errore aut bono scribae inuento rectiorem dat lectionem a reliqua familia diuersam, ς siglo notaui.

De tertia codicum classe.

Altera archetypi pars Cirin Priapea Catalepta continens, ut iam supra dixi, intacta mansit ab inmani illa partis prioris deprauatione, sed et ipsa ditata est aeuo insequenti appendiculis quibusdam itidemque ad nos peruenit duabus codicum familiis; quarum altera infra est adumbranda (cf. p. 18), alteram conformat liber hodie quidem in suo genere integerrimus:

B, codex Bruxellensis miscellaneus 10615—10729 saec. XII, qui sub numeris 10675 et 76 fol. 71 sqq. habet *Cirin* inde a u. 454, *Priapea* tria, *Catalepta* cum carmine finali *Vate Syracusio*; tum Priapeum Tibullo

adscriptum *Quid hoc noui est* et *elegias in Maecenatem* (cf. uol. I p. 124). cuius libri accuratissimam collationem dedit Aemilius Grosse in Fleckeiseni annalibus a. 1869 p. 275 sqq.

Ultro autem apparet priapeum pseudotibullianum et elegias in Maecenatem per medium aeuum casu quodam adhaesisse pseudouergilianis. horum enim syllogen in cataleptis siue potius epigrammatis fecisse finem luce clarius ostendunt uersiculi illi in exitu adiecti *Vate Syracusio.* qua de re L. Muelleri opinionem falsam reieci in Fleckeiseni ann. l. l. p. 140. quamquam iam longe ante libri Bruxellensis aetatem accessionem illam usu uenisse statim intellegetur.

De quarta codicum classe.

Duae partes olim discissae iam medio aeuo iterum coniunctae sunt, ut tamen (quantum quidem scimus) non integrae copularentur sed potius ex utraque quasi quoddam florilegium institueretur. huc pertinent qui communi siglo a me comprehenduntur:

M, codd. Monacenses tres ex uno fonte deriuati (quartum eiusdem prosapiae, utpote saec. XV exaratum, omittere possumus), scilicet clm 305 saec. XI (**m**), 18059 saec. XI (**n**) et 21562 saec. XII (**o**), qui post Aeneidem habent *Moretum*, duo carmina illa *Ut belli sonuere tubae* et *Sus iuuenis serpens* (quae omittit **n**), tum *Maecenatem*, porro *Diras*, deinde illud *Quid hoc noui est* (cum titulo 'Priapeia Maronis'!), denique *Copam.* uidetis quid rei sit: praeter duo noua poematia e parte priore Moretum Copam Diras, ex altera autem appendiculas illas, quae iam ad uergiliana pertinere putabantur, sumpsit nouae huius collectionis redactor. qui cum in Maecenate et priapeo pseudotibulliano ex fonte hauserit cum membrana Bruxellensi coniunctissimo, in Moreto Copa Diris adhibuit librum non uulgaris notae. nam cum **M** plurimis quidem locis secundae classis

interpolationes exhibeant (id quod in Copa comparatio cum V ostendit), praeter uitia quaedam peculiaria nonnullas tamen exquisitas lectiones seruarunt (id quod in Diris potissimum summi est momenti), quae non ex coniectura possunt esse profectae, sed ex puriore fonte comparato repetendae uidentur. collationes ad Copam praebuit Ribbeckii apparatus, ad Diras Naekius [cf. Val. Cat. praef. p. VI sqq.], ad Moretum Silligius p. 337 sq.; Maecenatem ipse excussi. — cum Monacensibus autem coniunctus est codex Parisinus 16236 (Sorbon. 511) saec. XI, qui post Aeneidem exhibet Moretum et partem Maecenatis [cf. uol. I p. 124] fol. 245 sqq.

Porro hic denuo commemorandus est nullius pretii liber Harleianus 2534 (cf. p. 13), ut qui inter poemata partis prioris propria exhibeat illud *quid hoc noui est* ex altera parte arreptum. huc etiam pertinet nobilis liber V supra descriptus, quod ad reliqua praeter Culicem et Copam opuscula attinet, et ille codex, ex quo quintae classis libri sua sumpserunt.

Tali autem exemplari, in quo duae partes integrae recompositae erant, aliquo modo uideri potest esse usus is qui saeculo fere undecimo in Gallia ex uariis poetis latinis collegit flores. habentur quippe in codicibus Parisinis 7647 saec. XII—XIII (p) fol. 112 sq. et Parisino 17903 saec. XIII (n) fol. 72 sq. excerpta ex *Culice, Aetna, Ciri* [cf. uol. I p. 223]; quamquam hic ordo ut fortuitus esse potest, ita alias quoque explicationes admittit. ceterum quod ad pretium excerptorum Parisinorum (quae nota *Par.* in hoc uolumine significaui): in Culice et Aetna — nam Ciris unum uersum continent — uulgarem illa textum classis secundae secuntur, ut tamen hic illic meliores aut certe singulares praebeant scripturas. quas ne ad originem reconditiorem referamus, uetat excerptoris in mutandis auctorum uerbis habilitas aliunde nota [cf. praef. ad Tibull. p. XIII]. *Par.* ipse a. 1875 descripsi.

De quinta codicum classe.

Noua fata saeculo XV sylloge nostra subiit. quo tempore exarati sunt codices maxime hi:

H, Helmstadiensis 332, nunc Guelferbytanus, cartaceus, testibus subscriptionibus fol. 61, 71, 117, 119, 334 extantibus intra annos 1470—74 ab Henrico quodam Hopf scriptus, post Bucolica et Georgica fol. 62 sqq. habet: *Virum bonum*, *Est et Non*, *Rosetum*, *Culicem*, *Diras*, *Moretum*, uersiculos *Monte sub hoc lapidum*, *Copam*, *Maecenatem*, carmen *de littera Pythagorae*, *Aetnam*, *Cirin*, *Catalepta* (praemissis *Priapeis* et addito illo *Vate Syracusio*), porro fol. 108 sqq. uaria *duodecim sapientium* carmina, fol. 120 sqq. *Probae* centonem aliaque christiana et argumenta Aeneidos, fol. 140 sqq. Aeneidem, quam fol. 334 excipiunt poemata uaria *Mantua me genuit*, *Nocte pluit tota*, *Sperne lucrum*, *Tityron et segetes*, *Temporibus laetis*, *Iusserat haec rapidis*, *Ergone supremis*. hanc collectionem num librarius totam descripserit an ipse instituerit erui nequit. ut-ut hoc se habet, liber est inter Italicos certe eminens, cuius fontes nunc aperiendi. et de parte posteriore (Aetna, Ciri cum Cataleptis) cum infra disputandum sit, hic monebo in Culice et Copa eius aliquam cognationem esse cum optimo libro V (cuius rei certissimum est indicium praeter alia omissi in utroque Culicis uu. 412—414). nimirum in his opusculis codex ille, ex quo H hausit, ex eodem libro egregio quo V uidetur profectus esse primitus, ut tamen postea comparata secundae classis membrana pristinam praestantiam locis plurimis oblitterarit. certe H cum contaminato suo textu a libri V bonitate ita recedit, uix hic illic huius umbra ut supersit. — multa in H correxit manus paulum recentior (*m. 2*), partim ex coniectura partim ex aliis codicibus. — ipse in omnibus huius uoluminis opusculis H contuli Ienae.

M, cl. Monacencis 18895, formae octauae, cartaceus, scriptus a. 1452, fol. 225 sqq. *Catalepta* (in fronte *Priapeis* et illo *Vate Syracusio* in fine adiectis) et uaria XII sapientium carmina aliaque continet. est plane gemellus libri H, cum quo ad idem exemplar redit. Ienae ipse excussi.

R, Rehdigeranus S. I 6, 17, membr., formae oblongae minoris, saeculi XV fere medii (praue alii saec. XIII uel XIV adscribunt), post Statii siluas fol. 87 sqq. *Cirin*, fol. 98 sqq. *Aetnam*, fol. 111 sqq. *Maecenatem*, fol. 115 sqq. *carmen ad puerum* Vergilio adscriptum (de quo alibi est disserendum) et uaria XII sapientium poemata itidem Vergilio uindicata, fol. 125 illud *Quid hoc noui est* (cum titulo 'Vergilii minor priapea'!), fol. 126 sq. *Catalepta* cum *Priapeis* praefixis et illo *Vate Syracusio* subiecto, fol. 132 sq. pauca alia ad Vergilium relata continet. ipse contuli.

A, codex Arundelianus musei Britannici 133 (olim 'Bilibaldi Pirckheimer'), cartaceus, saec. XV, exceptis siluis Statianis eadem fere atque R, quocum coniunctissimus est, scilicet fol. 89 *Cirin*, fol. 92^{b} *Aetnam*, deinde post alia fol. 101 sq. *Catalepta* cum suis habet. in Ciri altera manus, quam a significaui, plurimas intulit uarias lectiones correcturasque, quibus mire conuenit cum codice L statim describendo. Ciris conlationem debeo Eduardo Sieuersio, conlegae olim Ienensi (nonnulla, de quibus dubitaui, iterum inspexit E. M. Thompson), in Aetna lectionis uarietatem selectam praebet Munro, Catalepta cum suis ipse excussi.

Hi quattuor codices inter se cognatissimi sunt in Aetna Ciri Priapeis Cataleptis; in quibus ad eundem archetypum ita redeunt ut longe fideliores H M ex uno eius apographo, ex altero peiores A R fluxerint. scimus autem Pomponium Laetum talem aliquem codicem possedisse. de quo is qui editionem Romanam alteram a. 1471 curauit in epistula ad Laetum praemissa [cf.

Naekius Val. Cat. p. 380] haec scribit: *tu tamen mihi etiam Aetnam Maronis et Cirin, integras quidem et incmendatas, Catalecton uero etiam corruptius et imperfectum tradidisti.* memini me uidere Romae in bibliotheca Corsiniana et alibi codices saec. XV—XVI corruptissimos pessimosque tria opuscula commemorata et in fine catalepton manca continentes, quos inspicere et abicere idem est. habemus in his propaginem foede degeneratam uetustioris cuiusdam libri, quem melius (quamquam adiectis aliis) repraesentant libri supra enumerati **H M** et **A R**. iam in Ciri et Cataleptis cum Priapeis communis ille Italicorum fons intimo necessitudinis uinculo cum Bruxellensi tenebatur; sed idem quia Aetnam quoque continuit, uidemus eum librum fuisse quartae codicum classi adscribendum. adsumptus est autem in Italicorum archetypum Aetnae libellus ex membrana quadam secundae classis; nam textus Aetnae in Italicis obuius etsi magis mendosus lacunosusque, tamen in uniuersum paene idem est atque in **C S**.

Oblata Pomponii Laeti mentione ita utar ut codicem eius manu scriptum, scilicet Vaticanum 3255 membr. saec. XV, hic breuiter attingam. is inter cetera pseudouergiliana (praeter Copam et Catalepta) fol. 56 sqq. etiam Cirin carmen foede interpolatum habet. sed cum tanta in Ciri codicum penuria laboremus, quamuis inuitus lectiones eius (L notati) ex apparatu Ribbeckii, qui praef. p. 37 descripsit eum, adposui. Aetnae, quae optinet fol. 81 sqq., specimen meo rogatu confecit A. Mauius, unde in hoc quidem poemate nullam omnino illius utilitatem esse perspexi.

Iamque ad ultimi pretii codices deuenimus. restant enim qui commemorentur musei Britannici Sloaneus 777, carta uilissima; Vossianus lat. fol. 78 cart. saec. XVI fol. 102—143 omnia pseudouergiliana continens, sed ex editione principe descriptus ideoque

proprio pretio plane destitutus (*X* est Ribbeckio in Cataleptis); Vossianus lat. oct. 96 cart. saec. XV, liber pessimus; codex Basileensis cart. saec. XV, uetustissimae alicuius editionis apographon, et siqui sunt alii horum similes. extant etiam plurimi libri saec. XV unum aliquod carmen (maxime Copam aut Moretum) exhibentes, quorum haud paucos in Italiae praecipue bibliothecis inueni, alios enumerauit Silligius p. 630 sqq. in his omnibus nihil omnino inest ad cognoscendum melius textum traditum, sed paucae lectiones bonae ad correctores Italos sine cunctatione sunt reuocandae.

Editiones denique uetustas cum sincerioribus quam nos fontibus non usas esse plane constet, non anxie studui quaerere, in qua earum quae correctio coniecturaue primum deprehendatur; quod, nisi tota tibi supellex praesto est, numquam accurate quidem eruere potes. itaque ubicumque primus emendatae alicuius lectionis auctor me latebat, notam *edd. ant.* siue *uulgo* posui.

Postquam generaliter sylloges fata uaria adumbrauimus, nunc in singulis carminibus quinam codices textus recensendi constituant fundamentum breuiter componam, simul quid docti ad emendationem contulerint indicaturus. quibus praemittam, 0 notam ubique omnium plurimorumue librorum consensum, ς deteriorum lectiones e coniectura ortas significare.

In *Culice* igitur principes partes sunt V(ossiani L. O. 81: cf. p. 8), qui uetustissimum exemplar iam multis locis utpote in carmine diligenter olim lectitato mendosum fidelissime reddit; hunc longo secuntur interuallo B(embinus: cf. p. 11) et C(antabrigiensis: cf. p. 11) duas classis secundae interpolatae familias plane repraesentantes, quos ita adhibeamus ut semper eorum indolem bene respiciamus*). quibus in parte

*) est etiam cauendum nequid singularibus lectionibus tribuamus. ueluti ubi B et V consentiunt, scripturam antiquitus

carminis accedunt *Par*(isina excerpta: cf. p. 15). ad hos libros si adicimus H(elmstadiensem: cf. p. 16) ita inter V et B C fluctuantem ut multo saepius cum his faciat, habemus supellectilem criticae exercendae omni ex parte sufficientem.

In *Diris*, quibuscum *Lydia* iam antiquo tempore erat coniuncta, cum magno criticae incommodo damnoque caremus libro aliquo, qui aeque ac V integer a labe sit. qui si praesto esset, sine dubio haud pauci loci nunc obscuri longe aliam habituri essent faciem. sed eam ob causam praeter B(embinum), qui quoniam in hac parte non plenam secundae classis dat imaginem stabiliendus est uisus P(arisino: cf. p. 11) et T(huaneo: cf. p. 12) consanguineis, maximi sunt momenti M(onacenses: cf. p. 14) plerumque quidem cum illis consentientes sed pauca saltim bona aliunde accersita praebentes. quibus H(elmstadiensem), ut Italicorum adsit specimen, addidimus. — ex editionibus peculiaribus commemorandae Wernsdorfii [poet. lat. min. III p. 1 sqq.], Eichstaedtii et Putschii [Ienae 1826 et 1828] maximeque Augusti Naekii ['Valerii Catonis carmina', Bonnae 1847], opus doctum et laboriosum; cf. et Maur. Schmidtius in Philologi uol. VIII p. 190 sqq., Hauptius Hermetis VIII p. 12 [= opusc. III p. 613 sqq.].

In *Copa* iterum presse libri V auctoritatem sequi par erit. iuxta quem cum Silligius Ribbeckiusque Gudianum quendam et Gaibacensem et eiusmodi libros saeculo XV ab Italis recensitos ponere sustinerent, neglexerunt pauca quae his insunt bona uni V deberi (cuius lenes quosdam errores bis terue feliciter illi correxerunt), sed praeterea omnia in illis interpolationem paene clamare. et sordent etiam prae Vossiani praestantia

---

traditam nos tenere secure statuemus. itaque si ex. gr. u. 37 'sancte puer' **BV**, 'sancte pater' **C**, et u. 186 'pupula' **BV**, 'pabula' **C** exhibent: has Cantabrigiensis lectiones per se quidem nauci habeamus.

secundae classis libri S(tabulensis: cf. p. 10) et BP (nam Thuaneo adferendo hic parcere possumus) et qui frequentius cum his faciunt M(onacenses), denique ultimi ordinis codex H*). ceterum si quis miretur uerba uulgatissima (uelut u. 28 'etiam') tam inmaniter in reliquis praeter V libris potuisse deprauari ideoque rarius aliquid potius latere arbitretur, eum ut corruptiones in Culice et Aetnae parte obuias attente examinet monemus. — commemorandae hic C. D. Ilgeni animaduersiones philologicae et criticae in Copam [Halae 1820].

Aetnae recensio in parua parte uu. 138—287 egregio libro G(yraldino: cf. p. 6 sqq.) innisa in longe maiore interpolatis codicibus utcumque instituenda est. e quibus C(antabrigiensis: cf. p. 11) et S(tabulense fragmentum: cf. p. 10) cum *Par*(isinis excerptis) tantum superant recentes codices Italicos, quantum inter hos eminet H(elmstadiensis) suae familiae genitorem optime referens**). iam ne in hoc carmine apparatus nimium in modum coaceruaretur, huius propinquos Rehdigeranum et Arundelianum multo deteriores tantum grauioribus locis et ubi e re uisum est siglo ς usus attuli; reliqui libri (ut Sloaneus 777 aliique) ubi quid proprii boni exhibent, Italorum nomine adscripsi. — sat constat non extare fere in poesi Romana rem difficiliorem

*) quibus gradibus in Copa interpolatio progressa sit docet u. 8, cuius in uetustissimo exemplari haec fuit species teste V:

Et triaclia umbris frigida harundineis.

in quibus uerbis secundae classis parens reposuit 'harundinibus'; deinde cum iam 'umbris' non staret, ex hoc in HM factum est 'umbrosis' (Itali praetulerunt 'umbriferis'). sic uersus, in quo praeter corruptum iam antiquitus 'triaclia' (hoc quidem bene Itali in 'trichila' refinxerunt) nil in antiquissimo exemplari defuit nisi 'a' interiectio post 'triaclia' interlapsa, paulatim sub interpolatorum manibus diuersas induit facies.

**) libri H conlationem a Lachmanno factam num Iacobus sat diligenter ediderit dubito. certe ex mea conlatione nunc melior codicis notitia habetur.

Aetnae emendatione. et si in parte illa uu. 138—287 fere nullus est uersus quin ope Gyraldini libri aliam nanciscatur formam, quam misere se habeat pars reliqua in solis codd. interpolatis seruata coniectura adsequi potes. quod confirmat poema ipsum, si non tantum corporis sed mentis etiam animique oculis perlegis. uoluit puto fortuna hoc exemplo ostendere quam possit esse lubrica fallaxque res critica, quam laboris intenti plena. sunt ibi loci quos deciens uiciensque adgressus mentisque acumine in omnes partes derecto tandem etsi audacter (quamquam in hoc libello audaciae crimen in laudem cedit) restituisse te laeteris; sunt loci quibus, ubi centiens adsiluisti omnibus machinis admotis, postremo desistas humanarumque uirium infirmitatem ultro agnoscas. et, ut uerissime ait Hauptius, quo nemo umquam melius Aetnae conditionem perspexerat, 'sublatis ex aliqua poematis parte uitiis manifestiora fieri solent alia, ut *ὕδραν τέμνειν* tibi uideare' [opusc. III p. 437]. — post Scaligerum infra commemorandum et Goralli siue potius Clerici editionem [Amstelaedami 1717] operamque Antonii de Rooy ['Coniecturae criticae in Martialis libr. XIV et P. Cornelii Seueri Aetnam', Traiecti ad Rhen. 1764] bene de carmine meruerunt Iohannes Schraderus, cuius adnotationes autographas e cod. ms. Dieziano B. Sant. 47 fol. 69 beniuole mihi descripsit Hermannus Blass Berolinensis, et Wernsdorfius in recensione sua tomo IV poetarum lat. min. inserta (cf. et V p. 1468 sqq.). de F. C. Matthiae cf. supra p. 7. deinde G. T. Suringar in prolusione gymnasii Lingensis a. 1804 paucos locos tractauit. a. 1818 carmen germanice uersum emisit I. H. F. Meineke [Quedlinburgi 1818]. sequitur Friderici Iacobi editio utilissima [Lipsiae 1826], de qua censuras scripserunt Peerlkampius [bibl. crit. noua III p. 246 sqq.] et Silligius [Iahnii ann. 1828 p. 140 sqq.]. porro de singulis locis a. 1841 Hauptius in quaestionibus Catullianis

[= opusc. I p. 40 sqq.] disputauit. Iulii Chenu editionem (Paris. 1843) non uidi. a. 1854 simul Bormansii inter multa temeraria pauca recta exhibentis libellus supra p. 10 commemoratus et Hauptii programma academicum prius [= opusc. II p. 26 sqq.] in lucem uenerunt, a. 1859 eiusdem Hauptii prolusio altera [= opusc. II p. 162 sqq.]. tum a. 1862 Iacobus Maehly in programmate Basileensi dedit 'Beitraege zur Kritik des Lehrgedichtes Aetna'. a. 1867 H. A. I. Munro Aetnam edidit Cantabrigiae. adde Hauptii disputationem in Hermetis uol. III [= opusc. III p. 437 sqq.] quaeque nos olim [Lect. lat., Bonnae 1870, p. 36 sqq., et in Fleckeiseni ann. 1872 p. 628 sqq.] diximus, denique Hauptii editionem Vergilio iterum recognito [Lipsiae 1873] insertam, de qua cf. H. Sauppii censura in 'Goettinger Gelehrte Anzeigen' a. 1874 p. 483 sqq.: ecce congesta habes praecipua doctorum studia in emendanda Aetna posita.

In *Ciri*, quandoquidem demum inde a u. 454 auxilio libri boni B(ruxellensis: cf. p. 13) adiuuamur, Italici fere soli adsunt. ex quibus H(elmstadiensis) primo loco, deinde gemelli A(rundelianus: cf. p. 17) et R(ehdigeranus: cf. p. 17) sunt respiciendi; semper uero cum interpolationis suspicione L (Vaticanus Laeti: cf. p. 18) et quae cum hoc fere congruit Arundeliani manus altera (a) adhibeantur. neque a me impetrare potui ut eis adderem cartas foedissimas Adalbertinam saec. XVI (cf. Silligius p. 631) et Basileensem (ε apud Ribbeckium: cf. supra p. 19); quarum interpolationes (ϛ) paucis locis adscripsi. — habentur in Cirin peculiares dissertationes haece: Guilelmi Puetzii adnotationes ad Virg. C. [Coloniae 1846], Ludouici Schwabii in C. obseruationum pars I [Dorpati 1871], denique mei ipsius disputatio in Fleckeiseni annal. 1872 p. 833—849 et 1873 p. 773.

At in *Priapeis* et *Cataleptis* cum carmine finali (quae omnia in codicibus cohaerent tamquam unicum

opusculum) ea est condicio felicior ut duarum familiarum B(ruxellensis) et I(talicorum) perpetua inter se comparatio institui possit. et quamquam **B** facile optinet principatum*), tamen nec **I** sua carent utilitate. ex quibus **H**(elmstadiensis) et **M**(onacensis: cf. p. 17) longe uincunt **A**(rundelianum) et **R**(ehdigeranum). sed quo accuratius nunc **I** nouimus, eo magis procul arcendae eiusdem generis membranae pessimae a Ribbeckio aduocatae *X* et *Z*; neque sustinui adponere uarietatem codicis Ambrosiani O 74 sup. saec. XV exeuntis. — ad Catalepta cf. Hauptii programma academicum a. 1859 [= opusc. II p. 48 sqq.].

Vix est quod moneam me in adscribendis codicum lectionibus interdum minutissima quaedam (ut *e* pro *ae* huiusque modi quisquilias) tacite omisisse.

Restat ut enumerem doctos qui haec opuscula omnia (praeter Aetnam) aut compluria simul tractarunt. Scaligeri, qui in appendice sua Vergiliana syllogae nostrae luculentam operam praestitit, Nicolai Heinsii uariis operum suorum locis symbola conferentis, Iohannis Schraderi, cuius Emendationum libri [Leouardiae 1776] capita II et III maxime respicienda, aliorumque nonnullorum studia, ut iam supra dixi, commode conlecta extant in Heynii (qui in Culice et Ciri interdum criticum egit non contemnendum) editionis Vergilianae quartum emissae tomo quarto a Silligio curato. scripserunt deinde de his carminibus Hauptius in relationibus menstruis academiae Berolinensis a. 1858 et 1873 [= opusc. III p. 62 sqq. et 258 sqq.], O. Ribbeckius in Musei Rhenani uol. XVIII p. 100 sqq., H. A. Kochius in Coniectaneorum in poetas latinos parte

*) ratio inter singulos codices quae sit ut uno exemplo dinoscas, cf. epigr. XIII (V) 21, ubi **B** (unde proficiscendum est) *Nec deinde te mouere lumbos in ratulam,* **HM** *Ne dein te mouere lumbos in rotulam,* **AR** denique *Haec mouere lumbos in rotulam* exhibent corruptionis gradu perspicuo.

altera [progr. Francofurt. 1865], Car. Schenkelius in 'Zeitschrift f. oesterr. Gymnas.', 1867, p. 771 sqq., Iacobus Maehly in censura appendicis Vergilianae Ribbeckianae in 'Heidelberger Jahrbücher', 1870, p. 779 sqq. denique pauca quaedam olim Robinso Ellisius Anglus per litteras nobiscum communicauit.

Iam et quo iure singula carmina ad Vergilium referantur et quo tempore tota sylloge sit composita disquirendum est.

Culicem quod Suetonius loco supra p. 4 exscripto a Vergilio sedecennali factum dicit, confirmant fere ceterorum testimonia. nam et Lucanus teste eius uita Suetoniana [p. 50 Reiff.] *in praefatione quadam aetatem et initia sua cum Vergilio comparans ausus est dicere: a, quantum mihi restat ad Culicem!* aperte ad teneram Vergilii poesin auspicantis aetatem adludens et Statius [silu. II 7, 73 sq.] Lucani ista uerba respiciens inquit:

Haec primo iuuenis canes sub aeuo
*Ante annos culicis Maroniani**)

idemque Statius in prohoemio libri primi dicit: *sed et Culicem legimus et Batrachomyomachiam etiam agnoscimus; nec quisquam est illustrium poetarum qui non aliquid operibus suis stilo remissiore praeluserit*; cum quibus, quod ad praeludendi uerbum attinet, congruit id quod Phocas grammaticus in uita Vergilii metrica [u. 84] scribit: *hinc Culicis tenui praelusit funera uersu.* post Statium Martialis bis Culicem commemorat VIII 56, 19:

Protinus Italiam concepit et arma uirumque,
Qui modo uix Culicem fleuerat ore rudi

et porro XIV 185:

---

*) hos uersus eo quo traditi sunt loco non posse retineri persuasit mihi J. J. Cornelissen [Mnemos. 1877]; putoque nunc u. 73 sq. et 60 sq. inter se transponendos esse.

Accipe facundi Culicem, studiose, Maronis,
Ne nucibus positis arma uirumque legas.

quibus uerbis potuit ille totam nostram syllogen a parte principali designare: nam Teuffelii conclusio inde facta reicula est (cf. Fleckeis. ann. 1875 p. 144 not.).

Hi omnes etsi ipsum nostrum Culicem ob oculos habuere (id quod iustis quidem causis addubitari nequit), tamen inmerito rettulerunt ad Vergilium eidem. quod non tam uerborum flosculis ex Vergilio adsumptis (quidni enim multos eorum commune tum poetarum bonum fuisse aiamus?) comprobatur, ut comprobare studuit Fr. Baur in Fleckeis. ann. a. 1866 p. 357 sqq., quam aliis indiciis euincitur multo certioribus. rem metricam enim ut comparemus, ea est Culicis scriptori circa synaloephas anxia cura ut ab elidendis longis uocalibus omnino abstinuerit, id quod docti plerique (cf. ex. gr. Baur l. l. p. 368) recte animaduerterunt*). haec austeritas quam non quadret in Vergilium quamque parum sit ueri simile tali seueritati innutritum postea hac in re normas adoptasse liberrimas, sua unusquisque sponte perspicit. deinde, quod ad poeticas uirtutes, id est carminis pretium, nemo ut prudens Vergilio illud adiudicare facile inducat animum. apparet quippe iam in rudi tirone indolis ingeniique forma quaedam ac species; sic in epigrammatis eis quae puero uel adulescentulo Vergilio recte uindicantur nobilis illius spiritus magnique oris tenera habentur indicia. uerum enim uero is qui Culicem lusit numquam euasurus erat uates augustus grandisque, qualem suspicimus Maronem. qua de re scripsit nonnulla comprobanda Maehly [l. l. p. 817 sqq.]. non singillatim enumerabo quae cum in totius poema-

*) nam duo loci qui regulae refragantur (288 et 400) facili negotio corriguntur, ceteri doctorum coniecturis falsis debentur. nimis autem intendit rem Birtius libri de Ouidii Halieuticis p. 49 etiam uocabula in 'm' desinentia ab elisione excipiens.

tis tum in singularum partium compositione, in mythos coaceruandi studio paene ridiculo aliisque in rebus iure displiceant (complures enim docti inde ab Heynio haec uitia bene inlustrarunt): sat erit digitum intendisse in summam mediocritatem per omnia aequabiliter sparsam, quae si quid proficit uni solique debet sedulitati laboris sudorisque plenae. sed illa in paruis cura limaque uetat ne iniqua de auctore sententia ita abutamur ut quaeuis inepta stultaque eum posuisse existumemus. ueluti (ut mittam alia multa ab editoribus nimis patienter tolerata) insanus plane dicendus esset poeta noster, si in *puero* Octauio, cui misit Culicem, esse iam gloriam perpetuo lucentem praedicasset eidemque ut sero moreretur precatus esset (u. 37 sqq.). nimirum aut ego fallor aut medii aeui homines Octauium esse Augustum imperatorem opinantes, cum praesertim hunc fuisse condiscipulum Vergilii (cf. uita quae uocatur Bernensis) inter cetera fabulosa accepissent, *puerum* illum de suo intulerunt. erat autem Octauius sine dubio homo iam aetate prouectior et fortasse ipse ille Octauius historicus in Cataleptis (cf. infra) commemoratus*); eundemque in Messallae domo tironibus poesin temptantibus consilio monitisque adfuisse non sine iuris specie statuisse mihi uideor [‘Tibull. Blaetter’ p. 56]. nam nequis in carmen a suppostore scilicet loco genuini Culicis Vergiliani totum fictum Octauium cum importuna Augusti recordatione inuectum esse aiat: Culex noster qualis nunc extat in omnibus sese prodit germanum aeui Augustei incipientis fetum. est enim totus arte Alexandrina factus plane eodem modo atque Catulli Epithalamium Pelei et Thetidos, Calui Io, Cornificii Glaucus. et si uel ipse Catullus quominus in illo quidem opusculo ueri poetae nomen et

*) ita qui statuit Ribbeckius (quamquam puerum Octauium miro modo ferens), is hoc posito singulare uersuum 4 et 27—34 esse acumen bene monet [praef. p. 9].

honorem consequeretur ipso argumentum tractandi genere prohibebatur, quid ita Culicis auctor hac a parte plane iaceat intellegimus: sic fere Heluium Cinnam et siqui alii inuitis Musis carmina pangentes ingenii sterilitatem assiduitate diligentiae compensare studebant epyllia sicca ieiunaque elaborasse putauerim. et ad quas ineptias, dum noua canere cupiunt, interdum descenderint cantorum Euphorionis pedissequi, e Culice liquido discimus. quid enim eius argumento — de cuius fonte non neglegenda ea quae nuper protulit Birtius libri de Ouidii halieuticis p. 52*) — exilius, quid puerilius? Catullum autem huiusque sodales quamquam maxime secutus est auctor, non neglexit tamen ceteros eius aeui uates; ex quibus Lucretium et Vergilium haud raro ita exprimit ut imitandi studium certo appareat. sed quia Maronis Bucolica tantum et Georgica legisse uidetur (nam ex Aeneide quod indubitate quidem sumptum posset putari, non inueni), ideo Culicem fere circa a. 30 a. Chr. n. compositum iudico. qui ut inter Vergilii opera referretur quomodo factum sit, infra explicabitur.

Dirae cum Lydia ut Vergilii non esse clamant, ita nec Valerii Catonis esse possunt, cui inde a Scaligero multi docti attribuerunt (cf. R. Merkelius ad Ouidii Ibin p. 364, C. Fr. Hermannus in 'gesammelte Abhandlungen' p. 114 sqq.). quamquam mira sane congruentia titulorum est cum Catonis poematis, quibus secundum Suetonium 'Indignatio' et 'Lydia' erat inscriptum. cumque auctor ignotus antiquioribus poetis adnumerandus sit (Catulli studiosum indicat ex. gr.

*) nec tamen reticebo meam quandam suspitionem. nimirum ut in Ciri uersus ultimi ex Vergilio desumpti carminis quasi thema sunt, ita fortasse et Culicis uu. 413 sq. ab ipso Vergilio puero uel adulescentulo profecti, ubi Romae innotuerunt, iuniori cuidam ansam dederunt ad amplificandam exornandamque historiolam.

Dirar. 57 = Cat. 64, 14), facile nascitur suspitio illum siue praedio suo a. 41 a. Chr. n. priuatum siue ita fingentem celeberrima illa Catonis, communis cantorum Euphorionis praeceptoris, opuscula suis uersibus esse aemulatum.

Ad perfectae uero excultaeque poesis Romanae aetatem nos reuocat Copa, carmen inter felicissimos aeui Augustei fetus ponendum. sed sensuum dictionumque hilaris festiuitas in eo conspicua effecit ut Vergilio adscribere non sine iure multi dubitarent. et habet sane libellus quod magis Ouidii Propertiique ('Copae auctore alterum neminem Romanorum melius Propertii uersus nouisse' censet Hertzbergius comm. Prop. p. 321) quam Maronis genium sapiat. sed ab hoc tales uersus scribi omnino nequisse cum numquam certo euincatur, in medio res ita relinquenda est ut tamen inde quod codices Vergilio carmen addicunt nil ponderis accedere aiamus.

Aetnae auctorem (nam Vergilio, cui itidem dant libri, nemo his tam credulus erat ut adsignare uellet) inde a saeculo XV eruere studebant docti. fons erat omnibus Senecae epistula LXXIX, in qua persuadetur Lucilio Iuniori [§ 5], ut *Aetnam describat in suo carmine et hunc sollemnem omnibus poetis locum attingat. quem quominus Ouidius tractaret, nihil obstitit quod iam Vergilius inpleuerat. ne Seuerum quidem Cornelium uterque deterruit. omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit* eqs., et porro [§ 7] *aut ego te non noui aut Aetna saliuam tibi mouet.* unde de Cornelio Seuero cogitabant Itali eosque secutus Scaliger, quos recte Marklandus [ad Stat. silu. I 1, 65] et Wernsdorfius [praef. p. 7 sqq.] reiecerunt. hic autem Wernsdorfius longa subtilique disputatione ipsum Senecae amicum Lucilium Iuniorem carmen nostrum composuisse comprobabat. sed ut concedam quaerentibus reperiri posse externam aliquam inter Lucilium illum Aetnaeque scri-

ptorem similitudinem, multa tamen Wernsdorfii opinionem infringunt planeque refellunt. neutiquam enim ostendi potest ita paruisse Lucilium amici cohortationi, proprio ut poemate Aetnam caneret; et tantum degressionem aliquam in longiore de Sicilia opusculo, ni fallor, faciendam Senecae uerba supra adlata innuunt (cf. et initium epistulae LXXIX). iam accepit postea, ut uidetur, tale aliquod opus Seneca, siquidem in naturalium quaestionum libro tertio [26, 5] amici de Arethusa poema commemorat, sed ita commemorat ut, recte si locus perpendatur, operi illi eam quam nos habemus Aetnae descriptionem non fuisse insertam euincatur. nam in eodem capite quae de fluminibus in specus decidentibus rursusque apparentibus proferuntur, ea miro modo concinunt cum Aetnae uu. 117 sqq.*) iam si Aetnam quoque Lucilius tractauerat, num tacite eius uerba exscripsisse putas Senecam in libro ad eum misso, cum tamen (ut fecit in simili causa nat. quaest. III 1, 1) ipsos illius uersus adducere aut certe nomen commemorare res paene cogeret? et aliis quoque naturalium quaestionum locis, ubi Aetnae carmen, si Lucilius scripsit, amicus in partes uocare debuit, eiusmodi mentionem frustra quaerimus. dixerit quispiam: ergo post Senecae mortem Lucilius Aetnam composuit dataque occasione eius sententias, quas in uniuersum probabat, hic illic tacite correxit [cf. Wernsdorfius p. 20, Iacobus p. XVIII]. iam igitur acrioribus armis pugnandum est. nimirum ut Marklandum aeuo seriori carmen uindicantem refellit non commemorata Vesuuii eruptio a. 79 p. Chr. n. facta [cf. Munro p. 34], ita istam opinionem refutat similis argumentatio. nam poeta, quod uu. 425 sqq. regionis Campanae uim uulcaniam extinctam dicit, idcirco necesse est scripserit

*) hanc similitudinem aliis quoque locis perspicuam ex communi et Aetnae auctori et Senecae fonte explico.

ante a. 63 p. Chr. n., cum inde ab hoc tempore ignem sepultum Vesuuii oraeque adiacentis resuscitatum esse certissimis signis, terrae motibus, cognossent. hinc autem neque mortuo neque uero uiuo adhuc Seneca Lucilium poema nostrum fecisse colligitur, siquidem illius et epistulas morales et naturales quaestiones intra annos 62—65 scriptas esse statuunt qui in has res inquisiuere. quibus si adiecero Lucilium uideri fuisse imitatorem Ouidii [nat. quaest. IV 2, 2], cuius rei in Aetna nullum uestigium, plane intelleges actum esse de Wernsdorfii coniectura. praeterea neque in sermone (nam e re metrica quidquam certi concludi posse nego) reperitur quod aeuum Neroneum referat, neque in rebus adest quod carmen tempore Augusteo non scriptum esse demonstret (nam de hydraulicis cf. Munro p. 60). huic igitur saeculo Augusteo adsero Aetnae poetam ignotum. qui uetustiorum uatum maximeque Lucretii lectione institutus, cum tamen affectaret recentiorum elegantiam (ex quibus Vergilium quamquam raro et pudenter ob oculos habuit), poema fecit Gratii Cynegeticorum fere instar inter priorum duritatem nouorumque formam politam medium. cui sententiae ne obicias quod Seneca, quia in epistula supra adlata nostrum poema silentio praeterit, ideo nec nouisse uideatur. nam clarissimorum uatum in attingenda Aetna degressiones tantum adfert, non omnes quicumque de integro materiam illam tractabant.

Cirin nunc docti consentiunt esse hominis ignoti, qui, ubi iam senior Athenas in otium se recepit, grauiori carmini praeluserit Scyllae fabulam more Alexandrinorum componendo. qua in materia fortasse Parthenium auctorem secutus — qua de re post Heynium nuper disputauit E. Rohde libri sui 'der griechische Roman' inscripti p. 93 sq. not. — poetarum et aequalium et aetate paulo antecedentium uestigiis ita est ingressus ut ex Catulli sodaliumque (etiam coaeui his

Lucretii) et Vergilii carminibus flores colligeret uel potius, uerum ut dicamus, subreptis undique pannis fere consueret centonem. harum imitationum, quoniam in hoc carmine summi sunt momenti ad textum constituendum, in fine uoluminis adieci indicem. licet autem hoc nimio bonorum alienorum usu uitiisque et dispositionis et aliis haud paucis Ciris displiceat, habet tamen hic illic quo alliciat delectetque; et saepius ut puto miraremur artem in pusillis magnam, nisi etiam nunc nonnulla propter recentes nostros codices commaculata essent*). misit autem scriptor carmen suum Messallae [u. 54]; sub quo intellegendum esse M. Valerium Coruinum Messallinum, a. a. Chr. n. 3 consulem, perprobabiliter statuit Teuffelius [Pauly, Real-Encycl. II 2 p. 2657]. is igitur adulescens cum Athenis (fere intra annos 18—16 a. Chr., ut suspicor) litteris operam nauaret, Cirin accepit oblatam.

Quae secuntur Priapea tria iam olim in hac sylloge legerunt praeter Suetonium Seruiumque et Plinius iunior [epist. V 3, 6] et Diomedes grammaticus, qui cum scriberet [p. 512 K.]: *Priapeum, quo Vergilius in praelusionibus* [ita scripsi secundum Statium et Phocam: *prolusionibus* codd.] *suis usus fuit,*

---

*) gaudeo quod uitium grauissimum, cui tollendo in proecdosi Catullo subiecta impar eram, nunc tandem auferre mihi contigit. cum ad uu. 129—162 recte intellegendos omnia pendeant e u. 147 sqq.:

Necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
Pallentis foliis caput exornarat oliuae:
Cum lapsa e manibus fugit pila,

iam olim dissertationis meae p. 841 summam horum uerborum deprauationem significaui. nam neque pilae lusus per se erat crimen atrox neque ad eum u. 154 'uiolata manu sacraria diuae' potest spectare. nimirum hic quoque Italorum figmenta blanda nimis creduli accepimus. ex eis autem quae libri fide digni dant 'cum lapse manibus fugit pila' plausuris ut puto omnibus elicui 'cum *uas e* manibus (scil. sacerdotis) fudit pila': ecce iustam turbatorum sacrorum causam!

tale est: incidi patulum in specum procumbente Priapo, Priapeum e nostris tertium in mente habuit. non unius autem auctoris esse tria illa carmina inde elucet quod idem thema ('Priapi singulis anni temporibus sacra') uarie tractant. sed uel tertium, quod reliquis praeminet, ob rem metricam a Marone esse alienum recte adnotat L. Muellerus [praef. ad Cat. p. XLIV]; nec probabile est ex reliquis alterutrum scripsisse eundem. — ceterum falsissimos esse qui integram illam LXXX Priapeorum collectionem antiquitus nostrae syllogae infuisse statuerent, saepius declarauimus [cf. uol. I p. 54].

At Catalecta, quae uulgo audiunt, continent quae iure meritoque Vergilii nomen praeferant. et Cremonae quidem, ubi inde ab a. 58 a. Chr. primis litterarum studiis imbuebatur, Maronem lusisse puto parodiam illam Catullianam c. X (VIII olim) in Sabinum, ut mihi uidetur, praeceptorem, qui ex mulione factus erat Cremonae ludi magister simulque decurionis [cf. u. 23 sq.] munere fungebatur*). et toga

*) uulgo accepta P. Victorii [ad Cic. fam. X 18] coniectura Sabinum putant dici P. Ventidium Bassum: cf. Ribbeckius praef. app. Verg. p. 10. sed omnia dum perpendo, parum hoc probabile duco. et Sabinum magistrum, ni plane fallor, Vergilius commemorat c. V (VII) 6 sq., loco ob difficultates quasdam hic in disceptationem uocando:

Tuque o mearum cura, Sexte, curarum
Vale, Sabine; iam ualete formosi.

in quibus uerbis neque quomodo uno tantum Sabino appellato pluraliter dicere potuerit 'ualete formosi' neque cur, si aliorum formosorum mentio non praecesserit, hunc Sabinum curarum suarum praecipuam uocet intellegimus. fuere haec uerba 'mearum cura curarum' offensioni Heinsio Schradero Hauptio uaria sine probabilitate temptantibus. at si magistrum scilicet Sabinum designauit Vergilius eum tamquam summam suam curam adiungens prioribus scolasticis (quorum tantum libris sine dubio usus erat), molesto illo 'formosi' in id quod huic conexui adprime est aptum 'morosi' reficto omnia optime se habent.

uirili sumpta cum a. 53 Romam proficisci susciperet apud Sironem philosophiae operam nauaturus, carmine V (VII) magistris simul morosis dulcibusque Musis ualedicit. porro a. 41 uillulae, quae olim Sironis erat, se suosque a ueteranis fugatos commendat dulci poematio VIII (X). denique c. XIV (VI), quod cur in fine horum carminum sit positum iam uides, breui ante mortem tempore fecit pro finienda tandem Aeneide uota dis ferens. — et haec quidem cum indubitate sint Vergilio uindicanda, nec causa est cur carmina I ad Tuccam et VII (IX) ad Varium data abiudicemus eidem. neque magnopere litigabo de carmine III (XII), quod cum olim ad Antonium aut Pompeium aut Mithridatem spectare putauerint, rectius ad Phrahatem Parthorum regem referre mihi uideor (quam coniecturam, dum his summam manum impono, uideo praeceptam a uiro doctissimo H. Nettleship libri 'ancient lives of Vergil' Oxoniae a. 1879 editi p. 35 sq.), unde a. 32 a. Chr. fere compositum esse colligitur. — minus iam certa est res de carmine obscuro II in T. Annium Cimbrum (de quo cf. Ribbeckius praef. p. 6), de c. VI (III) et XII (IV) Noctuinum Atiliumque uexantibus; plane incerta de c. XIII (V) in Lucium cinaedum. at c. IX (XI) — elegiam ad Messallam uulgo uocant —, ut est puerilis poesis specimen, omni ex parte indignum Vergilio: Lygdamum et panegyrici in Messallam inter pseudotibulliana extantis auctorem recte in comparationem uocat Ribbeckius [praef. p. 12 sq.]; cf. et libellus meus 'Tibullische Blaetter' inscriptus p. 51. neque mihi persuadere possum esse Vergiliana duo de Octauio Musa carmina IV (XIII) et XI (XIV); nam ea ad unum Octauium Musam a Seruio ad Verg. ecl. IX 7 et schol. Bern. ad ecl. VIII 6 commemoratum pertinere uidit Ribbeckius [praef. p. 9]. historicum nobilem fuisse illum euincit utrumque poemation; et adnotatione dignum puto in incerti auctoris

de origine gentis Romanae libello, cuius fidem nuperrime bene stabiliuit B. Seppius, bis (XII 2 et XIX 5) adferri Marcum Octauium historicum. eundemque poeticae studuisse ostendit carminis quarti u. 7; unde apparet non inepte praeeunte P. Victorio [uar. lect. IX 7] doctos accersiuisse Octauium illum ab Horatio [sat. I 10, 82] inter alios claros eius aeui uates enumeratum. quem quod iam prouectioris aetatis hominem fuisse probabile est, non obstat quominus eundem cum nostro Octauio aiamus. hic enim cum Athenis (ut nunc alterius carminis fine restituto discimus) patre superstite sit mortuus, inuersum naturae ordinem, quem designant uerba 'peruersi manes', inde explico quod filius in ipso perfectae aetatis flore (ex. gr. intra quinquagesimum et sexagesimum annum) ante patrem decrepitum (septuagenarium uel octogenarium) e medio est sublatus. sed Octauius Musa si, ut ex Horatii loco coniectare licet, aequalis fuit Vergilii, non uideo quomodo hic ei mittere potuerit carmen IV (XIII), cuius finis hominis alicuius iunioris in seniorem uenerabundum animum ostendit, plane ut Culicis prohoemium, cuiusque initium hominem non Romae aut in Italia uersantem nescio quo pacto mihi indicat, sed eum qui Athenas relicturus iamque Asiae claras terras uisurus ualedicat Octauio. cuius in obitum carmen XI (XIV) quoniam aliquem ex numero Romanorum Athenis commorantium fecisse ueri simile est, itidem Vergilio attribuere non licet.

'Catalecta' nomen his XIV poematiis uulgo inditum non ita firma nititur auctoritate Donati (qui num hac in re Suetonium reddat perdubium est), nonnullorum Seruii codicum, excerptorum Parisinorum [cf. uol. I p. 223]. codices autem nostri praeter B titulo carentem omnes inscribunt 'Virgilii catalepton', Ausonii [grammaticomastigis u. 5] libri habent 'catalepta Mâronis', apud Seruium duae membranae bonae

'catalepton' [cf. supra p. 4] praebent. melius igitur multo stabilita est forma 'catalepton'. quam Bergkius [mus. Rhen. XX p. 291] accersita graeca locutione *κατὰ λεπτόν* tuetur. quae interpretatio cum olim mihi displiceret, ipse [Fleckeis. ann. 1875 p. 142] Catalepta potius Graecorum *κατάλειπτα* esse opinabar, indicari autem carmina a Vergilio relicta et post eius mortem edita. impugnabat hoc in Fleckeis. ann. 1876 p. 429 sqq. Robertus Ungerus, uir doctissimus, qui Bergkio adstipulatus compluribus exemplis comprobauit *τὰ κατὰ λεπτόν* fere carmina minora significare.

In hanc Bergkii Ungerique sententiam etsi nunc ipse transeo, integer tamen manet scrupulus in eo positus, quod cur illa XIV poematia titulum catalepton gerant non ita claret. toti potius pseudouergilianorum collectioni eum adcommodatum esse Ribbeckius [praef. p. 5 sq.] bene contendit. hanc coniecturam, in quam et ipse mea sponte incidi, rationibus fulcire nunc suscipiam. ueteres testes duo, qui haec Catalecta siue Catalepta citant, longe alia utuntur appellatione. nam et Quintilianus [VIII 3, 27], postquam c. II in disceptationem uocauit, pergit *nec minus noto Sallustius epigrammate* et Marius Victorinus [p. 137 K.] his utitur uerbis *Vergilius iambico epigrammate.* iam uide mihi alteram rem sane mirandam. cetera enim opuscula a Suetonio et Seruio commemorata hodieque nobis adsunt omnia, sola restant epigrammata ab illis adlata. quae Naekius eumque secuti alii uoluerunt esse nota illa *Nocte pluit tota* et *Hos ego uersiculos* et *Monte sub hoc lapidum* ceteraque huius modi. quod ut refutant Suetonius Seruiusque, qui ubi hoc ultimum *Monte sub hoc* a puero Vergilio lusum protulerunt ad collectionem nostram adumbrandam transeunt uerbis *deinde* et *scripsit etiam* iterum epigrammatum facta mentione, ita illorum quidem uersiculorum in codicibus sylloges partes duas continentibus nullum in-

uenitur uestigium*). itaque si carminibus, quae nunc Catalecta siue Catalepta audiunt, epigrammatum titulum reddemus, ueteres testes conciliabimus cum Suetonio Seruioque. qua re agnita necessario ducimur eo ut Catalepton inscriptionem ad totam collectionem spectare dicamus. cui sententiae fauent et Donatus 'Catalecton' in indicis sui initio ponens (fortasse apud Suetonium legerat *scripsit deinde septem libros Catalepton, id est . . .*) et Seruius miro modo *septem siue octo libros* ponens. nimirum hic cum septem ludi iuuenalis Vergiliani libros esse compertum haberet, sed illud Catalepton iam non intellectum una cum reliquis numeraret, potius octo esse significauit. denique quod nostri codices sub catalepton nomine habent epigrammata, inde uidetur ortum quod olim in totius operis exitu 'finit Vergilii catalepton' legebatur, unde ad ultimam partem (Priapea et epigrammata) referebant monachi.

Quonam igitur titulo plena collectio antiquitus insignita erat? *praeludendi* uocabulo quia utuntur Statius et Phocas [cf. p. 25], *praelusiones Vergilii* quia nominat Diomedes [cf. p. 32], *Virgilii iuuenalis ludi libellus* quia secunda codicum nostrorum classis in hac quoque re priscum titulum libere ut uidetur reddens inscribit (subscribit quoque similiter *septem ioca iuuenalia Virgilii finiunt* codex Bembinus: p. 11), ideo a uero non multum aberrare mihi uideor si olim syllogae praemissum pronuntio *P. Vergilii Maronis praelusiones*

*) certe neque in secunda classe, quae quantumuis interpolata tamen priorem partem plenam integramque continet, neque in tertia classe alteram partem exhibente leguntur, sed adsunt eorum nonnulli in codicibus miscellaneis V, qui post Copam habet illud *Monte sub hoc lapidum*, in Monacensibus [cf. p. 14], denique in H ab Italo quodam composito: unde elucet postea eos esse adsumptos cum ex Donato tum ex anthologiae Salmasianae (nam haec uersiculorum illorum permultos habet sub Vergilii nomine) late sparsae libris mss.

septem κατὰ λεπτόν. sed quoniam hic titulus quamquam probabili repertus ratiocinatione tamen non certo indubitatoque testimonio est traditus, in ipsa editione a nobis retentus est is qui inde a Scaligero optinuit *Appendix Vergiliana.*

Vidimus omnium ueterum auctorum, qui huius sylloges particulam aliquam tetigerunt, primum fuisse Lucanum [cf. p. 25]: neque apud scriptores hunc antecedentes (ex. gr. Senecam rhetorem) neque apud Ouidium illius extat mentio. is enim fere anno p. Chr. n. undecimo secundum Tristium librum Augusto mittens uu. 533—538 praelusiones Vergilianas, si tum editae notaeque fuissent, optime in rem uocare potuisset. unde non temere conicias imperante Claudio haec opuscula in lucem esse emissa, et emissa quidem (mortuo puto Messallino) ex cartis in Messallarum domo inuentis. qua de re dixi dissertationis meae 'Tibullische Blaetter' pgg. 49 — 53. addidit autem, quisquis fuit qui septem hos libellos sub Vergilii nomine in unum collegit, in fine epigramma illud *Vate Syracosio.* quo cum aperte indicatum sit haberi in libro uatis Mantuani prima elementa rudemque adhuc Musam, quid mirum est si has praelusiones statim (ut Lucani exemplum docet) omnes Romani creduli acceperunt, et nominis Vergiliani amore occaecati et poetae adulescentiae aliquid condonandum rati? quin ipsi litterarum arbitri seueri quod nisi de hac illaue particula (ut Suetonius de Aetna) non iniecerunt dubitationes, hinc explicatur.

EXCVRSVS I.

De epigrammate quodam Vergiliano*).

Extat in anthologiae latinae nuper a Riesio editae fasciculo altero carmen numero 776 insignitum hoc:

Pallida mole sub hac Caeli est iniuria saecli
antiquis hospes non minor ingeniis,
et quo Roma uiro doctis certaret Athenis:
ferrea sed nulli vincere fata datur.

est autem primi uersus scriptura sensu plane cassa orta ex editoris coniectura; codices enim Rehdigeranus et Helmstadiensis conlati iam a Ribbeckio, qui primus in appendicis Vergilianae praef. p. 49 uersus istos edidit, porro libri Monacensis 18895, Arundelianus 133 et Ambrosianus O 74 sup. a me examinati (omnes autem saeculo XV exarati sunt) unanimo fere consensu hoc exhibent: *Callide mage sub hec celi est iniuria secli.* quod scripturae monstrum certatim domare studebant Ribbeckius Riesius Buechelerus, sed eo successu ut 'adhuc sub iudice lis sit'. nam quidquid temptatum est, et uersus reliqui obscuri manent neque quid totum sibi uelit epigramma perspicere licet.

Subit autem mirari, non eius conexus, quo uersiculi nobis traditi sunt, respectum habitum esse. sat enim singulari modo illi ad memoriam nostram peruenerunt. catalecta Vergiliana — sic enim uolgo appellare solent quae epigrammata potius inscribenda esse olim demonstrasse mihi uideor — in duabus codicum familiis aetatem tulerunt, quarum una ex Bruxellensi (saec. XII), altera ex libris supra adlatis saeculi XV constat. haec altera familia, quamquam in uniuersum quidem Bruxellensi cedit bonitate, tamen non

*) repetita est haec disputatiuncula ex Fleckeiseni annal. a. 1878 p. 119 sqq.

paucis locis sola genuinam poetae manum seruauit, utpote ex uetusto quodam codice a membrana Bruxellensi diuerso profecta. in hac igitur epigrammatis quinti, quod incipit ab his uerbis *iacere me, quod alta non possim, putas, ut ante uectari freta,* uersibus 16 et 17 ea de quibus agimus disticha duo interserta sunt; interseruntque ea tamquam plane cum ceteris cohaerentia nullis interstitiis factis omnes quos dixi libri. iam hinc luce fit clarius, non cum docti cuiusdam Itali interpolatione nobis rem esse; et ipsa hercle uersus primi corruptio foeda (ut alia mittam) fragmenti originem uere antiquam euincit. si autem ex me quaeris, qua ratione fieri potuerit ut in carmen et rebus narratis et metro plane alienum uersus nonnulli diuersissimi inculcarentur, et quid ita hi in Bruxellensi omissi in altera familia appareant: ego rem sane quam miram hoc modo enucleari posse arbitror. in communi utriusque familiae archetypo quattuor uersus primitus in ipso uerborum contextu praetermissi postea in margine uel inferiore uel superiore additi erant. unde et quod libri Bruxellensis scriba eos omisit et quod is qui alterum fecit exemplar omnia et in margine et in textu extantia uno quasi tenore et nulla genuini conexus ratione habita descripsit, suam habet explicationem.

Itaque reciperauimus ipsorum epigrammatum (seu, si dicere perseueras, catalecton) Vergilianorum lacerum quoddam fragmentum. quod quam sedem olim occupauerit, iam disquirendum est. ante omnia autem monendum est, eum singulorum epigrammatum ordinem, qui in editionibus habetur, non inueniri in libris mss.; nam et Bruxellensis et reliqui ita illa collocant: 1, 2, 12, 13, 7, 3, 9, 10, 11, 8, 14, 4, 5, 6, quae excipit notum illud *Vate Syracosio**). uidendum est igitur, num

*) genuinum codicum ordinem, ut par erat, in hac editione restitui.

uersus illi quattuor medio carmini 5 illapsi pertineant ad epigramma aliquod quinto siue praecedens siue subsequens. sed carmina quartum et sextum cum additamento minime indigeant, non uno nomine imperfectum se prodit id quod est quartum decimum:

quis deus, Octaui, te nobis abstulit? an quae
dicunt, a, nimio pocula ducta mero?
'uobiscum, si est culpa, bibi: sua quemque secuntur
fata: quid inmeriti crimen habent cyathi?'
scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
raptum et romanam flebimus historiam;
sed tu nullus eris. peruersi dicite manes,
hunc superesse patri quae fuit inuidia?

disseruit de his uersibus Mauricius Hauptius (opusc. II p. 147), qui comparato Callimachi epigrammate quodam alterum distichon Octauio tribuendum esse recte quidem intellexit, nihil tamen de manco atque abrupto exitu suspicatus est. postquam autem Octauius priori amicorum interrogationi breuiter respondit, iam altera eaque multo grauior quaestio siue eidem Octauio siue peruersis qui uocantur manibus dissoluenda erat. igitur finem deesse apparet.

Sed antequam pergimus, paululum epigrammati illi inhaereamus; nonnulla enim medicam flagitant manum. et uersum quidem sextum siquis pertinacius defendere animum inducet, non acriter repugnabo; dicam tamen quod sentio. nam Vergilium sic potius scripsisse puto: *et te raptum ob romanam flebimus historiam.* sed maiore cum probabilitate disputare posse mihi uideor de uersu octauo, cuius interpretatio recta adhuc non est prolata. repetitur enim, nisi fallor, a numinis alicuius inuidia, quod Octauius ante patrem senem e uiuis decessit (genitore adhuc uiuo morte praematura raptus est). potest quidem hoc culpae dari 'malis tenebris Orci, quae omnia bella deuorant'; sed quaenam ista inuidia fuerit male

ex eisdem interrogatur. immo sic debuit interrogari: 'dicite, manes peruersi (quippe qui optimum quemque iuuenem cupidissime arripiatis spretis senibus effetis), quinam Octauium patri superesse inuiderit (cuius inuidiae interitus tam inmaturus imputandus sit)'. praebet autem illud *quae* unus Bruxellensis, cum contra Helmstadiensis *quot*, ceteri eiusdem familiae libri *quod* tradant. unde uerum puto *hunc superesse patri, quoi fuit inuidia?*

Responsum siue Octauii siue potius manium cum in fine epigrammatis aperte desideretur, illud autem poemation, unde haec disputatio degressa est, nil sit nisi corpus truncum, cui auolsum est caput: periclitemur num copulando disiecta membra iustum efficere liceat carmen. nam ab externa quam uocant probabilitate nihil huic copulationi obstat, modo teneamus inter finem carminis 14 et eum locum, quem nunc duo illa disticha in libris optinent, interesse uiginti quinque uersus (ad nouem carminis quarti adde sedecim priores quinti); unde, si archetypi singulas paginas triginta fere uersus continuisse sumimus, disticha illa post quintum paginae uersum omissa postea in margine inferiore adscripta fuisse apparet. huic igitur rei nunc opera danda est, ut ex uerbis illis pessime foedatis *callide magis sub hec celi est iniuria secli* eliciatur sententia digna et priore fragmento et ipso poeta. uideant aequi et periti iudices, num bona hora et fauente Apolline carmen concinnatum sic restituerim:

Quis deus, Octaui, te nobis abstulit? an quae
dicunt, a, nimio pocula ducta mero?
'uobiscum, si est culpa, bibi: sua quemque secuntur
fata: quid inmeriti crimen habent cyathi?'
scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
raptum ob romanam flebimus historiam,
sed tu nullus eris. peruersi dicite manes,
hunc superesse patri, quoi fuit inuidia?

'*Palladi magna suae uisa est iniuria sedis*
antiquis hospes non minor ingeniis,
et quo Roma uiro doctis certaret Athenis:
ferrea sed nulli uincere fata datur'.

Octauius igitur cum Athenis subito obisset, erant qui malignius mortis causam nimiae uini intemperantiae adscriberent; quod qui refellebant amici (ut solebant ueteres in praematuro hominum praeclarorum obitu numinis alicuius iram inuidiamue in partes uocare) sodalis excessum repetebant potius ex sinistro Palladis liuore, quippe quae timeret ne Octauius, historicus nobilis, obscuraret uetera illa et inmortalia nominis Atheniensis decora, Herodotum Thucydidem aliosque. plura ad commendandam emendationem meam non profero: nam quam bene nunc omnia procedant seruata quoque singularum partium aequabilitate, uel me tacente intellegitur. unum illud moneo, *Palladi* correpta ultima positum minime carere exemplis. sic enim Priscianus I p. 327 H.: *inueniuntur poetae rarissime in Graecis, quae apud Graecos in i correptam terminant supra dictum casum, ipsi quoque eum corripientes. Statius in I Achilleidos: Palladi litoreae celebrabat Scyros honorem.* disseruerunt de hac licentia exemplaque ex Catullo aliisque congesserunt M. Hauptius opusc. III p. 129 et L. Muellerus de re metrica p. 392.

EXCVRSVS II.

De Ausonii loco quodam.

Aenigma, quod epigramma secundum praebet, ut hodieque ludificat doctos, ita iam antiquo tempore certam *λύσιν* non uidetur inuenisse. extat de eo testimonium sat memorabile Ausonii, quod hic loci adferre et disceptare e re puto. grammaticomastigis [p. 203

Bip.] u. 5—9 in codice Vossiano L. F. 111 saec. IX, qui priorem carminum Ausonianorum editionem repraesentat [cf. Fleckeis. ann. 1876 p. 152 sqq.], hi sunt:

Dic quid significent Catalepta Maronis: in his al
Celtarum posuit, sequitur non lucidius tau.
Imperium litem Venerem cur saepe notat res?
Estne peregrini uox nominis an Latii sil
Et quod germano mixtum male letiferum min?

at in eis libris mss., qui alteram exhibent editionem, eorundem uersuum haec est species:

Scire uelim Catalepta legens, quid significet tau,
Imperium litem Venerem cur una notet res,
Sitne peregrini uox nominis an Latii sil
Et quod germano mixtum male letiferum min.

quibuscum si uersuum formam in sylloges nostrae codicibus obuiam comparaueris, grauem hercle discrepantiam intercedere animaduertes. et illud quidem maximopere mirandum est quod uerborum 'imperium litem Venerem' eqs. nec uola apparet nec uestigium in epigrammatis textu. sed si apud Ausonium ipsum falso loco ea extare inque alium transponenda putes, utriusque editionis in eis collocandis consensus huic opinioni obstat; uideturque nihil relinqui quam ut statuamus aut poetam Burdigalensem quoquo modo in errorem fuisse inductum aut epigrammata Vergiliana misere deprauata nobis adesse. nam horum textus etiam 'al' Ausonianum plane omittit, idemque pro 'sil' exhibet 'spin'. intellegitur cur Ausonii testimonio pleniore uti uoluerint docti mutatisque inde uerbis carmen tenebricosum illustrare se posse putauerint; sed eidem ut posthac illi adhibendo parcant suaserim. etenim hic maiorem fidem esse penes epigrammatum codices quam penes Ausonium, certo colligitur inde quod Quintilianus [cf. testim. ad epigr. II] paene eadem cum illis uerba praebet u. 3 *tau gallicum min et spin et male illisit* (nam *enim* librorum Quintilianeorum lenissima est cor-

ruptio illius *min*), non solum in praetermisso 'al' et in lectione 'spin', sed etiam in illo 'et male' (quod est uitium ut uidemus perantiquum pro 'ut male') consentiens. quoniam igitur epigrammatum codices medio aeuo ex Quintiliano correctos esse cum per se incredibile est tum uitia illorum contra hunc in reliquis uersibus propria redarguunt, necesse est coniunctum utrorumque testimonium infringat unum Ausonianum. non audeo equidem diiudicare utrum prauo interpolatoque a grammaticis exemplari deceptus sit an uerba olim lecta ex memoria male fida neglegenter attulerit Ausonius, neque disquiram cur idem prioris editionis uerba in altera inmutauerit eiecto 'al': ipsam rem detexisse satis habeo.

I.

CVLEX.

Lusimus, Octaui, gracili modulante Thalia
Atque ut araneoli tenuem formauimus orsum.
Lusimus: haec propter culicis sunt carmina dicta;
Omnis at historicae per ludum consonet ordo
Notitiae. ducam uoces, licet inuidus adsit.
Quisquis erit culpare iocos musamque paratus,
Pondere uel culicis leuior famaque feratur.
Posterius grauiore sono tibi musa loquetur
Docta, dabunt cum maturos mihi tempora fructus,
Vt tibi digna tuo poliantur carmina sensu.
Latonae magnique Iouis decus, aurea proles,
Phoebus erit nostri princeps et carminis auctor

De codd. cf. p. 19; P. Virgilii Maronis culicis lib' inc. *litt. maiusc.* **V** Culex Publii Virgilii Maronis incipit *litt. maiusc. miniatis* **C**: *sine titulo* **BH** ‖ 1 modulantet halia **C** ‖ 2 forauimus **C** | orsum **V**: ursum **BC** (*sed in* **B** u *in* o *corr.*, *iterumque* orsū *m. rec. suprascr.*) usum **H** ‖ 3 Lusim **V** | haec **B** | sunt **CV** (*sic*): sint **BH** | dicta **HV**: docta **BC** ‖ 4 at *scripsi*: et **BCV** ut **H** | historicae *scripsi*: historiae **O** | consonat **S** ‖ 5 Notitiae ducam *Scaliger*: Notitie ducum **V** Notitiaeque (-cieq; **H**) ducum **BCH** ‖ 6 culparum (rum *compend.*) **V** | que *om.* **V** ‖ 7 famamq; **C** | feratur *Scaliger*: feretur **O** ‖ 8 Posteri **V** | somno **H** | tibi *om.* **H** *qui inde* musaq; (mea *m. 2 add.*) *habet* ‖ 9 Docta (*ludicrae opposita*) *scripsi*: Dicta **V** Nostra **BCH**, *quod mirum quantum languet* | dabant **H** *m. 1* | cum] q̄ **V** | maturos *Heinsius*: securos **O** ‖ 10 digna tuo *uulgo*: dignato **O** (*sic etiam* **V**) | poliantur **V**: spoliantur **BC** spolientur **H** ‖ 11 que *om.* **H** *m. 1* ‖ 12 uestri **V** | actor **V**

Et recinente lyra fautor, siue educat illum
Arna Chimaereo Xanthi perfusa liquore
Seu decus Asteriae seu qua Parnasia rupes
Hinc atque hinc patula praepandit cornua fronte
Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.
Quare, Pierii laticis decus, ite, sorores
Naides, et celebrate deum ludente chorea.
Et tu, sancta Pales, ad quam bona turba recurrit
Agrestum uoti secura, tuere tenentem
Aerios nemorum tractus siluasque uirentis:
Te tutrice uagus saltus feror inter et antra.
Et, cuius monitis oritur fiducia cartis,
Octaui uenerande, meis, adlabere coeptis,

---

13 recinente **BH** retinent **V**: recanente **C** | lira **CHV** | ducat (e *praefixit m. rec.*) **B** educet **H** ‖ 14 Arna *Hauptius*: Alma **O** | chimereo **CHV** chymereo **B** | xanti **O** | liquore] ł colore *m. rec. suprascr.* **B** ‖ 15 nemus *Bembus* specus *Heinsius* | Asteriae *uulgo*: astrigeri **B** astrieri **C** astigeri (*supra* ti *m. 2* r *scr.*) **H** astrigerum **V** ‖ 16 *alterum* hinc *om.* **V** | patule **V**; patulae — fronti *Maehly* ‖ 17 que *om.* **C** | liquide **H** | perlabitur **H** | laticis, i *altera ex* e *m. 1 corr.* **B** (*m. rec.* latium *effecit*); nemoris *pro* laticis **V** ‖ 19 Nayades **H** | ludente **O**: laudente **C** plaudente *Bembus* ‖ 20 tu] tibi *Bembus* | sancta] scam **H** (*quod explicat* sc̃a **V**) | palem **H** parens **V** | bona turba (*uel* uotiua) *Heinsius*: uentura **O** gens dura *Silligius* | recurrunt **H** ‖ 21 uoti secura tuere tenentem *scripsi*: bona secura sit cura tenentes (-tis **C**) **BC** bona fetura sit cura tenentes **V** dona uobis sit cura tentum (retentum *m. 2*) **H** tenentum *et* tenentem ς; bona cura sequi sit cura tenentis *Bembus* bona turba, sequi sit cura canentem *Heinsius alia quoque temptans* secura sibi sua rura tenentes *Ribbeckius* bona gens secure rura tenentum *Hauptius* ‖ 22 tractus *Bembus*: cultus **O** saltus ς *uulgo* (*at cum statim sequatur* saltus *nulla re hanc repetitionem commendante, potius duco corruptam codicum lectionem ita mutare ut noua spurcities absit*) | uirentis (e *supra alt.* i *m. rec.*) **B**: uirentes **CHV** ‖ 23 De **H** | tutrice *Scaliger*: cultrice **O** | antra *Heynius*: astra **O** arua ς ‖ 24 At ς | cuius monitis *scripsi*: tu cui meritis **O** (*at ineptissime Octauio oriri fiduciam dicitur*) Et tu unde meis *Maehly pessime* | cartis **BV**: castis **CH** coeptis ς tantis *uulgo* ‖ 25 Optaui (p *fortasse ex* c *corr.*) **V** | adlabore (e *supra* o) **C** alabere **H** | ceptis **HV**

Sancte pater: tibi namque *sonant nunc carmina*; *quamquam*
Triste Iouis Rhoetique canit non pagina bellum,
Phlegra Giganteo sparsa est quo sanguine tellus,
Nec Centaureos Lapithas conpellit in enses; 29
Non perfossus Athos nec magno uincula ponto 31
Iacta meo quaerent iam sera uolumine famam,
Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Graecia cum timuit uenientis undique Persas, 34
Vrit Erecthonias Oriens non ignibus arces: 30
Mollia sed tenui pede currens carmina uersus 35
Viribus apta suis Phoebo duce ludere gaudet.
Haec tibi, sancte, fero; memorabilis et tibi certest
Gloria, perpetuum lucens, mansura per aeuum.

---

26 pater *scripsi*: puer **O** | sonant nunc carmina quamquam *suppleui ut sententia indicetur*: canit non pagina bellum **O** *e u. seq. repetitum* (humilis conamine primo *explet Ribbeckius*) ‖ 27 Rhoetique *Gronouius et Hauptius*: ponitque **O** Rhoecique *Taubmannus* Coeique *Schraderus* Cottique *Oudendorpius* Phorcique *Silligius* ‖ 28 Flegra **O** | gyganteo **B** | est *om.* **C** | quo **HV**: quae **BC**; *num* quom *?* ‖ 29 Hec **V** | Nec que centauros **H** | laphitas **HV** *et, nisi quod* p *supra lin.*, **C** | conp. **V**: comp. **BC** cōp. **H** ‖ 30 *post* 34 *traieci* ‖ 31 per fossus **B** *m. 1*, **V** perfossos **H** ‖ 32 Iacta ſ: Laeta **B** Lęta **C** Leta **HV** | mee — fame **H** | uolumine *uulgo*: uolumina **O** (*etiam* **H**) ‖ 33 helesp. **BH** ellesp. **V** ‖ 34 uenientis **BV**: uenientes **H** (*et* **B** *m. rec.*) uehementis **C** ‖ 30 Vrat **B** | erechtonias **B** erichtonias **C** erictonias **HV** ‖ 35 Mollia sed tenui pede currere carmina uersu **O** (*nisi quod* carm. curr. *ponit* **V**), *quod correxi* currens c. uersus *scribendo*; decurrere *siue* decurrens c. uersu (*scil.* pagina) *Heinsius* percurrens c. uersu *Gronouius* Molli sed tenuis decurrens carmine uersus *Hauptius nimia molitus* (uersu et *pessime Bothius*) ‖ 36 meis **H** | gaudet **O**: gaudent ſ ‖ 37 Hec **V**: Hoc **BCH** Et ſ | tibi **O**: tu *Bembus* | sancte **O**: s̃cae **C** sacra *Ribbeckius* | fero *scripsi*: puer **O** (pater **C** pue **H** *m. 1*) *ineptissime*: *cf. Praefat. p.* 27; *olim* Do tibi, sancte pater *conieci* | memorabilis et **BCV** (*sic*): memorabile iam **H** memorabitur ſ uenerabilis *Bembus* memoraberis *Schraderus* | certest *scripsi*: certet **O** (cernet **C**) certa est *Bothius* crescet *Silligius*

Serum sede pia maneat locus, et tibi sospes
Debita felicis remoretur uita per annos
Fata, bonis lucens. sed nos ad coepta feramur.
Igneus aethereas iam sol penetrarat in arces
Candidaque aurato quatiebat lumina curru,
Crinibus et roseis tenebras Aurora fugarat:
Propulit e stabulis ad pabula nota capellas
Pastor et excelsi montis iuga summa petiuit,
Florida qua patulos uelabant gramina colles.
Iam siluis dumisque iacent, iam uallibus abdunt
Corpora, iamque omni celeres e parte uagantes
Scrupea desertae perrepunt ad caua rupis:
Tondebant tenero uiridantia gramina morsu,
Pendula proiectis carpuntur et arbuta ramis
Densaque uirgultis auide labrusca petuntur.

53 Nonius p. 211, 24: Labrusca neutro. Virgilius in Culice: 'Densaque — petuntur'.

39 Serum s. p. maneat locus *scripsi*: Et tibi s. p. maneat locus **O** *absurde*, *cum nil nobis maneat nisi quod iam habemus, ut saltim* te — maneat *expectes*; *quamquam uel sic notio qualis est* post multum tempus *deest*; *interpolatum est* Et tibi, *postquam* Serum *ante* sede *periit* | sosp **V** ‖ 40 felices **H** | remoretur *scripsi*: memoretur **O** (memoret **C** memoratur **H** *m. 1*) numeretur *Gronouius* ‖ 41 Fata *scripsi*: Grata **O**; *cf. Prop.* I, 19, 2 | s; = set **V** (*sic*) | nō **H** *m. 1* ‖ 42 Igneus] Lenibus **V** | ethereas **HV**: aetherias **BC** | penetrat (ra *m. rec. suprascr.*) **B** penetrabat **H** | artes **V** ‖ 44 Cornibus **H** ‖ 45 et estabulis **H** | nota **C**: lęta **B** leta **HV** ‖ 46 summa iuga **V** ‖ 47 Florida *Iacobsius*: Lurida **O** Lucida *et* Humida ς Uuida *Heinsius* Herbida *Schraderus* Rorida *Hauptius* | q̃ *ita* **V** | uellabant **H** | colles] flores **V** ‖ 48 iacent (*uel* latent) *scripsi*: raget **V** uagae **BCH** (*quod propter sequens* uagatur *correctionis mouet suspitionem*) uacant *Wakefieldus* | addunt **V** ‖ 49 e] et **H** se **V** ‖ 50 *et* 51 *inter se transposuit Bembus* ‖ 51 desertae *Bembus*: desertas **BC** desertis **HV** | perrepunt *Bembus*: errabant **V** h(a)erebant **BCH**; *num* perreptant *?* subrepunt *Ribbeckius* | auia *Heinsius* ardua *Schraderus* | rupis **V** (*sic*): ripis **H** rupes **BC** ‖ 50 Tondebant **O** (Tend. **C**): Tondentur *Bembus; at cf. de imperfecto u.* 174; *Vergil. Aen.* IV 149, VI 4; *Aetna* 62; *Val. Flacc.* II 110, V 439 *aliaque* ‖ 53 auidę **B** | petita est **H**

Haec suspensa rapit carpente cacumina morsu
Vel salicis lentae uel quae noua nascitur alnus,
Haec teneras fruticum sentes rimatur, at illa
Inminet in riui properantis uallibus undam.
O bona pastoris (siquis non pauperis usum
Mente prius docta fastidiat et probet illis
Somnia luxuriae spretis), incognita curis,
Quae lacerant auidas inimico pectore mentes!
Si non Assyrio fulgent bis lauta colore
Attalicis opibus data uellera, si nitor auri
Sub laqueare domus animum non angit auarum
Picturaeque decus, lapidum nec fulgor in ulla
Cognitus utilitate mouet, nec pocula Graium
Alconis referunt Rhoecique toreuma, nec Indi
Conchea baca maris pretio est: at pectore puro
Saepe super tenero prosternit gramine corpus,

---

54 cacumina *m. rec. in* cauimĩna *corr.* **B** ‖ 55 Vel ϛ: Hec **HV** Haec **BC** (*sed ut in* **B** *non consueta sit species litterae H*) | almis **B**, *corr. m. rec.* ‖ 56 fructicum **V** fructi cũ **C** | rimator (u *supra* o) **H** ‖ 57 Inm. **V**: Imm. *ceteri* | in riui **O** (et riui **H**): inrigui *Scaliger* | properantis uallibus *scripsi*: praestantis imaginis **O** (ym. **H**) | undam **O**; praestanti (*uel* properanti) marginis undae *Scaliger* (uluae *Hauptius*) ‖ *ab* 58 *incipiunt excerpta Parisina* (**p** *et* **n**) *cum titulo* De beatitudine pauperis uite Virgilius in culice ‖ 59 prius] minus *Heinsius* nimis *Silligius* | fastidiet **H** *m. 1* | probat **H** *m. 1* ‖ 60 Somnia *Hauptius*: Omnia **O** *Par.* Munera *Silligius* | luxorie **B** | sp̄tis = spretis **V**: pretiis **BCH** prauis *Par.* ‖ 61 mimico **B**, *corr. m. rec.*; in iniquo *Silligius* ‖ 62 assirio **BCV** *Par.* asirio **H** | fulgent *Schraderus*: fuerint **O** *Par.* (fuerunt **H**) | bis lota *Par.* (bilota **p**) ł lota *suprascr.* **C** ‖ 63 Atalicis **H** Atalacis **V** | finitor **V** ‖ 64 domus **H** *Par.*: domos **O** | tangit ϛ ‖ 65 nec] non **V** | ulla, u *ex* i *corr., ut uid.*, **V** ‖ 66 mouet *Schraderus*: manet **O** *Par.* manus *uel* manum *Hauptius* | Graium *Heinsius et Marklandus*: gratum **O** *Par.* (grata **H**) Graiam *uel* Grai *Hauptius* ‖ 67 referunt ϛ: referent **O** *Par.* | Rhoecique *Lachmannus ad Lucr. p.* 136: coetique **B** boetique **C** *Par.* boctiq; **V** betiq. **H** | torreuma **H** thoreuma **p** ‖ 68 bacha **CHV** bacca *Par.* | precio **H** *Par.* | at **BV** *Par.*: a **CH** ‖ 69 prostrernit **V** | gramine **B** gramina **H**

Florida cum tellus gemmantis picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arua;
Atque illum, calamo laetum recinente palustri
Otiaque inuidia degentem et fraude remota
Pollentemque sibi, uiridi iam palmite lucens
Tmolia pampineo subter coma uelat amictu.
Illi sunt gratae rorantes lacte capellae
Et nemus et fecunda Pales et uallibus intus
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat esse beatior aeuo
Quam qui mente lucro pura censuque probato
Non auidas adposcit opes nec tristia bella
Nec funesta timet ualidae certamina classis,
Non, spoliis dum sancta deum fulgentibus ornet
Templa uel euectus finem transcendat habendi,
Aduorsum saeuis ultro caput hostibus offert?

---

70 cum] nunc **V** | gemmantes **V** *Par.* gemantes **R** ‖ 71 notat] nouo **V** nouat *Heinsius* | dulci **H** *Par.*: dulcis **BC** dubiis **V** | distinora **V** ‖ 72 chalamo *et* palustri *ex* plaustri *corr.* **p** | recinente **H** *m. 2*, *Par.*: retinente **H** *m. 1* **V** recanente **BC** ‖ 73 inuidie **V** | et **H** *Par.*: *om.* **O** ac *uulgo*; inuidiae d. fraude *non placet* ‖ 74 sui *Heinsius et Schraderus* | iam *scripsi*: cum **O** *Par.* | lucens **O**: lutens **p** luctus **n** ludens **S** (*unde* uiridanti p. ludens *Hauptius*) ‖ 75 Tmolia (*quod erasum in* Mollia *corr. m. rec.*) **B** Molea **C** Pmolea **H** *m. 1* (*in* Tmolia *corr. m. 2*) Thentolia **V** Thmolia *Par.* | panpineo **V** pampinio **n** | uolat **V** (*et* **p** *m. 1*) ‖ 76 sunt] sicut **V** ‖ 77 fecunda] secum **V** feconda **p** | palles **C** palles **H** | et] ce **H** *m. 1* | imis **H** ‖ 78 mariantia **V** ‖ *ante* 79 *Par.*: Quam feliciter et quiete uiuat in praesenti qui contentus (contemptus **p**) est modicis ‖ 79 optata **H** *m. 1*, *om.* **n** ‖ 80 Et qui **H** | mente lucro pura *Maehly*: mente procul pura **O** *Par.* m. potens pura *Heinsius* m. procul dura *Silligius* m. procul praua *Ribbeckius* | censuque probato *scripsi*: sensuque probando **O** *Par.* ‖ 81 adposcit *scripsi*: agnoscit **V** agnouit **BCH** *Par.* inhiauit *Heinsius* ‖ 82 ualida **H** *m. 1* ‖ 83 Non **O**: Nec *Par.*, **S** | ornat **H** ‖ 84 uel *Bembus*: nec **O** *Par.* (*in* **B** *supra lin. m. 1*) | euentus **C** | transcendat **S** *Bembus*: transcendit **O** *Par.* ‖ 85 Aduorsum **V**: Aduersum *ceteri* | sceuis **H** | hostilibus **V**

Illi falce deus colitur, non arte politus;
Ille colit lucos, illi Panchaia tura
Floribus agrestes herbae spirantibus adsunt;
Illi dulcis adest requies et pura uoluptas,
Libera, simplicibus curis: huc inminet, omnis
Derigit huc sensus, haec cura est subdita cordi,
Quolibet utque peni uictu contentus abundet
Iocundoque liget languentia corpora somno.
O pecudes, o panes et o gratissima tempe
Frondis hamadryadum, quarum non diuite cultu
Aemulus Ascraeo pastor sibi quisque poetae
Securam placido traducit pectore uitam!
Talibus in studiis baculo dum nixus amicas
Pastor agit curas et dum non arte canora
Conpacta solitum modulatur harundine carmen:
Tendit ineuectus radios Hyperionis ardor

86—88 *om. Par.* ‖ 86 filce **B** | alte **B**, *corr. m. rec.* ‖ 87 panchasia **V** | thura **H** ‖ 88 herbae **V** herbe **H**: herbis **BC** | spirantibus *scripsi*: uariantibus **O** (*quo seruato* adflant *Hauptius; sed* colitur — colit, adsunt — adest *a poeta quaesitum est*) ‖ 89 uoluntas **H** ‖ 90 sollicitis curis *Schraderus* | huic **V** | imm. **BC** *Par.* ‖ 91 Dirigit **O** *Par.* | haec] hac **V** ‖ 92 Qualibet **H** | utque peni *scripsi*: ut requiem **BC** ut requie **HV** ut requie et **p** ut requiem et **n**; ut tenui *uel* ut specie *Heinsius* | uictu **HV** *Par.*: uictus **BC** | contemptus **n** | habundet **CV** *Par.* ‖ 93 Iucundoq; **CV** | liget **V**: licet **BC** locet **B** *m. rec.* **H** leuet *Par.* | languencia **H** | sompno **V** *Par.* ‖ 94 et *om.* **C** ‖ 95 Frondis *Heinsius*: Fontis **O** *Par.* | amadriadum **O** *Par.* (amachr. **C**); Fontibus, ac Dryades *Schraderus* Fontibus Hydriadum *Rob. Vngerus* | quarei **V** | culte **B**, *corr. m. rec.* ‖ 96 ascreo **CHV** *Par.* | pastori quisq; **V** (*sic*) | poete **H**: poeta **O** *Par.* ‖ 97 traducit **HV** *Par.*: traducis **BC** ‖ 99, 98 *ponit* **V**; *ceterum* 98—103 *post* 57 *traiciendos censet Ribbeckius* ‖ 98 Talibus **O**: Dulcibus *Par.* | amicas *Bothius*: apricas **O** *Par.* (**V** *utrum* -cam *an* -cas *uoluerit incertum*) ‖ 99 Pastor **O**: Letus *Par.* ‖ 100 Comp. **H** Compacto (a *supra alt.* o) **C** | solitum **ϛ**: solidum **O** *Par.* | arund. **CHn** harond. **p** ‖ *in* 100 *interrumpuntur Par.* ‖ 101 in eicectus **V**; in euectos *Bembus* | radio **H** | yperionis **BC** (ypinionis *illius m. rec.*) hiperionis **V**

Lucidaque aethereo ponit discrimina mundo,
Dum iacit Oceanum flammas in utrumque rapaces.
Et iam compellente uagae pastore capellae
Ima susurrantis repetebant ad uada lymphae,
Quae subter uiridem residebant caerula muscum.
Iam medias operum partes euectus erat sol,
Cum densas pastor pecudes cogebat in umbras;
Nec procul ipse exit luco residere uirenti,
Delia diua, tuo, quo quondam uicta furore
Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agaue,
Infandas scelerata manus ec caede cruenta:
Quae gelidis bacchata iugis requieuit in antro,
Posterius poenam nati de morte datura.
Hic etiam uiridi ludentes panes in herba
Et satyri dryadesque choros egere puellae
Naiadum coetu. tantum non Orpheus Hebrum

---

102 ethereo **HV**: aetherio **BC** ‖ 103 Dum *uulgo*: Qua **O** (Qaia **B** *m. 1*, *ut uid.*) | oceanum **H** occeanum **V**: oceanus **BC** ‖ 104 Etiam **V** | Et iam pallente uage fuerant p. c. **H** ‖ 105 Lene *Schraderus* | susurantis **C** | repetebant **O** (repedabant **C**): repebant *Scaliger* reptabant *Heinsius; at cf. Gratius Cyneg.* 245, *Aetnae* 368 | limphae **B** (i *in ras.*) **C** linphe **V** ‖ 106 saliebat *Heinsius* resonabat *Heynius* resilibant *Maehly* | garrula *Heinsius* ‖ 107 emensus *Schraderus* ‖ 108 pecudens agebat **C** | umbres **H** *m. 1* ‖ 109 Nec *scripsi*: Ut **O** Et *edd. ant.* Haut *Ribbeckius* | ipse exit *scripsi*: aspexit **O** aspiciens *Gronouius* accessit *Barthius* ‖ 111 nictelium **HV** nyetelium **B** (*m. rec. corr. in* etoliam); Nyctelii *Scaliger* Nyctelio feruens *Maehly* | cadmei sagaue **B** *m. 1* ‖ 112 Infanda **B** | ec *Ribbeckius*: et **O** e *Bembus* ‖ 113 bachata **BCH** baccata **V** ‖ 114 *ante* 112 *ponit* **H** ‖ 114 nati de morte *uulgo*: nati se≡ morte **B** natis est ^te morte **C** natis e morte **HV** | datura *uulgo*: futuram **BC** (**H** *m. 2*) futurum **H** *m. 1* **V** (*sic*) ‖ 115 herba≡ **B** ‖ 116 Et satyriades chorosque egere p. **V** | satiri **CH** | driad. **BC** (*in illo* i *m. 1 in* y *corr.*) | chorus **B** ‖ 117 Naidum **B**, *corr. m. rec.* | cetu **V** cetus **H** | horpheus **V** (orpheus **C** *in marg.*, **B** *m. rec.*): oridus **C** horridus **H** *et* **B** *mg.*, *qui quid m. 1 in textu habuerit* (hortylus?) *incertum*; (h)orridus *libri cum* **B** *cognati*

Restantem tenuit ripis siluasque canendo,
Quam tum te, pernix, remorantur, diua, chorea
Multa tuo laetae fundentes gaudia uultu,
Ipsa loci natura domum resonante susurro
Quis dabat et dulci fessas refouebat in umbra.
Nam primum prona surgebant ualle patentes
Aeriae platani, inter quas impia lotos,
Impia, quae socios Ithaci maerentis abegit,
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.
At quibus insigni curru proiectus equorum
Ambustus Phaethon luctu mutauerat artus
Heliades, teneris implexae brachia truncis,
Candida fundebant tentis uelamina ramis.
Posterius cui Demophoon aeterna reliquit
Perfidiam lamentanti mala (perfide multum,
Perfide Demophoon, i nunc defendeque uela!);

---

118 ripis **B**: rupit **C** riuis **V** riuos **H** ‖ 119 Quam tum **V** (*sic*): Quantum **B** Quam **C** Qua **H** | pernix **V**: pernigre **B** per nigre **C** per gira (pigra *m. rec. suprascr.*) **H** Pentheu *Heinsius* | remorantur *Heinsius*: remorantem **V** morantem **BCH** | corea **H** ‖ 120 tuae **B** *m. 1* | l(a)etae **BV**: late **CH** | uulto **V** ‖ 121 domum *om.* **H** *m. 1* ‖ 122 fessos **H** ‖ 123 surgebat **H** | parentes, t *supra* r *posita* **B** ‖ 124 platani **HV**: platane (us *supra* e *m. rec.*) **B** platanae **C**; *ex* platanei *?* | *post* quas *m. rec.* erat *suprascr.* **B** | lothos **V** ‖ 125 Impiaq. **H** | ithaci merentis **B** itaci merentis (*sic*) **H**: ithari merentis **V** sic hac imerentis **C** | adegit **H** ‖ 127 Et **H** | insigni] ignipedum *Heinsius* ignito *Maehly; praeplacet* insueto ‖ 128 Ambustus **H**: Ambustos **O** | phoeton **BC** pheton **H** feton **V** | motauerat (*corr. m. rec.*) **B** mutauerit **V** | arctus **H** ‖ 129 Haeliades **C** Eliades **V** | amplexae **O**, *corr. Heinsius* | brahia truncia **C** truncu **V** ‖ 130 pandebant *Schraderus* | teneris **H** ‖ 131 qui **V** (*pro* quoi *?*) | demophoun **H** demophon **V** ‖ 132 Perfidiam lamentandi mala **O**, *correxi*; Perfidia (*ita edd. ant.*) lamenta doli *Hauptius*, male *Bothius* | perfide multum *scripsi*: perfide multis **HV** perfida multis **BC** perdita Phyllis *Handius* prouida Phyllis *Silligius* ‖ 133 *om.* **B** (*add. m. rec. mg.*) | demophon **V** (**B** *mg.*) demopheon **H** | i **V**: et **CH** (**B** *mg.*) | nunc **O**: non **B** *mg.* | defendeque uela (*i. e. proferque uanas subitae profectionis excusationes*) *scripsi*: defende

Quam comitabantur fatalia carmina quercus,
Quercus ante datae Cereris quam semina uitae
(Illas Triptolemi mutauit sulcus aristis).
Hic magnum Argoae naui decus addita pinus
Proceros decorat siluas hirsuta per artus
Ac petit aereis contingere motibus astra.
Ilicis et nigrae species nec laeta cupressus
Umbrosaeque monent fagus hederaeque ligantes
Brachia, fraternos plangat ne populus ictus,
Ipsaeque escendunt ad summa cacumina lentae
Pinguntque aureolos uiridi pallore corymbos,
Quis aderat ueteris myrtus non nescia fati.
His suberat gelidis manans e fontibus unda,
Quae leuibus placidum riuis sonat acta liquorum.
At uolucres patulis residentes dulcia ramis
Carmina per uarias edunt resonantia cautes;

---

puellas **V** defende puellis **C** *et libri cum* **B** *cognati* defuncte puellis **H** (defende [*sic*] puellam **B** *mg.*) deflende puellis *Scaliger* ‖ 134 fatali carmine *Heinsius* ‖ 135 caereris (i *ex* e *corr.*) **V** ‖ 136 Illis **C** | triptolomi **H** (*et ita corr. m. rec.* **B**) tritolemi **V** | motauit **B** (*m. rec. in* notauit *corr.*) ‖ 137 argoe naui **V**: argo enaui **B** argoe uani **C** argoe nauis **H** | addita *Heinsius et Schraderus*: adita **V** edita **BCH** ‖ 138 Proceros *Heinsius*: Proceras **O** (*etiam* **B**) | arctus **C** artes **H** ‖ 139 Ac petit *Heinsius*: Appetit **O** | aeriis **C** | motibus *Scaliger*: montibus **O** frondibus *Heinsius* ‖ 140 nigrae et species Lethaea (*hoc Gifanius*) *Heynius synaloephe inpermissa apud nostrum* | nec laeta (= et maesta) *Heinsius*: et leta (*uel* laeta) **O** et lenta *Schraderus* et maesta *Wakefieldus* ‖ 141 monent ϛ: manent **O** | ligantes **HV**: ligantis **BC** ‖ 142 plangent me *m. 1*, plangant ne *m. 2* **H** ‖ 143 escendunt *Heynius*: excedunt **O** ‖ 144 palore **H** *m. 1* | corimbos **BCH** conbos **V** ‖ 145 martus (a *in* y *corr. m. 1*) **B** mirtus **HV** | facti **H** ‖ 146—159 *habent Par.*, *sed ita ut u.* 154 (Quem circa fesse passim c. c.) *praepositum sequantur* 148, 49, *tum* 146, 47, *denique* 150—59; *et hunc uersuum, qui sunt in* **O** 146—49, *ordinem recepit Hauptius* ‖ 148 Hys **H** | suberat *uulgo*: superat **O** *Par.* ‖ 149 sonet **p** | acta **V**: orta **BCH** *Par.* | liquorum *Hauptius*: liquorum **C** liquorem **O** *Par.* ‖ 146 Ad **V** ‖ 147 uarias — cautes *scripsi*: uarios — cantus **O** *Par.* uarios — campos *uel* uacuos —

Et quaqua geminas auium uox obstrepit aures,
Hac querulas referunt uoces quis nantia limo
Corpora lympha fouet; sonitus alit aeris echo,
Argutis et cuncta fremunt a rore cicadis.
At circa passim fessae cubuere capellae
Excelsis supter dumis, quos leniter adflans
Aura susurrantis poscit confundere uenti.
Pastor, ut ad fontem densa requieuit in umbra,
Mitem concepit proiectus membra soporem,
Anxius insidiis nullis, sed lentus in herbis
Securo pressos somno mandauerat artus:
Stratus humi dulcem capiebat corde quietem,
Ni fors incertos iussisset ducere casus.
Nam solitum uoluens ad tempus tractibus isdem
Inmanis uario maculatus corpore serpens,
Mersus ut in limo magno subsideret aestu,
Obuia uibranti carpens grauis ore trilingui,
Squamosos late torquebat motibus orbes:

saltus *Schraderus* ‖ 150 quaqua *Barthius*: quamquam **O** (*etiam* **B**, *et in ceteris id uolunt compendia*) Hinc illi *Par.* | astrepat **H** ‖ 151 Ac **V** Nec **H** Hinc *Par.* | querulas *Par.*: querulae **BC** querule **HV** | uoces referunt **V** | qui **p** | nancia **H** nautia **V** ‖ 152 limpha **BH** *Par.* limpla **V** | uouet **H** *m. 1* | etheris **V** | eccho **p** ecco **n** ‖ 153 culta *Par.* | tremunt **V** | a rore *scripsi*: ardore **O** arbusta *Heinsius* | cicatis (d *supra* t *m. 1*) **B** ‖ 154 *ante* 148 *habent Par.*, *tum* 155—59 *ita*: Seu libet ad fontem densa requiescere in umbra Excelsis supra dumis, quos leniter afflans (afl. **n**) Aura s. possit c. u. Anxius i. n. et l. i. h. Concipit hic mitem proiectus membra (umbra **p**) soporem ‖ 154 Et **H** | fusae *Schraderus* ‖ 155 Excelsis supter *Heynius*: Excelsisque super **O** (*cf. et Par.*) Excelsos subter dumos *Schraderus* | quos *Par.*: qu(a)e **O** | leniter *Par.*: leuiter **O** | affl. **CV** afl. **H** ‖ 156 susurrantis **H** | uentis **V** ‖ 158 Mittem **H** | concoepit **C** | periectus **V** ‖ 159 Ansius **V** ‖ 160 fessos *Nodellius* | sompno **V** | mandauerit **H** *m. 1* ‖ 161 quietem] soporem **V** ‖ 162 Si **H** | fortis inceptos iussisse **V** ‖ 163 isdem *Bembus*: ide **V** idae **B** idae **C** hydre **H** ‖ 164 Imm. **B** Im manis **V** | uarie m. corpora *Barthius* ‖ 165 subsideret *Bembus*: subsideris **O** ‖ 166 ore trilingui *Schraderus*: aere lingua **O** (aera **H**) ‖ 167 Squamosis **H** | motibus **CH** (*corr.* **B** *m. rec.*): montibus **BV**

Tendebant acres uenientis ad omnia uisus.
Iam magis atque magis corpus reuolubile soluens
Attollit nitidis pectus fulgoribus, ecfert
Sublimi ceruice caput, quoi crista superne
Edita purpureo lucens cumulatur amictu
Aspectusque micat flammarum lumine toruo.
Motabat sese circum loca, quom uidet ingens
Aduersum recubare ducem gregis. acrior instat
Lumina diffundens intendere et obuia toruos
Linguis arripiens infringere, quod sua quisquam
Ad uada uenisset. naturae comparat arma:
Ardet mente, furit stridoribus, intonat ore,
Flexibus euersis torquetur corporis orbis,
Manant sanguineae per tractus undique guttae,
Spiritus erumpit fauces. quo cuncta paranti

---

168 Tendebant acres *scripsi*: Tollebant arte (*sic*) **V** Tollebant aurae **BCH** Pallebant aurae *edd. ant.* Squalebant aurae uehementis ad omnia uisus *Scaliger* (uitiantis ad omnia uirus *Heinsius*) Squalebant uiro uitiantes omnia rictus *H. A. Kochius* Mollibant aurae uenientis flamina nisus *Ribbeckius* Pallebant aura uementis gramina uiri *Hauptius* Tollebatque aciem *Schenkelius* | uenientis] **B** *mg. m. rec.* l. uiuentis ‖ 169 resolubile *Heinsius* | soluens *scripsi*: uoluens **O** ‖ 170 Actollit **V** | corpus **V** | effert *Friesemannus* (ecf. *Ribbeckius*): et se **O** et fert *edd. ant.* exit *Schraderus* ‖ 171 quoi **V**: cui *ceteri* | trista **H** ‖ 172 cumulatur *Maehly*: maculatur **O** (miculatur **H** *m. 1*) ‖ 173 Aspectusque (= *oculorum uisus*) *scripsi*: Aspectuque **O** | micat — lumine **O**: micant — lumina *uulgo* (*praeterea* flammantia *Bembus*) ‖ 174 Motabat *scripsi* (*cf. ad u.* 50): Metabat **O** (Metebat **H** *m. 1*) Metata est *Silligius* Metatur *Hauptius* Nictatur *Ribbeckius* | sese **O**: late **V** *per errorem ex u.* 167 | quom **V**: cum *ceteri* | uidẹṇs **B** | igens **V** anguis **H**; *latet aliquid* (*num* idem ?) ‖ 175 recubere **H** | grecis **V** greis, g *suprascr.* **C** | instat; *puto* istuc ‖ 176 intentuque obuia toruo *Ribbeckius* | toruus *Silligius* (-uos *ego*): toruo **O** tornus **H** ‖ 177 Linguis *scripsi*: S(a)epius **O** Saeuius *Bothius* Spiris *Hauptius* | infrendere **S** | quisq; **V** ‖ 179 stridonibus **H** *m. 1* | insonat *Schraderus* ‖ 180 euersis **O**: et uersis **H** en uersis *Ribbeckius* (inuersis *Heynius*) | corporibus **H**; corpora in *Heinsius* ‖ 181 gucte **V** ‖ 182 Spiritus **S**: Spiritibus **O** | erumpit *Heinsius*: rumpit **O** | quo *edd. ant.*: cui **O** | parante *Scaliger*

Paruulus hunc prior humoris conterret alumnus
Et mortem uitare monet per acumina: namque
Qua diducta genas pandebant lumina gemmis,
Hac senioris erat mature palpebra telo
Icta leui, quom prosiluit furibundus et illum
Obtritum Morti misit: quoi dissitus omnis
Spiritus excessit sensim. tum torua tenentem
Lumina respexit serpentem comminus; inde
Inpiger, exanimis, uix compos mente refugit
Et ualidum dextra truncum detraxit ab orno
(Quam casus sociarit opem numenue deorum
Prodere sit dubium, ualuit sed uincere talis
Horrida squamosi uoluentia membra draconis)
Atque reluctantis crebris foedeque petentis
Ictibus ossa ferit, cingunt qua tempora cristae;
Quem postquam uidit caesum languescere, sedit,

---

183 huic propior **H**; properans *Hertzbergius* | conterret **B**: conterit **C** contētet (*sic*) **V** tenet **H** tentat *Hertzbergius* | alumnis **C** alumpnus **H** ‖ 184 manet **C** ‖ 185 genae *Bothius* | pandebit *m. 1*, pandebat *m. 2* **H**; pingebant *Wakefieldus*; *fortasse* tangebant | gemmans *Schraderus cum* pupula *coniungens,* somnis *Ribbeckius* ‖ 186 Hoc **H** | seuioris **H** se moris **B** (*corr. mg. m. rec.*) | mature *Bothius*: natur(a)e **O** | palpebra *scripsi*: pabula **C** pupula **BV** popula **H** | tello **H** ‖ 187 Icta **HV**: Iacta **BC** Tacta *Schraderus* | quom **V**: cum *ceteri* tum *uulgo* qui *Bothius* ‖ 188 quoi **V**: cui **BC** cum **H** | clissitus **B** ‖ 189 Spem (*ex* Spc̄) **V** ‖ sensim **V**: sensum **H** sensus **BC** membris *Heynius* | tum **B**: cum **CHV** (*sic*) | torna **H** ‖ 190 Lumine **H** *m. 1* | cominus **HV** ‖ 191 Inp. **H**: Imp. *ceteri* | exanimis **V**: exanimus **BCH** | resurgit **HV** ‖ 192 ualida **V** | orno *uulgo*: ore **O** (detraxit ab arbore truncum ϛ) ‖ 193 Quam *Schraderus*: Qui **O** (*et* **V**) Cui (*potius* Quoi) *Scaliger* | sociarit *uulgo*: sociaret **O** (sot. **V**) | ue]ne **V** ‖ 194 sic **H** | ualuit *Hauptius*: uoluit **O** | talis *Silligius*: tali **V** tales **BC** callens **H** ‖ 196 crebro **H** | patentis ϛ ‖ 197 q̄ **H** | timpora **BC** | cristae ϛ: cristam **O** ‖ *u. qui est in* **O** 201 *ante* 198 *traieci* (*Ribbeckius ita ponit* 191, 199, 198, 200, 192—197, 201 *simul u.* 192 Set *corrigens*) ‖ 201 cepit **H** cedit ϛ

Et, quo erat tardus, somni languore remoto,
Quo plus astringens timor obcaecauerat artus,
Hoc minus inplicuit dira formidine mentem.
Iam quatit et biiugis oriens Erebeis equos Nox
Et piger aurata procedit Vesper ab Oeta,
Quom grege conpulso pastor duplicantibus umbris
Vadit et in fessos requiem darc comparat artus.
Quoius ut intrauit leuior per corpora somnus
Languidaque effuso requierunt membra sopore,
Effigies ad eum culicis deuenit et illi
Tristis ab euentu cecinit conuicia mortis.
'Quis' inquit 'meritis ad quae delatus acerbas
Cogor adire uices! tua dum mi carior ipsa
Vita fuit uita, rapior per inania uentis.
Tu lentus refoues iocunda membra quiete,
Ereptus certis e cladibus; at mea manes
Viscera Lethaeas cogunt transnare per undas:

198 Et quo erat tardus *scripsi* (*cf. L. Muellerus d. r. m.* 283): Et quod erat tardus **O** Et quod erat tardo *Hertzbergius* | somni *edd. ant.*: omni **O** | langore **HV** | remotus *Hertzbergius* renatus *Hauptius* || 199 Quo plus *scripsi*: Nescius **O** Nec prius *Silligius* | astringens *scripsi*: aspiciens **O** | ob cęcauerat **B** obcecauerat **CH** excecauerat **V** || 200 Hoc, *suprascr. m. 2* non, **H** | implicuit **BCH** inpleuit **V** || 202 çępiṭ, *suprascr. m. 2* quatit **H** | biiuges **H** | Erebeis *Hauptius*: ereboeis **BC** erebo cis **H** crebro eis (*sic*) **V** Erebois *Silligius* || 203 piget aurato **V** | ora **H** || 204 Quom **V**: Cum **BC** (*in hoc* ṭ et *suprascr.*) Tum **H** | conp. **V**: comp. *ceteri* || 205 in requiem fessos **S**: in fessos requiem **O** | date **V** | corporat, *suprascr.* ṭ comparat **C** || 206 Quoius **V**: Cuius *ceteri* | lenior **V** liuor **H** | sompnus **V** somnos **H** || 208 eam **H** *m. 1* | aduenit **H** || 209 cecinie **V** | conuitia **CV** || 210 Quis inquit meritis *Heynius* (Q. m. i. *Scaliger*): Inquit quid meritis **BCV** (*nisi quod in* **C** *supra* tis *scr.* ṭ u) Inquit quis meritis **H** En quid ait meritus *Heinsius* | adq̄ (= ad quae) **V**: atque **BCH** aut quo *Heinsius* | dilatus **BC** delectus **H** | acerbis **H** || 211 dum mi *Bembus*: dum me **O** (me dum **H**) dum mihi *uulgo* || 212 uentis **O**: uectus **H** (*unde* nectus *conicias*) Auerni *Heinsius* || 213 iucunda **C** || 214 certis *scripsi*: cetris **V** tetris **BCH** taetris *uulgo* | et **V** (*num* ec *?*) | ad **V** || 215 letheas **B** loetheas **C** letias *m. 1* leteas *m. 2* **H** letheal **V** | ṭranare **H**

Praeda Charonis agor uigilis. flagrantia taedis
Limina tum lucent infernis obdita templis.
Obuia Tisiphone, serpentibus undique cincta,
Et flammas et saeua quatit mihi uerbera. pone
Cerberus et diris latrantia rictibus ora,
Anguibus hinc atque hinc horrent quoi colla reflexis
Sanguineumque micant ardorem luminis orbes.
Heu, quid ab officio degressa est gratia, quom te
Restitui superis leti iam limine ab ipso?
Praemia sunt pietatis ubi, pietatis honores?
In uanas abiere uices et uicta recessit
Iustitia et prior illa fides. instantia fudi
Alterius, sine respectu mea fata relinquens
Ad pariles agor euentus: fit poena merenti.
Poena sit exitium: modo sit tum grata uoluntas,
Existat par officium. feror auia carpens,

---

216 caronis **V** | uigilis *scripsi*: uidi ut **O** uiden ut *Bembus* (*quod hinc alienum esse monuit Heynius* uideo *proponens*) uidi **S** || 217 *om.* **V** | Limina **S**: Lumina **BCH** Moenia *Silligius* | tum lucent *scripsi*: cum lucent **BCH** collucent **S** | infernis *Domitius Calderinus*: infestis **BCH** infectis **S** | obdita *scripsi*: omnia **BCH** horrida *Wakefieldus* || 218 tysiph. **C** thisiph. **H** tissiph. **V** | cincta *Heynius*: compta **O** || 219 pone *Hauptius* (pone est *iam Peerlkampius*): poene **B** pene **HV** poenae **C** || 220 Cerberea *Schraderus* | latrantia rictibus *Hauptius*: flagrant (-at **H**) latratibus **O** flagrans latratibus *Scaliger* || 221 hin (c *add. m. 2*) atq. **H** | horrent **H**: arent **O** | quoi **V**: cui *ceteri* || 222 Sanguineumque *uulgo*: Sanguineaque **B** Sanguineique **CHV** | ardore micant iam **H** | arbos (*mg. m. rec.* t orbes) **B** (**V** *utrum* orbem *an* orbes *habeat incertum*) || 223 Neu **H** *m. 2 corr.* | digressa **O**; *correxi* | quom **V**: cum *ceteri* || 224 loeti **C** | lumine *m. ant. in* limine *corr.* **B** | ipso *m. 1 ex* apso *corr.* **B** || 225 Premia — 226 uices *habent Par.* || 225 ubi et *Par.* || 226 uacuas a. auras *Maehly* | uicta *scripsi*: uita **V** iure **BCH** rure *uulgo* || 227 Iustitia et *Schraderus*: Iustiti(a)e **O** (-cie **H**) | dum *ante* instantia *addit Schenkelius* | fudi *scripsi*: uidi **O** uici *Heinsius* || 228 facta **H** || 230 Poena sit *uulgo*: Poena fit **O** | sit] fit **V** sit **H** | tum *Silligius*: dum **O** tua *Hertzbergius* || 231 aui (a *add. m. rec.*) **B**

Auia Cimmerios inter distantia lucos,
Quem circa tristes densentur in agmina poenae.
Nam uinctus sedet inmanis serpentibus Otos,
Deuinctum maestus procul aspiciens Ephialten,
Conati quom sint quondam rescindere caelum;
Et Tityos, Latona, tuae memor anxius irae
(Inplacabilis ira nimis) iacet alitis esca.
Terreor, a, tantis insistere, terreor, umbris!
Ad Stygias reuocatus aquas uix ultimus amni
Extat, nectareas diuum qui prodidit escas,
Gutturis arenti reuolutus in omnia sensu.
Qui saxum procul aduorso dein monte reuoluit,
Contempsisse dolet quo numine uicit acerba.
Otia quaerenti frustra ceruice, puellae,

---

232 Quia **H** *m. 1* | cum merios **B** cum inmerios **C** cum (chi *m. 2 suprascr.*) merios **H** cumcīos (*sic*) **V** | ducentia *Wakefieldus* || 233 Quae *Silligius* | tristes circa **V** | densantur **H** | agmina *Iacobsius*: omnia **O** obuia *Ribbeckius* | ponę **B** pene **H** | 234 uinctus **B** uīctus (*lineola euanida*) **V**: uictus **CH** | imm. **BHV** | etos (o *supra* e *m. 2*) **H** othos **BCV** || 235 Deuinctum **S**: Deuinctus **O** | ephialtem **CHV** || 236 quom sint quondam **V**: quondam cum sint **BCH** | rescindere **V**: inscendere (s *punctata*) **B** incendere **CH** | celum **V**: mundum **BCH** || 237 Tityos *uulgo*: tityas **B** titias **C** titius **V** ticius **H** | tue — ire (*sic*) **V**: tuas — iras **BCH** || 238 Impl. **BH** | latet **H** || 239 a] et **H** | terreo **V** || 240 stigias **BHV** | uir Tmolius (*et* Instat) *Maehly*; *an* mento tenus *?* | amni] enni **V** || 241 Extat *Heinsius*: Restat **O** || 242 Gucturis **V** Guturis **H** | in obuia *Schraderus* inania *Ribbeckius* in humida *Maehly* || 243 Qui **O**: Quid *uulgo* | aduorso **V** aduerso **H**: auerso **BC** | dein *scripsi*: de **V** qui **BCH** || 244 Comptēsisse **V** | dolet **V** (*sic*): dolor **BCH** labor *Heinsius* | quo numine *scripsi*: quem numine **V** quem numina **BCH** | uicit **V** (*sic*): uincit **BCH** | acerba **C**: acerbas **B** acerbās **V** acerbus **H** (**B** *m. rec. corr.*) || 245 Ocia **HV** | quaerenti (-tei *?*) *scripsi*: qu(a)erentem **O** (querentes **H**) | ceruice *scripsi cf. Varr. d. l. l. X 78*: ceu uite **V** siblite **BC** sublite **H** (*et* **B** *mg. m. rec.*) uos ite *Bembus* simul ite *Vossius* supplete *Birtius* (saeuae ite *Kochius* Beli ite *Maehly* situlae ite *Hauptius elisione non toleranda*)

Ite, quibus taedas accendit tristis Erinys,
Mutus Hymen praelata dedit conubia mortis.
Atque alias alio densas sequor agmine turbas,
Inpietate fera uecordem Colchida matrem,
Anxia sollicitis meditantem uulnera natis;
Iam Pandionias miserandas prole puellas,
Quarum uox Ityn edit Ityn, quo Bistonius rex
Orbus epops maeret uolucres euectus in auras.
At discordantes Cadmeo semine fratres
Iam truculenta ferunt infestaque lumina corpus
Alter in alterius; iamque auersatur uterque,
Inpia germani manat quod sanguine dextra.
Eheu mutandus numquam labor! auferor ultra
In diuersa magis, distantia flumina cerno:
Eridanus tranandus, agor delatus ad undam.
Obuia Persephone comites heroidas urguet

---

246 In quibus et tedas (*sic*) **V** | acendit **H** accendens *Hauptius* | trastis **V** | erinis **B V** herinis **C** herimnis **H** ‖ 247 Mutus *scripsi*: Sicut **O** Saeuus *Schraderus* Dirus *Kochius* | hymen, s *m. 1 supra* n **B** himen **H** bimen **V** | praelata *scripsi*: pr(a)efata **O** praesaga *Heynius* (pro fata!) *Hauptius* | connubia **H V** ‖ 248 sequor *Birtius*: super **O** supero *Hauptius* | agmina **H** *m. 1* | turbas **V**: turmas *ceteri* ‖ 249 Imp. **B C H** | ui cordam **B** *m. 1 ut uid.* tucordam **B** *corr.* **C** tum quondam **H** | colchida **H** (*sic*) colchita **V**: conchida **B C** ‖ 250 Ansia **H** ‖ 251 Iamq. **H** | miseranda ς ‖ 252 Quare **V** | uox Ityn edit Ityn *Silligius*: uox it in ed ytyn **B** uexit inedityn **C** uox sit in itim **H** uox iteratur itim **V** uox iterabat Ityn *Schraderus* | quo **V**: quod **B C H** | bisconius **V** ‖ 253 epos **V** | uolucres **O** (*et* **H**) ‖ 254 Ad **B C V** | catmeo **B C** (*in* **B** *m. rec.* t *in* d *corr.*) | sanguine, *suprascr.* i semine **C** ‖ 255 infestaque, in *supra lin. m. 1* **B** infectaq. **H** | uulnera *Bembus* ‖ 256 que *om.* **H** | auersatur ς: auersatus **B C** aduersatus **H V** ‖ 257 Imp. **B C H** | germania **H** | que **H** ‖ 258 Heu **H** Heu heu **V** ‖ 259 Im **H** *m. 1* | flumina *edd. ant.*: numina **B C H** nomina **V** limina *Heynius* ‖ 260 Eridanus *Schraderus*: Elisiam **H V** Elysiam **B C** | tranandum **H** *m. 1* | dilatus **B** | *totum uersum sic refinxerim* Elysiam Eridanum traiectus labor ad oram ‖ 261 per sophone **B** perséphore (*mg.* at sophone) **C** | heroidas urguet **B** heroydas urget **V**: hoeroida surget **C** herodia surgunt **H**

Aduersas praeferre faces. Alcestis ab omni
Inuiolata uacat cura, quod saeua mariti
In Chalcodoniis Admeti fata morata est.
Ecce, Ithaci coniunx semper ducis Icariotis
Femineum consaepta decus manet et procul illa
Turba ferox iuuenum telis confixa procorum.
Quid, misera Eurydice, tanto maerore recesti?
Poenane respectus et nunc manet Orpheos in te?
Audax ille quidem, qui mitem Cerberon umquam
Credidit aut ulli Ditis placabile numen,
Nec timuit Phlegethonta furentem ardentibus undis,
Nec maesta obtenta Ditis ferrugine regna
Defossasque domos ac Tartara nocte cruenta
Obsita, nec faciles Dictaeo iudice sedes,
Iudice, qui uitae post mortem uindicat acta:
Sed Fortuna ualens audacem fecerat ante.
Iam rapidi steterant amnes et turba ferarum

---

262 praeferre *edd. ant.*: perferre **O** | uaces **B**; perf. uices *Heinsius* acies *Schraderus* ‖ 263 quod] q̃ = quae **H** ‖ 264 Chalcodoniis *Doruillius*: chalcedoniis **BC** calcedoneis **V** calchedoniis **H** | admaeti **B** | fata *Bembus*: cura **O** | morata est, *suprascr.* at negata **C** ‖ 265 itaci **H** | sempe **B** (*corr. m. rec.*) | ducis Icariotis *Bothius*: decus ichariotis **V** decusiha rotis **B** decusia rotis (*mg.* t harentis) **C** decus enitet oris **H** ‖ 266 consaepta *scripsi* (*cf. Tac. Germ.* 19 saepta pudicitia): concepta **O** (concoepta **C**) incorrupta *Bembus* conspecta *Birtius* | illa **V**: illam **BCH** ‖ 267 taelis **B** celis **V** ‖ 268 Qui **C** | euridice **BCV** erudice **H** (*ex* Eurudice *?*) | recesti *Barthius*: recessit **O** ‖ 269 Poenane *Schenkelius*: Pene **V** Poenaque **BCH** | conspectus **H** | Orpheos *docti quidam teste Heynio*: orpheus **O** in te manet, Orpheu *Scaliger* ‖ 270 inmitem **H** *m. 2* | cerberon unquam **V**: cerbera numquam **BCH** ‖ 271 aut **H**: haud **BCV** | illi **H** illum **V** | dicis **V** ‖ 272 phlegetonta **B** flegethonta **C** flegetonta **HV** | furentem *Bembus*: furens **O** ‖ 273 mestu **V** | obtenta **HV**: obtentu **BC** | ferugine **H** ‖ 274 Defossas **V** (**B** *m. rec. corr.*): Nec fossas **BC** Nec fessas **H** ‖ 275 faciles, l *supra lin.*, **V** | Dictaeo *Scaliger*: ditis (-cis **V**) sine **O** | uindice **H** (*idem u. seq. corr. m. 2*) ‖ 276 uindicet **H** iudicat **V** ‖ 277 fauens *Heinsius* | 278 amnes **CH**: omnes **BV**

Blanda uoce sequax regionem insederat Hebri;
Iamque imam uiridi radicem mouerat alte
Quercus humo . . . . . siluaeque sonoros
Sponte sua cantus rapiebant cortice auara.
Labentes etiam biiuges per sidera Lunae
Pressit equos, et tu currentis, menstrua uirgo,
Auditura lyram tenuisti Nocte relicta.
Haec eadem potuit Ditis te uincere coniunx
Eurydicenque ultro ducebas reddere: non fas,
Non erat in uitam ius exorabile mortis.
Illa quidem, nimium manes experta seueros,
Praeceptum signabat iter nec rettulit intus
Lumina nec diuae corrupit munera lingua;
Sed tu crudelis, crudelis tu magis, Orpheu,
Oscula cara petens rupisti iussa deorum:
Dignus amor uenia, ueniam si Tartara nossent.

---

279 Blande **H** | insederat **H**: insiderat **O** | Hebri *scripsi*: orphei **O** (arphei **C**) ‖ 280 Iamque *in* Iam uox *corr. m. 2* **H** | ima **H** | uiridi **BC**: uiri **H** radiis **V** | rad.] euridicem **H** ‖ 281 humo steterant amnes **O** (omnes **H** steterantque **S**); sequiturque comes *Heinsius* steteratque comes *Hertzbergius* | sonoros *Heinsius*: sonore **BHV** sonarae (o *supra prior.* a) **C** ‖ 282 rapiebat c. amara **H** ‖ 283 etiam biiuges **V**: biiuges etiam **BCH** | lune **HV**: luna **BC** Phoebus *Ribbeckius* carmen *Schenkelius* ‖ 284 Praessit **B** | currentes **V** | monstrua **V** ‖ 285 liram **H** | tenuisti menstrua uirgo **H**, *corr. m. 2*; tenuit statione relicta *Kochius deleto* 284 ‖ 287 Euridicemque **CHV** (m *in* **C** *in* n *corr.*) | ultro] uiro *Heinsius* | ducebas *scripsi*: ducendam **O** ducebat **S** | *post* reddere *uulgo interrogandi signum ponunt* ‖ 288 in uitam *uulgo*: inuitam **O** inuicta **H** | ius *scripsi*: dire **V** diuae **BCH** (*qua synaloephe durissima retenta* inuita diua *Silligius* inuitae diuae *Ladeuicus* inuictae diuae *Hauptius*, *tum* exorabile numen *Bembus* exorabilis Orcus *ego olim*) ‖ *post* 288 *aliquot uersus intercidisse uidentur* ‖ 289 experte **B** | securos **H** ‖ 290 Prereptum **H** | rettulit **S**: retulit **O** ‖ 291 cōrūpit munere linguam **H** ‖ 292 crudelis *semel* **V** ‖ 293 iura deorum **C** ‖ 294 *uerba* Dignus amor uenia est *habent Par.* | ueniam *scripsi* (*cf. Misc. Crit. p.* 196): gratum **O** paruum *Bembus cum* peccatum *coniungens et* ignouisse *scribens* | nossent **BC**: nosset **V** noscent **H** nollent (pecc. mem.) *Silligius*

Peccatum meminisse grauest: nos sede piorum
Has manet heroum contra manus. hic et uterque
Aeacides (Peleus namque et Telamonia uirtus
Per secura patris laetantur numina, quorum
Conubiis Venus et Virtus iniunxit honorem:
Hunc rapuit Periboea, illum Nereis amauit).
Adsidet hac iuuenis, sociat quem gloria sorti,
Acer in excessum, referens a nauibus ignis
Argolicis Phrygios torua feritate repulsos.
O quis non referat talis discrimina belli,
Quae Troiae uidere uiri uidereque Grai,
Teucria quom magno manaret sanguine tellus
Et Simois Xanthique liquor, Sigeaque propter
Litora quom Troas saeui ducis Hectoris ira

---

295 grauest nos *scripsi*: graues tuos **B** graues uos **V** tuos graue **CH** (graue uos **B** *mg. m. rec.*) graue: at uos *Scaliger* sed et uos *Bembus* at nos (graue) *Silligius* tuom graue *Ribbeckius u.* 295 *ante* 293 *traiciens* ‖ 296 Has *Ribbeckius*: Vos **O** (Vas **H** *m. 1*) Nos *Silligius* | eroum **B** heroum cum contra **H** ‖ 297 Eacides **CHV** | thalania (mo *supra* an *scr. m. 2*) **H** ‖ 298 Perse cura **C** | lumina **H** munera *edd. ant.*; *num* numine *?* ‖ 299 Connubiis **V**; Conubis *Hauptius* | inuinxit **H** coniunxit **C** ‖ 300 Periboea *Schraderus*: feritas **V** ferit ast **BC** ferrum ast **H** serua, ast *Bembus* ‖ 301 Assidet **CH** | hec **H** ha **V** (*num ex* hic *?*) | his iuuenum *Heynius* | sociat quem **H**: sociat de **BC** societate **V** sociatae *edd. ant.* sociat quos *Hertzbergius* | sorti *Barthius*: sortis **O** fortis **H** ‖ 302 Acer *Bembus*: Alter **O** sociatae gloria gentis Altera *olim conieci* | in excessum *edd. ant.*: in excelsum **V** in excissum **B** (inexcussum *m. rec. corr.*) inexcisum **C** in excidium (t *supra* d *m. 2*) **H** inexcussus *Bembus* in excelso *olim conieci* | manibus **V** | igues **H** igens **V** ‖ 303 phrigios **B** frigios **CHV** | torua ς: turba **O** (l' torta **B** *mg. m. rec.*) | feritare **V** fremitante **H** | refusa **V** ‖ 304 quis nam **H** | talis **HV** (**B** *m. rec.*): tali **BC** | discrimina *scripsi*: diuortia **CV** diuorcia **H** deuortia **B** | belli **HV**: bellis **BC** ‖ 305 Quo **H** | Troes *Heinsius* | graii **BHV** | 306 quom **V**: cum *ceteri* | magno] graio ς multo *Schraderus* Argiuo *siue* Argeo *ego* | maneret **B** (*supra prior.* e *m. ead.* a *scr.*) maneret **H** *m. 1* ‖ 307 symois **BC** | xanti **CHV** | sygea **C** | propter *Heinsius*: praeter **O** (pret *sic* **V**) ‖ 308 Litt. **H** | quom **V**: cum *ceteri* | ducis **V**: duos **BCH** (l' uos **B** *mg. m. rec.*) uis *Scaliger* | haec toris **C**

Truderet in classes inimico marte Pelasgas
Vulnera tela neces ignis inferre paratos.
Ipsa iugis namque Ida potens uiridantibus, ipsa
Ida faces altrix cupidis praebebat alumnis,
Omnis ut in cineres Rhoetei litoris ora
Classibus ambustis flamma flagrante daretur.
Hinc erat oppositus conto Telamonius heros
Obiectoque dabat clipeo certamina, et illinc
Hector erat, Troiae summum decus, acer uterque,
Flaminibus ueluti fragor est a turbine mixtis,
Ignibus hic taedisque asper si *classibus Argos*
Eriperet reditus, alter Vulcania ferro
Vulnera protectus depellere nauibus instat.
Hoc pater Aeacides alter laetatus honorest,

---

309 Truderet *scripsi*: Videre **V** (**B** *mg. m. rec.*) Vidi **BC** Vidit et **H** | inimico marte *scripsi*: inimica mente **O** *nimis absurde* ‖ 310 Vlnera **H** | tela neces ignes **HV** (**B** *m. rec. corr.*): telane te signis **C** tela nete signas **B** | paratas **V** parentes (*sic*) **H** ‖ 311 iugis *Bembus*: uagis **O** (natis **H**) | potens **HV**: patens **BC** | uiridantibus *scripsi*: feritatis ab **V** feritatis et **BCH** frondentibus *Heinsius* ‖ 312 Ida **V**: Daque **BC** Datque **H** | altris **V** | cupidis **H** *m. 2*: cupide **V** cupidus **BCH** | alumnis **HV**: alumnus **BC** ‖ 313 Omnes **H** | in *om.* **V** | roethei **BC** rethei **HV** | litt. **H** | hora **HV** ‖ 314 flagrante *Hauptius*: lacrimante **O** superante *Bembus* populante *uel* crepitante *Heinsius* lacerante *Silligius* | darentur **H** ‖ 315 oppositos **V** | conto *Schraderus*: contra **O** | thelam. **HV** ‖ 316 clippeo **V** ‖ 317 Hęctor **B** Haector **C** | troye **V** | summus *m. ead. in* summū *corr.* **B** sumū **H** | uterque, r *suprascr. m. ead.* **B** ‖ 318 Flaminibus *scripsi*: Fluminibus **O** Fulminibus **H** | uelut **B** | est a turbine mixtis *scripsi*: est aturbine nise (*sic*) **V** aedibus in se **B** *et, nisi quod* inse, **C** et tedibus inse **H** caelo ueluti fr. editus alto *Bembus* (editus ingens *Scaliger*) atro et turbine nisus *Ribbeckius* est e turbine nisis *Ellisius* ‖ 319 *om.* **V** *rel. unius lin. interuallo* | Ignibus hic *Bembus*: Tegminibus **BCH** | taedisque *Heinsius*: telisque **BCH** | asper *Hauptius*: super **BCH** furens *Heynius* | si classibus Argos *Bembus*: sigeaque (syg. **C**) praeter **BCH** *e u.* 307 ‖ 320 redditus **V** ‖ 322 Hoc — honorest *scripsi*: Hoc — honores **O** Hoc — honore *uulgo* Hos — honores *Hauptius* | pater *scripsi*: erat **O** sedet *Ribbeckius* | alter *Bembus*: uultu **O** uultus *Scaliger* multum *edd. ant.*

Dardaniaeque alter fuso quod fulmine natus
Hectoreo strauit uictor de corpore Troiam.
Rursus acerba fremunt, Paris hunc quod letat et huius
Alma dolis Ithaci uirtus quod concidit icta.
Huic gerit auersos proles Laertia uultus
Et iam Strymonii Rhesi uictorque Dolonis,
Pallade iam laetatur ouans, rursusque tremescit
Iam Ciconas iamque horret atrox Laestrygonas ipse.
Illum Scylla rapax canibus subcincta Molossis
Aetnaeusque Cyclops, illum Zanclaea Charybdis
Pallentisque lacus et squalida Tartara terrent.
Hic et Tantaleae generamen prolis Atrides
Adsidet, Argiuum lumen, quo flamma regente

---

323 aliter (i *exp. m. 2*) **H** | fusci **C** suo **H** | quo **V** | fulmine (*uel* lumine) natus *scripsi*: sanguine campis **O** (campus *m. 1* campos *m. 2* **H**); *cf. Sil. Ital.* 15,667 fulmen Carthaginis *de Hannibale* (natus *Maehly quoque*) || 324 Hectoreo strauit uictor de *scripsi*: Hector **HV** Hectora **B** Haectora **C**, *tum* lustrauit uictor de **O** (lustrauit deuicto **H**) Hectoreo uictor lustrauit *Bembus* || 325 paris hunc quod l(a)etat et (et *om.* **B**) huius **BC**: pars hunc delectat et hunc **H** pars huic pars destinat illi **V** || 226 Alma *uulgo*: Arma **O** Alta *Scaliger*; *unde suspiceris duos uu.* 325, 26 *ex tribus esse conflatos, quorum partem* **BC**, *partem* (Arma . . . pars huic pars destinat illi) **V** *seruauerit* | itaci **H** | quod] quoque **HV** | cecidit **V** incidit **H** || 327 Hinc **HV** | regit *Heinsius* | auersos **S**: euersos **O** | laeertia **BC** lercia (a *supra* e *m. 2*) **H** | uultus, *mg. m. rec.* l'uirtus **B** || 328 strim. **CHV** | resi **BV** hresi **C** || 329 tremescat **C** tremiscit **V** || 330 oicon asiam quae (*mg. m. rec.* l'pamoicon) **B** cicones **H** | orret **H** | lestrigonas **S**: lestrigones **HV** lestrigone **BC** | ipse **V**: et **H** *om.* **BC** || 331 Illa **H** *m. 1* | scilla **HV** | subc. **V**: succ. *ceteri* | molosis **BCH** || 332 Ethneusque **BC** Hethneusque **V** Etneusque **H** | ciclops **CHV** | Zanclaea *Schraderus*: ranolea **V** metuenda **BCH** | carybdis **B** charibdis **C** caribdis **H** taribdis **V** || 333 Pallentisq. **H**: Pallentesq; **CV** Pallantesque **B** | squalia **H** *m. 1* | Tartara *om.* **V** || 334 est tantaleum **H** | generamen prolis *Ribbeckius*: generamen probis **V** gener amplis **BC** genus iam plisten **H** | atrides **H**: atride **B** (*sic*) **V** atridae **C** Atrida *Scaliger* || 335 Ass. **CHV** | quod **C** | regentem **H**

Doris Ericthonias prostrauit funditus arces.
Reddidit heu Graius poenas tibi, Troia, ruenti,
Hellespontiacis obiturus reddidit undis.
Illa uices hominum testata est copia quondam,
Ne quisquam propriae fortunae munere diues
Iret ineuectus caelum super: omne propinquo
Frangitur inuidiae telo decus. ibat in altum
Vis Argea petens patriam ditataque praeda
Arcis Ericthoniae; comes huic erat aura secunda
Per placidum cursu pelagus; Nereis ab unda
Signa dabat, pars inflexis super acta carinis:
Cum seu caelesti fato seu sideris ortu
Vndique mutatur caeli nitor, omnia uentis,
Omnia turbinibus sunt concita. iam maris unda
Sideribus certat consurgere, iamque superne
Concidere et soles et sidera cuncta minantur
Ac ruere in terras caeli fragor. hic modo laeta
Copia nunc miseris circumdatur anxia fatis

---

336 erecthonias **B** hérectonias (i *supra* e *alt.*, h *supra* to) **C** erictonias **H** arictonia **V** || 337 Redidit **V** | graius *uulgo*: grauius **O** (*num ex scriptura* graiius *?*) | ruenti *Bembus*: furenti **O** || 338 Helesp. **V** | obbiturus redidit **V** redditur **C** || 339 uires **H** || condam **V** || 340—42 decus *habent Par.* || 340 Ne quisquam **V** (**B** *m. rec. córr.*): Neque **BC** Hec etenim **H** Cur aliquis *Par.* | proprio *Heinsius* | diuos **V**; fidens *Schraderus*, *malim* turgens || 341 Tendit *Par.*; Iret humo euectus *Heinsius* Tenderet euectus *Schraderus* || 342 decus *Par.*: deus **O** || 343 Vix **H** | Argea (*siue* Argiua) petens *Heinsius et Schraderus*: argoa petens **V** argore petens **B** argo repetens **C** (**B** *m. rec. corr.*) agros repetens **H** || 344 Artis **HV** | erecthoniae **B** erichthoniae **C** erictonie **HV** || 345 cursus ς uultus *Maehly* | ab unda *Paldamus*: ad undas **O** Nereides udae (dabant) *Heinsius* || 346 Signabat **H** | super acta **B** *m. rec. corr.*: super iacta **BC** super icta **V** subacta **H** || 347 sidere moto *Gronouius* || 348 motatur **B** || 349 concita *Heinsius*: anxia **O** | iam *om.* **H** *m. 1* || 351 Concidere *scripsi*: Corripere **O** Corruere *Bembus* | soles ς: solis **O** | minatur *Heynius* || 352 At **H** | ruere **HV**: uere **BC** | caelo *Schraderus* coelifraga. sic *Rob. Sprengerus* | hinc *edd. ant.* | laeta *uulgo* l(a)etum **O** (letus **H**)

Inmoriturque super fluctus et saxa Capherei
Euboicas aut per cautes Aegaeaque late
Litora, cum Phrygiae passim uaga praeda peremptae
Omnis in aequoreo fluitat iam naufraga fluctu.
Hic alii sidunt pariles uirtutis honore
Heroes mediisque siti sunt sedibus omnes,
Omnes, Roma decus magni quos suspicit orbis.
Hic Fabii Deciique, hic est et Gracchia uirtus,
Hic et fama uetus numquam moritura Metelli,
Curtius et, mediis quem quondam sedibus urbis
Deuotum tellus consumpsit gurgitis unda,
Mucius et prudens ardorem corpore passus;
Hic Curius clarae socius uirtutis et ille
Fabricius, cessit cui fracta potentia regis,

---

354 Immoriaturq: **C** | que *om.* **H** | capharei **V** pherei **H** ‖ 355 egeaq; **V**: ereaque **B** nereaque **C** phereaq. **H** | 356 Lictora **V** Litt. **H** | phrigiae **B** frigie **HV** | peremptae **H**: perempta **O** ‖ 357 *dedi ex* **V**: Fluctuat omnis in (a)equoreo naufragia luctu **BCH** (equore *et* naufraga **H**) nauifraga *Scaliger* male naufraga *Heinsius* ‖ 358 sidunt **HV**: sident **BC** | parides **V** ‖ 359 medus **B**; placidis *Kochius* ‖ 360 Omnes **H**: Omnis **O** | como dācus (dā *ex corr.*) *sic* **V** | suspicit *Heinsius*: suscipit **O** ‖ 361 decuque **B** | hic *supra lin.* **V** | et *om.* **H** | gracchia **V**: oratio **BC** oro (*suprascr. m. 2* oracia) **H** Horatia *uulgo* ‖ 362 *ante* 361 *habet* **H** ‖ 362 moritura metelli **HV**: mora melli **BC** (moritura per euū **B** *m. rec. corr.*) moritura Camilli *Bembus* ‖ 363 Cursius **V** Curcius **H** | mediis **V**: medius **BC** mecius **H** | condam **V** ‖ 364 tellus *Wakefieldus*: bellis **O** diuis *Silligius* Dis uotum infernis *Maehly* | gurgitis unda *Heynius*: gurges in unda **O** (in iunda **B** *m. 1*) gurges inundans *Scaliger* gurgitis haustus *Bembus* (haustu *Wakefieldus*) ‖ 365 Mutius **BCV** (*sic*) ‖ 366 *sqq. sic habet* **O**:

366 Legitime cessit cui fracta potentia regis
367 Hic Curius clare socius uirtutis et ille
368 Flaminius deuota dedit qui corpora flammae

(*nisi quod* 366 Legittime **H**, cesit **H** *m. 1*, facta **B** fata **C**; 367 dare **C**, sotius **V**; 368 Flamminius **BC** Flamineus **H**, dedet **V**); *in quibus uerba* deuota — flammae *glossam esse ad u.* 365 *adscriptam agnouit Heynius simul* Fabricius *pro* Flaminius *reponens*; *interpolationem retinentium inter coniecturas commemorandae* 366 Limitibus *Ribbeckii* (Aeacidae *Silligius*), 368 Caecilius (*pro* Flaminius) *Nicolai Loënsis, qui et* lumina *pro* corpora

Scipiadaeque duces, quorum deuota triumphis
Moenia dumetis Libycae Carthaginis horrent.
Iure igitur tali sedes pietatis honorest;
Illi laude sua uigeant: ego Ditis opacos
Cogor adire lacus, uiduos a! lumine Phoebi,
Et uastum Phlegethonta pati, quo, maxime Minos,
Conscelerata pia discernis saecula sede.
Ergo iam causam mortis, iam dicere uitae
Verberibus saeuae cogunt sub iudice Poenae,
Cum mihi tu sis causa mali nec conscius adsis
Intolerabilibus curis. non inmemor audis,
Et tamen ut noctis dimittes somnia uentis,

370, 71 *ante* 369 *posuit Hauptius* ‖ 370 Scipiadaeque *Hauptius*: Scipiadasque **V** Istarum piadasque **BC** (*in* **B** sci *m. rec. suprascr.*) Istarum pii ad asque **H** (Istic scipiadasque *m. 2 corr.*) | deuota] damnata *olim conieci* ‖ 371 dumetis *scripsi*: romanis **V** rapidis **BC** (*in* **B** *m. rec.* ni *supra* di *scr.*) iapidis **H** arundinibus *Naekius* Romanos *Kochius* ruderibus *Hertzbergius* uae rapidis *Ribbeckius* uepretis *Hauptius* | lybicae **C** libice **HV** | cartaginis **BHV** | horent **H** *m. 1* ‖ 369 tali — honorest *scripsi*: talis — honores **O** honorat *edd. ant.* tales *Heynius* ‖ 372 Ille, i *supra* e, **C** | ergo **V** ‖ 373 locos *Sehraderus* | uiduos **BHV**: uacuos **C** | a! *Heinsius*: a *praepos. uulgo* | limine **H** *m. 1*, *ut uid.* ‖ 374 phlegetonta **H** phelegethon (ta *add. m. rec.*) **B** flegeton **V** | maxime *Schraderus*: maxima **O** ‖ 375 Cum scelerata **V** | discernis *Schraderus*: discernit **O** | saecula *Schraderus*: uincula **O** limina *Iacobsius* ‖ 376 iam — iam ς: quam — iam **O** (*etiam* **V**; *ad* iam **B** *mg.* t quā) | dicere ς: discere **O** ‖ 377 sceue **H**; saeuo *Bembus* | sub *Scaliger*: ab **O** (a **H**) | pene **H** ‖ 379 Quom **V**: Cum *ceteri* | mali nec **V**: mali ne **C** maligne **H** malignae **B** | axis **V** | *punctum post* adsis *uulgo* ‖ 379 Intolerabilibus *Hertzbergius*: Sed tolerabilibus **C** Sed tolerabilius **BHV** (toll. **H**) Nec tolerabilibus *Bembus* | non *scripsi*: hoc **HV** haec **BC** | imm. **B** | sed iam memor audi *Hertzbergius* ‖ 380 Et tamen ut noctis *scripsi*: Et tamen ut uadis **O** Quae tamen ut uanis *Bembus* Et tamen usque uagis *Silligius* Et tamen etsi audis *Hauptius* Ut tamen audieris *Ellisius* Et lamenta uagis *Birtius* | dimittes somnia *scripsi*: dimictere sompnia **V** dimitte somnia **BCH** dimittes omnia ς dimittis somnia *edd. ant.* dimittens omnia *Bembus*

Et mea diffusas rapientur dicta per auras!
Disgredior numquam moniturus: tu cole fontis
Et uiridis nemorum siluas et pascua laetus.'
Dixit et extrema tristis cum uoce recessit.
Hunc ubi sollicitum dimisit inertia uitae
Interius grauiter regementem (nec tulit ultra
Sensibus infusum culicis de morte dolorem),
Quantumcumque sibi uires tribuere seniles
(Quis tamen infestum pugnans deuicerat hostem),
Riuum propter aquae uiridi sub fronde latentem
Conformare locum capit inpiger. hunc et in orbem
Destinat ac ferri capulum repetiuit in usum,
Gramineam ut uiridi foderet de caespite terram:
Iam memor inceptum peragens sibi cura laborem
Congestum cumulauit opus, atque aggere multo
Telluris tumulus formatum creuit in orbem.
Quem circum lapidem leui de marmore formans
Conserit, assiduae curae memor. hic et acanthos
Et rosa purpureum celans pudibunda ruborem
Et uiolae genus omne, hic est et Parthica myrtus

---

383 *ante* 380 *posuit Scaliger* ‖ 383 rapientur *idem*: rapiuntur **O** ‖ 381 Disgr. **V**: Digr. *ceteri* | moniturus *scripsi*: morituras **V** rediturus **BCH** | fontis **B**: fontes *ceteri* ‖ 382 uirides **V** | siluis **H** *m. 1* | 385 ubi **O**: mihi **C** ibi *Ribbeckius* | sollicitae *Bothius* ‖ 386 Incercius **H** *m. 1* ‖ 387 domorte **H** ‖ 388 uires sibi **V** | 389 temen i. pugnas **V** ‖ 390 propter **CV**: praeter **BH** | fronte **C** (t̄ d *supra* t), **H** *m. 1* ‖ 391 cepit **H**; incipit *coni. Ribbeckius* | inp. **V**: imp. *ceteri* | in *om.* **V** ‖ 392 Distinat **B** *m. 1* | fieri **H** | acuti *Heinsius* ‖ 393 ut *Bembus*: *om.* **O** | fodiens **H** | cespite **O** (*nisi quod in* **B** s *ex* p *correcta uidetur*) ‖ 394 incoeptum **C** ‖ 395 Coniestum **H** | agere **H** *m. 1*, **V** ‖ *post* 396 *uu.* 392 *sq. repetit* **V** ‖ 397 lapidum **V** ‖ 398 congerit *Heinsius* | assidue **B**: assidue *ceteri* | achantos **BCH**, *nisi quod* **B** h *supra* t *m. ead.*, achantus **V** ‖ 399 purpureo ς | celans *scripsi*: crescent **O** (crescit **H**) crescens ς | pudibunda **V**: rubibunda **B** rubicunda **CH** | ruborem **V**: terrorem (*m. rec. suprascr.* l'colore) **B** tenorem **H** per orbem **C** rubore *Wakefieldus* ‖ 400 genus omne *edd. ant.*: omne genus **O** | parthica ς: partica **V** spartica **BCH** | mirtus **CHV**

Atque hyacinthus et hic Cilici crocus editus aruo,
Laurus item Phoebi surgens decus, hic rhododaphne
Liliaque et roris non auia turba marini
Herbaque turis opes priscis imitata Sabina
Chrysanthesque hederaeque nitor pallente corymbo
Et bocchus Libyae regis memor; hic amaranthus
Bumastusque uirens et semper florida tinus;
Non illinc narcissus abest, cui gratia formae
Igne Cupidineo proprios exarsit in artus;
Et quoscumque nouant uernantia tempora flores,
His tumulus super inseritur, tum fronte locatur
Elogium, tacita format quod littera uoce:
'Parue culex, pecudum custos tibi tale merenti
Funeris officium uitae pro munere reddit.'

---

401 iacinthos **C** iacintos **BV** iacymctos **H** | cilyci **H** | crosus **B** | auro **H** ‖ 402 surgens decus **H**: decus (*om.* surgens) **V** decus surgens **BC** | hic rododaphne **BCH** (*nisi quod* **C** rodo daphne): et sua pagina dicit *miro errore* **V** ‖ 403 *om.* **V** ‖ 403 roris **H**: rosis **BC** | turba *Heinsius*: cura **BCH** | marina (*alt.* a *suprascr.* t i) **C** ‖ 404 thuris **HV** | opus *Maehly* | mutata **H** | sabina **BC**: sabinas **V** sabinis **H** ‖ 405 Chrysanthesque *Scaliger*: Chrysantusque **BC** Chrisantusq. **H** Crisantus (*om.* que) **V** | edereq; **V** | palante *Heinsius* | chorimbo **B** corimbo **CHV** ‖ 406 bochus **BC** boccus **H** bocus **V** | lybiae **C** libie **HV** | amarantus **H** amaratus **V** ‖ 407 Bamastus **B** Humastus **H** Buphthalmus *Bembus* | tinus *Salmasius*: pinus **O** picris *Bembus* ‖ 408 illic **V** illicrę **H** | narcisus **BCH** | quoi **V**: cui *ceteri* | gratia *Heinsius*: gloria **O** ‖ 411 tum] tunc **V** cum **H** ‖ 412—414 *om.* **V** (*spatio uacuo in fine paginae relicto*), *manu aliena add.* **H** ‖ 412 firma (t *add. m. 2 supra lin.*) **B** ‖ 413, 14 *habent Par.* ‖ 413 culix **B** ‖ 414 Muneris *Par.* | redit **H** ‖ Libellus qui nominatur Culex Publii Virgilii finit **B** *et* (*nisi quod* Culex Virgilii Maronis) **C** *litteris maiusculis*; *subscriptione carent* **HV**

II.

DIRAE.

Battare, cycneas repetamus carmine uoces:
Diuisas iterum sedes et rura canamus,
Rura, quibus diras indiximus, impia uota.
Ante lupos rapient haedi, uituli ante leones,
Delphini fugient pisces, aquilae ante columbas,
Et conuersa retro rerum discordia gliscet,
Cuncta prius fient, quam non mea libera auena.
Montibus et siluis dicam tua furta, Lycurge,
Impia. Trinacriae sterilescant gaudia uobis
Nec fecunda, satis nostris felicia rura,
Semina parturiant segetes, non pascua colles,
Non arbusta nouas fruges, non pampinus uuas,
Ipsae non siluae frondes, non flumina montes.

De codd. cf. p. 20; Dirae eiusdem incipiunt **B** Dirae Maronis incipiunt **PT** Incipit dira Maronis **M** (*litteris omnes maiusculis*) Incipit diras **H** ‖ 1 Bactare **H** (*semper*) Batire **n** | cicneas **BPT** tigneas **M** (*nisi quod* et gneas **n**) ‖ 2 diuisas *ex* hyuissas *m. 2 corr.* **H** ‖ 3 Rura **H**: Dura **O** | dira sim dix. **P** induximus **H** ‖ 4 rapiunt **M** | hedi **MP** edi **H** | uituliq. leones **H** ‖ 5 aquilę *m. 1 ex* aquęlę *corr.* **B** ‖ 6 gliscet *in ras.* **n** ‖ 7 Cuncta *Heinsius*: Multa **O** | fient **O**: fuerit *uulgo* fuerint *Boxhornius* fiet *Weberus* | auena] fata **M** ‖ 8 syluis **n** | dicat ς | furta *scripsi*: facta **BPH** fata **MT** (*hic* fatali gurce) | licurge **H** ligurce **BPT** lygurge (lig. **n**) **M** ‖ 9 trinacryę **B** | sterilescent **H** | nobis **H** ‖ 10 satis nostris *scripsi*: senis nostris **M** senis nostri **BPTH** sinus nostri *Scaliger* suis olim *Ribbeckius* seni, nostris *Ellisius* (*at senem fuisse Lycurgum militem parum probabile*) ‖ 11 Senina parturient **H** ‖ 13 frondes silue **H** | flamina ς | fontes (*aut u.* 18 montibus) *Wakefieldus*

Rursus et hoc iterum repetamus, Battare, carmen.
Effetas, Cereris sulci, condatis auenas,
Pallida flauescant aestu sitientia prata,
Inmatura cadant ramis pendentia mala,
Desint et siluis frondes et fontibus humor,
Nec desit nostris deuotum carmen auenis.
Hinc Veneris uario florentia serta decore,
Purpureo campos quae pingit uerna colore,
Hinc aurae dulces, hinc suauis spiritus agri
Mittant pestiferos aestus et taetra uenena:
Dulcia non oculis, non naribus ulla ferantur.
Sic precor, et nostris superent haec carmina uotis.
Lusibus et multum nostris cantata libellis
Optima siluarum, formosis densa uirectis,
Non duces uirides umbras nec laeta comantis
Iactabis mollis ramos inflantibus auris:
Militis impia cum succaedet dextera ferro
Formosaeque cadent umbrae, formosior illis

---

14 R *miniata in* **BP**, *om. in* **T** | et *om.* **P** ‖ 15 sulci ς: sulcis **O** | condamus **H** ‖ 16 flauescunt **H** | aestas **mo** aestus sic. **n** ‖ 17 Inm. **H**: Imm. **O** | ramis, s *m. 2 suppuncta*, **B** ‖ 18 Desinęt **H** | frontibus **B** (r *suppunx. m. rec.*) | humor **B** *cum ceteris* ‖ 19 carmen] gramen **M** ‖ 20 H *littera distincta in* **BPT** | Hinc **H**: Haec **O** (a *suppuncta in* **B**) | florentem **M** ‖ 21 Purpureos ς | pingit **O**: pinxit **H** pingunt *Heinsius* (*at Venus ipsa pingit*: *cf. Lucret. I init.*) | uerna *Heinsius*: auena **O**; *an* amoena *?* | coloro **H** *m. 1* ‖ 22 agris **H** ‖ 23 Mittant *edd. ant.*: Mittent **M** Mutent **BHPT** | aestus **B** | tetra **MT** terra **H**; *malim* tecta | uenena *ex* uenera *corr.* **n** ‖ 24 naribus *Heinsius*: auribus **O** | forantur **BPT** ‖ 25 Hic **T** Hęc **B** ‖ 26 L *in* **BP** *distincta* (*om. in* **T**) | Lusibus *Silligius et Putschius*: Ludimus **O** Tu nemus *Scaliger* Lusimus *Handius* ‖ 27 Obtima **PT** | uirectis **O**: uiretis **H** ‖ 28 Non duces *scripsi*: Tondemus **BM** Tundemus **HPT** (*sic*) Tondebis *Gronouius* (*at hoc exprimit u.* 32) | uiridis *sine dubio scripsit auctor* | umbras] herbas **H** | et **H** | comantes **H**; canentes *Maur. Schmidtius* ‖ 29 molles *et* euris **H** ‖ *u. qui est in* **O** 30 *post* 36 *traieci* ‖ 31 impia cum] in (im o) platanis **M** | succedet **O**: succidet ς ‖ 32 Formosaeque **B** | cadent ς: cadunt **O** | frondes *Maehly*

Ipsa cades, ueteris domini felicia ligna;
Nequiquam: nostris potius deuota libellis
Ignibus aethereis flagrabit. Iuppiter ipse,
Iuppiter hanc aluit: cinis ec Ioue fiat oportet.
Haec mihi saepe meum resonabit, Battare, carmen.
Thraecis tum Boreae spirent inmania uires,
Eurus agat mixtam fulua caligine nubem,
Africus inmineat nimbis minitantibus imbrem,
Cum tua cyaneo resplendens aethere silua
Non iterum audibit, crebro quae, Lydia, dixti.
Vicinae flammae rapiant ex ordine uites,
Pascantur segetes, diffusis ignibus auras
Transuolet, arboribus coniungat et arbor aristas.
Pertica qua nostros metata est inpia agellos,
Qua nostri fines olim, cinis omnia fiat.
Sic precor, et nostris superent haec carmina uotis.
Vndae quae uestris pulsatis litora lymphis,

---

33 Ipsa **M**: Ipse **BHPT** | ueteris **H**: ueris **n** iteris **BPTmo** | lignat **P** regna **M** || 34 Nequiquam **BMT** (*sic*): Nequicquam **P** Neçquitquam **H** Nequaquam *Hauptius* | potis **T** | deuote **M** || 35 aethereis **B** (ethereis *etiam* **H**; aetheriis **MT**) | flagrabis *doctus Italus* || 36 hanc] hec **H** | aliud **H** (*sic*) **M** | ec Ioue *scripsi*: haec (haec **B**) tibi **O** a Ioue (*uel* illi) *Maehly* haec Ioue *Hauptius* | fiet **Hn** || 30 *huc reuocaui* | *littera initialis distincta in* **B** | Hec **HT**: Nec **O** Hoc *Ribbeckius* | saepe **B** | resonabat **H** resonabis *Tollius* || 37 Threcis **O** (Grecis **H** trhecis **n**) | imm. **O** inania **H** || 38 Eurus *Badius*: Purus **O** | miatam **P** || 39 Affr. **HMT** | imm. **O** inmineant **H** | nibis **T** nymbis **mn** | imitantibus imbres **H** ymbrem **M** || 40 respondens **M** | aethere **B** || 41 Non iterum **O**: Noscet iter **S** | audibit *scripsi* (*coll. Lyd.* 19): dicens **O** ducens **S** | crebro **M**: erebro **B** erebo **T** erobo **P** herebo **H** Erebo *uulgo* | quae *scripsi praeeunte M. Schmidtio*: tua **O** | lidia **O** | dixti **HPT**: dixit **B** dixi **M** ditis **S** Ditis *uulgo* || 43 auras *Heinsius*: aurae **O** (aure **H** aurae **B**) || 44 contingat **H** | ardor *doctus Italus*: arbor **O** || 45 P *initialis om. in* **T**, *distincta in* **P** | qua *uulgo*: quae *uel* que **O** | nostra **H** | m&a **P** metita **mo** | inpia **B**: impia *ceteri* || 46 fines *ex* finis *corr.* **n** | fiat **BP**: fecit **MT** fiant **H** || 48 Vndaeq; **P** | littora **HM** | limphis **M**

Litora quae dulcis auras diffunditis agris,
Accipite has uoces: migret Neptunus in arua,
Fluctibus et spissa campos perfundat harena:
Qua Vulcanus agros pastus Iouis ignibus arsit,
Barbara ducatur Libycae soror altera Syrtis.
Tristius hoc, memini, reuocasti, Battare, carmen.
Nigro multa mari dicunt portenta natare,
Monstra repentinis terrentia saepe figuris,
Cum subito emersere furenti corpora ponto.
Haec agat infesto Neptunus caeca tridenti
Atrum conuertens aestum maris undique uentis,
Et fuscum cinerem canis exhauriat undis:
Dicantur mea rura ferum mare; nauta caueto
Rura, quibus diras indiximus, impia uota.
Si minus haec, Neptune, tuos sine fundier amnis:
Nam tibi sunt fontes, tibi semper flumina amica.
Nil est quod pergam ulterius: merita omina dictis.

---

49 Littoraq; **HP** Litora quae *m. 1* Littoraque *m. 2* **B** | dulces **H** | aures **H** *m. 1*; *num* uenas *?* || 50 A *litt. distincta in* **P** | uites **H** | migrat **PT** || perfundit **T** | arena **H** || 52 *et* 53 *post* 46 *traicit Maehly* || 52 pastos **H** | arsit *Ribbeckius*: arcet **O** ardet *Scaliger* uret *Heinsius* || 53 ducatur *scripsi*: dicatur **O** | sytis **B** || 54 T *littera distincta in* **BPT** | hec **H** | reuocasti **H**: reuocasset **O** (*in* **B** *bis*, *altero expuncto*) reuocasses ꝭ || 55 Nigra (-gr≡ **m**) multo **M** | dicunt **M**: dicent **BHPT** || 57 corpore **PT** (*in hoc* a *supra* e) | 58 H *littera distincta in* **P** *et*, *ut uid.*, *in* **T** | agit **M** (ait **o**) | infesto **B** *corr. m. rec.*, **H**: infesta **O** (infessa **o**) | c̄ ū (*mg.* conuertens) **T**; conuerrens *Scaliger* || 60 cinerem *om.* **o** crinem **H** | exauriat **P** exhauriet **M** | undit **H** *m. 1* || 61 ferrum **H** | mare *om.* **o** || 63 S *litt. distincta in* **BP** | tuos sine fundier amnis *scripsi*: tuis infundimus auris **O** (auris ť aruis **T** aris **H**) tuas i. auris *Heinsius* || *u. qui est in* **O** 64 *post* 66 *traiecci* || 65 flumina *m. 1 ex* flumica *corr.* **B** | flumina retro **o**, *om. uu.* 66 *et* 67 || 66 Nihil **B** | pergam *Heinsius*: perdam **O** | ulteris **T** | merita omina dictis *scripsi coll. Verg. Aen.* II 690: merita omnia ditis **B** meritam omnia ditis **PT** merita omnia dicis **m** meritis omnia dicis **n** (*de* **o** *cf. ad* 65) omnia merita ditis **H** merita omnia diras *Heinsius* merito omnia dicis *Putschius* (dices *Hauptius*) merito omnia Ditis *Ribbeckius*

Battare, fluminibus tu nostros trade dolores.
Flectite currentis lymphas, uaga flumina, retro,
Flectite et aduersis rursum diffundite campis:
Incurrant amnes passim rimantibus undis,
Nec nostros seruire sinant erronibus agros.
Dulcius hoc, memini, reuocasti, Battare, carmen.
Emanent subito sicca tellure paludes,
Et metat hic iuncos, spicas ubi legimus olim;
Occupet arguti grylli caua garrula rana.
Tristius hoc rursum dicit mea fistula carmen.
Praecipitent altis fumantes montibus imbres
Et late teneant diffuso gurgite campos,
Quin dominis infesta minantes stagna relinquant.
Vt delapsa meos agros peruerterit unda,
Piscetur nostris in finibus aduena arator,
Aduena, ciuili qui semper crimine creuit.
O male deuoti prauo certamine agelli,

---

64 nostris **H** *m. 1*, **M** | trahe **H** *m. 1* ‖ 67 F *littera distincta in* **BPT** | Flectites (s *del. m. 1*) **B** | lymphas ⊆: nymphas **B** nimphas **HTmn** nimfas **P** | flumina amica (*om. u.* 68) **P** ‖ 68 cursum ⊆, *unde* auersi cursum *Scaliger* ‖ 69 remeantibus ⊆ | seruire **B** *m. 1* (u *m. ant. in* ex *corr.*; exire *m. rec. suprascr.*): exire *ceteri omnes* | erronibus *Bembus*: erroribus **O** ‖ 71 D *littera distincta in* **BP**, *om. in* **T** | hec **H** ‖ 72 Et manent **PT** | sicco≡ **n** sicca *ex* ceca *corr.* **o** ‖ 73 hinc **T** | spinas **M** ‖ 74 Occupet *uulgo*: Cocule t **BP** Cogule t **T** Coculet **M** (**B** *m. rec., quae mg.* l' occultet) Concule ubi **H** Occubet *Naekius* | grilli **O** (grili **H**) ‖ 75 T *littera distincta in* **B**, *om. in* **T** | dicit **O**: dicat ⊆ dixit *Naekius* | 76 Precipitę **T** | fumantes *ex* fumantibus *corr.* **H**; undantes *Maehly* | ymbres **mn** ‖ 78 Quin dominis *ego*: Quid dominis **O** (Quiq. domos **H**) Qui dominis ⊆; Et *u.* 77 *et* Qui *u.* 78 *transponit Maehly* | relinquant ⊆: relinquunt **O** ‖ 79 Vt delapsa *scripsi*: Vnde (-dae **B**) lapsa **BHPT** Vnde elapsa **M** relapsa *edd. ant.* illapsa *Heinsius* | peruerterit *Heinsius*: peruenerit **O** (per uen. **B**) ‖ 80 Pisc& **P** | aduena *ex* aduenena **n** ‖ 82 prauo certamine *scripsi*: pratorum **BPT** (*et ita* **H** *m. 2 ex* patrorum *corr.*) parcarum **M** praetorum ⊆ *uulgo*, *tum* crimine **BM** crimina **HPT** (*hoc uocabulum e u. priore repetitum*)

Tuque inimica boni semper discordia ciuis!
Exsul ego indamnatus egens mea rura reliqui,
Miles ut accipiat funesti praemia belli!
Hinc ego de tumulo mea rura nouissima uisam;
Hinc ibo in siluas: obstabunt iam mihi colles,
Obstabunt montes, campos haud ire licebit.
Dulcia rura ualete et Lydia dulcior illis
Et casti fontes et, felix nomen, agelli!
Tardius, a, miserae descendite monte capellae
(Mollia non iterum carpetis pabula nota),
Tuque resiste pater: miccite nouissima nobis.
Intueor campos longum. — mene esse sine illis? —
Rura, ualete iterum; tuque, optima Lydia, salue,
Siue eris aut, si non mecum, morieris, utrumque.
Extremum carmen reuocemus, Battare, auena.
Dulcia amara prius fient et mollia dura,
Candida nigra oculi cernent et dextera laeua,
Migrabunt casus aliena in corpora rerum,
Quam tua de nostris emigret cura medullis.

---

83 boni (*uel* probi) *scripsi*: tui **O** *sine sensu* (tuo — ciui *Heinsius non melius*) | ciuis] cuius **no** || 84 E *littera distincta in* **BP** | Exul **HMT** | Exsule gom dampnatus **P** | indampnatus **T** indemnatus **no** indempnatus **Hm** | relinqui **H** || 86 nouissimã (*uirgula erasa*) **B** || 87 cibo **P** || 88 haud ire *Hauptius*: audire **O** adire **H** nec adire ς | licebat **o** || 89 D *littera distincta in* **BP** | lycida **M** lidia **P** || 91 ah **n** ab **H** ha *corr.* **B** *m. rec.* || 92 Molia **H** *m. 1* | non] cum **H** || 93 Tu quoq. **H** | puer **T**; caper *Heinsius* | miccite *scripsi quid fere expectem significaturus*: et prima **O** en *uel* haec prima *edd. ant.*; *sed quidnam* prima nouissima *sic quidem coeuntia uelint nemo explicet* (*Ribbeckius lacunam post* 93 *statuit*) || 94 *post* campos *interpungit* **o** | mene *scripsi*: manet **O** | esse sine illis **M** (*post* esse *ras. in* **n**): esses in illis **BHPT** hostis *uel* obses *uel* ensis in illis ς (*hoc uulgo; sed inepte* ensis *pro* miles *ponitur*) || 95 R *littera distincta in* **BP** | lidya **m** || 96 Siue eris et si non **O**; aut *pro* et *coni. Francius* | mecum *om.* **o** || *post* 96 *lacunam statuit Ribbeckius* || 97 E *littera distincta in* **BP** | auena *ex* carmen **o** || 98 fient ς: fiant **O** || 99 cernent ς: cernant **O** | leuaq; **H** || 101 nostra de tuis **H** | emigrent **o**

Quamuis ignis eris, quamuis aqua, semper amabo:
Gaudia semper enim tua me meminisse licebit.

[LYDIA.]

Inuideo uobis, agri formosaque prata,
Hoc formosa magis, mea quod formosa puella
In uobis tacite nostrum suspirat amorem.
Vos nunc illa uidet, uobis mea Lydia ludit,
Vos nunc adloquitur, uos nunc adridet ocellis,
Et mea submissa meditatur carmina uoce,
Cantat et hinc, teneram mihi quae cantabat in aurem.
Inuideo uobis, agri: discetis amare.
O fortunati nimium nimiumque beati,
In quibus illa pedis niuei uestigia ponet
Aut roseis uiridem digitis decerpserit uuam
(Dulci namque tumet nondum uitecula Baccho)
Aut inter uarios Venerem spirantia flores
Membra reclinarit teneramque inliserit herbam

---

102 Quam uis *bis* **Bo** ‖ 103 enim *om.* **H** | me *om.* **BPT** (*in* **B** *add. m. rec. supr. lin.*) | meminisset **T** | iuuabit *edd. ant.* libebit *Heinsius*

Lydia *carmen sine interuallo adhaeret Dirarum u.* 103 *in* **O**, *separauit Frid. Iacobsius* ‖ 1 I *littera distincta in* **B** | agri *om.* **o** | formasaque prata **B** ‖ 2 Nec **H** | quo **M** quam **H** ‖ 3 In uobis *Heinsius*: Est uobis **O** (nobis **H**) ‖ 4, 5 uidet uos nunc adridet ocellis *mediis omissis* **H** ‖ 5 alloq. **O** | arridet **M** aridet, *alt.* r *suprascr.*, **P** ‖ 6 summissa **BM** | medicatur **mo** | carmine **n** ‖ 7 hinc teneram *scripsi*: interea **O** inter uos *Ribbeckius* ‖ 8 disetis **BP** (c *supra* se *m. rec. in* **B**) dissetis **T**; *pro* disc. am. *miro errore* formosaque prata **H** ‖ 9 O *littera distincta in* **BP**, *om.* **T** | nimiumque *edd. ant.*: multumque **O** ‖ 11 uiridem digitis **M**: digitis uiridem **BHPT** | unam **H** ‖ 12 Dulci **H**: Dulcia **O** | intecula **H** *m. 1* (*sic*) | bacho **O** ‖ 13 ueneris **H**; ueris *Heinsius* | spirantia *Eichstadius*: spumantia **M** stipendia **BHPT** (l' stupentia **B** *mg. m. rec.*; stipantia *et* dispendia ς) simulantia *Silligius* ‖ 14 declinarit **BPT** (rit *m. rec. in litura* **B**) | teneramque **M**: teneremque **BPT** ueneri **H** | illiserit **HM**

Et secreta meos furtim narrabit amores!
Gaudebunt siluae, gaudebunt mollia prata
Et gelidi montes, auiumque silentia fient;
Tardabunt riui labentes currere lymphae,
Dum mea iocundas exponat cura querellas.
Inuideo uobis, agri: mea gaudia habetis,
Et uobis nunc est, mea quae fuit ante uoluptas.
At mihi tabescunt morientia membra dolore
Et calor infuso decedit frigore mortis,
Quod mea non mecum domina est. non ulla puella
Doctior in terris fuit aut formosior; ac si
Fabula non uana est, tauro Ioue digna uel auro
(Iuppiter auertas aurem!) mea sola puella est.
Felix taure, pater magni gregis et decus! a te
Vaccula non umquam secreta cubilia captans
Frustra te patitur siluis mugire dolorem.
Et pater haedorum felix semperque beate!
Siue petis montes praeruptos, saxa pererrans,
Siue tibi siluis noua pabula fastidire
Siue libet campis: tecum tua laeta capella est.
Et mas quicumque est, illi sua femina iuncta

15 furtem **H** *m. 1* | narrabis **M** narrabat **H** *m. 1* ‖ 16 molia **H** *m. 1* ‖ 17 montes *scripsi*: fontes **O** (*quo seruato Ribbeckius* 17 *et* 18 *inter se traiecit*) | fiant, e *supra* **a**, **T** ‖ 18 labantes **n**; labenti — lympha *Saliger* | currere *uulgo*: currite **O** | limphae **BP** lyphae **T** | iucundas **B** | querellas **B**: querelas *ceteri* ‖ 20 I *littera distincta in* **BP**, *om. in* **T** ‖ 21 nobis **H** | mihi quae *Heinsius* ‖ 22 Et **n** | mihi *uulgo*: male **O** | tabescunt *uulgo*: tabescant **O** (thab. **H**) ‖ 23 decedit **M**: decepit **BPT** decedat **H** ‖ 24 est domina **H** | ulla **H**: illa **O** ‖ 25 aut] ac **Bmo** et **H** ‖ 26 thauro **H** ‖ 27 aurem **M**: aure **BPT** aures **H** (l' uro **B** *mg. m. rec.*) ‖ 28 thaure **H** | et *supra lin.* **n** ‖ 29 Vacula **H**; Bucula *Heinsius* | captant **n** ‖ 31 E *littera distincta in* **BP** | hedorum **MP** edorum **H** | beatę **B** beate errans **H** ‖ 32 praeruptaque **n** (*sic Burmannus, qui et* pererras *inutiliter*) | per herbas **H** ‖ 33 siluis] si uis **M** (*in* **o** *ex* siluis *corr.*) | fastiditur **H**; fastus adiri *uel* fas sit adire *Heinsius* fastus adire *Burmannus* uestigare *Maehly* ‖ 34 lete **H** | capelle **H** *m. 1* | est *om.* **H** ‖ 35 quicumque *edd. ant.*: quocumque **O** (quodc. **o**)

Interpellatos numquam plorauit amores.
Cur non et nobis facilis, natura, fuisti?
Cur ego crudelem patior tam saepe dolorem?
Sidera per uiridem redeunt cum pallida mundum
Inque uicem Phoebus currens cadit aureus undis,
Luna, tuus tecum est: cur non est et mea mecum?
Luna, dolor nosti quid sit: miserere dolentis.
Phoebe, recens in te laurus celebrauit amorem,
Et quae pompa deum (nisi uilis fama locuta est
Somnia) nunc sertis secum sua gaudia gestat
Aut insparsa uidet mundo, quae dicere longum est.
Aurea quin etiam cum saecula uoluebantur,
Condicio similis fulsit mortalibus illis.

---

36 Interpelatos **H** Inter pellatos **B** (*in hoc coniunx. m. rec.*) **mo** | plorabit **o** || 37 C *littera distincta in* **BP** | uobis **no** | fuisti *Salmasius et Heinsius*: fuisset **O** || 38 tan **H** *m. 1* || 39 Sydera **M** | uarium *edd. ant.* | radiant *uel* rident *Heinsius* cedunt *Hauptius* (*at per noctem Luna cum suo est*) || 40 uocem **H** *m. 1* | ph(o)ebus **M**: phoebe **BH** phaebe **P** phębe **T** Phoebi *Heinsius* | currus *idem* | cadit aureus undis *scripsi*: atque aureus orbis **O** redit a. orbi *Hauptius* Phoebi currus (-rum) fugat aureus orbis *Ribbeckius* || 41 tuus *Scriuerius*, *Naekius*: tui **O** | et *om.* **H** || 43 Phoebe **HM** (pheope **n**): Phœbo **B** Phoebo **P** Phębo **T** | recens in te *Naekius*: gerens in te **O** (merens ς) geres in te (*et* celebrabis) *Scaliger* uirens *Heinsius* decens *Silligius* Phoebo nata recens *Schopenus* geris quam tu *Ribbeckius* | celebrauit] u *in* b *corr.* **H** (celebrabit ς) || 44 quae **B** q: **P** quem **H** | nisi] non **M**; nam *Naekius* | uilis *scripsi*: siluis **O** || 45 Somnia nc̄ sertis *scripsi*: Omnia uos estis **O**; *doctorum conanima in loco difficili sunt haec maximē*: et quem nympha deum (nisi ludis, fama) secuta est. Omnia caelestes s. s. g. gestant — uident (*hoc cum Heinsio*) *Putschius* et q. p. d. non signis furta locuta est Dulcia? caelestes s. s. g. gestant — uident *Schopenus* (*hunc secutus* non signis facta locuta Omnia? *Iacobus*) et q. p. d. non dulcia furta locuta est Omnis caelestis *Kochius* Et quicumque deum, nisi lusus fama locuta est, Numina, uos nostis *Maur. Schmidtius* nisi siluis f. l. e. Somnia pro ueris *Ribbeckius* (*anteriorum conjecturae nil proficiunt, nisi quod* Somnia *iam Heinsius*) || 46 inspersa ς | uident **H** || 47 quin] quem (i *supra* e *m. 2*) **H** || 48 Condicio **HT**: Conditio *ceteri* | similis fulsit *scripsi*: similisque foret **O** similis fuerat *edd. ant.* similisque fuit *Ribbeckius* (*quo accepto*

Haec quoque praetereo, notum Minoidos astrum
Quaeque uirum uirgo sicut captiua secuta est.
Laedere, caelicolae, potuit uos nostra quid aetas,
Condicio nobis uitae quo durior esset?
Ausus egon primus castos uiolare pudores
Sacratamque meae uittam temptare puellae
Inmatura mea cogor nece soluere fata?
Istius atque utinam facti mea culpa magistra
Prima foret: letum uita mihi dulcius esset.
Nam mea non ullo moreretur tempore fama,
Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus
Dicerer atque ex me dulcis foret orta uoluptas.
Nunc mihi non tantum tribuerunt inuida fata,
Auctor ut occulti noster foret error amoris.
Iuppiter ante sui semper mendacia uultus
Cum Iunone, prius coniunx quam dictus uterque est,
Gaudia libauit dulcem furatus amorem.
Et moechum tenera gauisa est laedere in herba

---

usus *pro* illis *Hauptius*) ‖ 49 H *littera distincta in* **BP** | praetereo *edd. ant.*: praeterea **O** (praet. **B** pret. **H** praeter ea **n**) | notum **BM**: motum **PT** motu **H**; *num* uotum *?* | minoidos **M**: minoidus **BPT** minoidis **H** (*et ita* **B** *m. rec. corr.*) ‖ 50 sicut] sciuit **M** ‖ 51 Lede **H** | nos **BPT** | quid] qui **M** | etas **M**: aestas **BPT** (*in* **B** a *prior suppuncta*) obstans **H** ‖ 52 Condicio **HT**: Conditio *ceteri* | uobis **H** | quod **T** ‖ 53 egon *edd. ant.*: ego **O** (ergo **T**) | primus *ex* pimus **n** ‖ 54 uittam *Pomponius Sabinus*: uitam **O** | ceptare (*ras.*) **n** | puellam **MT** (*sed in hoc* ae *supra* am *scr.*) ‖ *ante* 55 **H** *habet* Inmatura meae uitam temptare puelle ‖ 55 Inmat. **HM**: Immat. *ceteri* | mea *Hauptius*: meae **O** | cogor **M**: quoque **BHPT** | nece **O**: l' nexe **B** *mg. m. rec.* necis *et* noxae ꝯ | fata **O**: l' fc̄a (= facta) **B** *mg. m. rec.* ‖ 57 lętum **PT** laetum **n** loetum **mo** ‖ 58 Nam ꝯ: Non **O** | non nullo **BPT** | morerereretur **o** ‖ 59 primus *edd. ant.*: primum **O** ‖ 60 Dicerer **B**: Diceret *ceteri* ‖ 61 Nunc *Godofr. Hermannus*: Nam **O** At *Eichstadius* | inuida fata *Heinsius*: impia uota **O** impia fata *Putschius* ‖ 62 et (ut *m. 2 suprascr.*) oculti **H** | eror **H** *m. 1* ‖ 63 I *littera distincta in* **BP** | tui *Peerlkampius, qui* libasti *u.* 65 | mendata (i *supra* ta *m. 2*) **H** mendatia **n** | uultus *scripsi*: factus **O** furti **H** fastus *Scaliger* ‖ 65 amorem est **M** ‖ 66 Et moechum tenera *scripsi*: Et mecum tenera **O** (mea cum **M** metum **P**) Et tecum tenera *Gronouius*

Purpureos flores, quos insuper accumbebat
Brachia formoso supponens Cypria collo
(Tum credo fuerat Mauors distentus in armis;
Nam certe Vulcanus opus faciebat, et illi
Tristi turpabat malas fuligine barba).
Non Aurora nouos etiam plorauit amores
Atque rubens oculos roseo celauit amictu?
Talia caelicolae. numquid minus aurea proles?
Ergo quod deus atque heros, cur non minor aetas?
Infelix ego, non illo qui tempore natus
Quo felix natura fuit. sors o mea laeua
Nascendi miserumque genus, quoi sera libido est!
Tantam fata meae carnis fecere rapinam,
Vt maneam quod uix oculis cognoscere possis.

(secum *Scaliger*) Et dea clam tenera *Heinsius* Et dea cum tenero *uel* Et dea cum Cinyrae *Wernsdorfius* (*pro* in herba *reponens* Adoni *uel* ephebo) Et quocum tenera *Putschius* (quicum *Naekius*) Et mare cum tenero *Lachmannus ad Lucr.* V 1001 | gauisus est **H** *m. 1*; dea uisa *Gronouius* | laedere *G. Canterus*: ludere **O** elidere *Gronouius* || 67 quotiens super *Heinsius* | accumbebant o *m. 1* || 68 Brachia *Naekius*: Grandia **O** Candida *edd. ant.* Cypria *Putschius* | formosa **H** *m. 1* | subponens no | Cypria *Naekius*: gaudia **O** brachia *edd. ant.* || 69 T *littera distincta in* **BP** | Mauors fueras *Gronouius* || 70 Nam] Hoc **M** Cum *Peerlkampius* || 71 turpabat **H**: turpabatque **BPT** turbabatque **M** | malas f. barba *Scaliger*: mala f. barbam **O** (malum **T**; malam *Naekius*) || 72 nothos *G. Hermannus* suos *Hauptius* || 73 roseo] rubeo **M**; *num pro* rutilo *?* | caelauit **B**; uelauit *Broukhusius* || 74 T *littera distincta in* **BP** | proles *Vonckius*: promo **O** (primo no) || 75 quid decus **H** | eros **P** heros **T** || 77 fors mo | lenta *Dan. Heinsius* || 78 Nascendum n | quoi *Naekius*: quo **O** o *uel* pro *N. Heinsius* | est *om.* **H** || 79 Tantam ς: Tantum **H** (*sic*) **M** (*sic*) **PT** Tanta **B** | fata meae *Heinsius*: uita meae **M** uite mee **H** uitae meae **P** uite meae **T** meae uitę **B**; fata meo *uel* mei *aliter Heinsius* mi uitae *Francius* uota meae *Iacobus* uitae in me *Naekius* saecla meae *Ribbeckius* | carnis *scripsi*: cordis **O** (cordi ς) sortis *uel* cordi *uel* morbis *Heinsius* curae *Francius* (fata mei curis *Hauptius*) | fecer **P** || 80 maneas **H** | occulis o | possim **H** || ⊙ fenix **H** Publii Virgilii Maronis Dirae finiunt *litt. maiusc. fere subscribunt* **BPT** (*hic* Maronis *om.*); *caret subscriptione* **M**

III.

COPA.

Copa Surisca, caput Graia redimita mitella,
  Crispum sub crotalo docta mouere latus,
Ebria fumosa saltat lasciua taberna,
  Ad cubitum raucos excutiens calamos:
'Quid iuuat aestiuo defessum puluere abisse:
  Quam potius uiuo decubuisse toro!
Sunt obbae calices cyathi, rosa, tibia, chordae

III. Charisius p. 63, 10 K.: 'communia cupo cuponis, fullo fullonis; quamuis Vergilius librum suum Cupam inscripserit'.

De codd. cf. praef. p. 20 *sq.*; Copa eiusdem Maronis incipit *litt. maiusc.* **BP** Incipit copa eiusdem *litt. mai.* **S** Et cope Liber incipit **V** Copa **H** Copa incipit *litt. mai.* **n** ‖ 1 *litteris maiusc. in* **P** | *formam* Cupa *Bentleius ad Hor. sat.* II 2, 123 *commendat* | sui risca **B** suirisca **PS** furisca **M** sirisca **HV** (*et* **B** *mg. m. rec.*) | capud **S** | graia **V**: greca **HM** grega **B** (*m. ant. in* greca *corr.*) **S** creca **P** | metalla **BPS** (*corr. in* **B** *mg. m. rec.*) capella mitella **H** ‖ 2 Crispim **H** *m. 1* | crotala **M** (crotola **o**) crătalo **S** | docto **V** ‖ 3 Hebria **BP** | fumosa **HM**: famosa **BPSV** ‖ 4 At **H** ‖ 5 abisse *Ilgenus* (*cf. Hauptius opusc.* I 145): abesse **BHMPS** adesse **V** ‖ 6 pocius **S** potum **S** | uiuo (bibo) *Schenkelius, ego*: bibulo **O** uiduo *et* herboso **S** | thoro **BHMPS** ‖ 7 obbae *Ilgenus* (Obba et *Heinsio praeeunte*): topia et **BM** (tropia et **n**) topia et *ex* tobia et *corr.* **S** copia et **HP** cuppe et **V** (trophi **B** *mg. m. rec.*) | calices **V**: kalibes **B** kalybes **P** calibes **HS** chalibes **o** chalybes **mn** calybae **s** *Scaliger* | cyathi **H**: cyati **BS** ciati **V** crati **P** crath **M** | tybia **M** | chord(a)e **M**: cord(a)e *ceteri*

Et trichila a! umbris frigida harundineis.
En et Maenalio quae garrit dulce sub antro
Rustica pastoris fistula ab ore sonat.
Est et uappa cado nuper defusa picato,
Est crepitans rauco murmure riuus aquae.
Sunt et Cecropio iunctae de more coronae
Sertaque purpurea lutea mixta rosa;
Sunt quae uirgineo libata Achelois ab amne
Lilia uimineis adtulit in calathis.
Sunt et caseoli, quos sirpea fiscina siccat,
Sunt autumnalis cerea pruna deae
Castaneaeque nuces et suaue rubentia mala,
Et pendet iunco caeruleus cucumis;
Sunt et mora cruenta et lentis uua racemis:
Est en munda Ceres, est Amor et Bromius.

---

8 trichila ς: triaclia **BV** tria clia **PS** triclya **mn** tryclia **o** triclina (i *supra* na) **H** (triachria **B** *mg. m. rec.*) | a *addidi*: *om.* **O** | umbris **BPSV**: umbrosis **HM** (**B** *mg. m. rec.*) umbriferis ς | harundineis **V**: harundinibus *ceteri* (arund. **HP**) ‖ 9 En **O**: Eti **H** *m. 1* Est ς | menalio *plerique* ‖ 10 ab ore *scripsi*: more **O** in ore ς | sonans ς ‖ 11 *sq. ante* 9 *ponit Ribbeckius* ‖ 11 Est *om.* **M** Et est et **P** | cado *ex* uado **H** | diffusa **HV** | piccato **H** ‖ 12 Et **HPS** | crepitans **V**: strepitans *ceteri codd. omnes* trepidans *Heinsius* | parco *Ilgenus* ‖ 13 et cecropio **V**: etiam croceo **BMPS** eciam crocee **H** et Corycio *Burmannus* | iunctae ς: uincte **V** uiolae **BPSmn** uiole **Ho** | de more **V**: de flore *ceteri codd. omnes* | corone **V**: coroll(a)e **BHMPS** ‖ 14 mixta rosa **HMV**: mistaṭrosa (*suppunx. m. rec.*) **B** mini forosa **P** mixtaị (**x** *ex* **s** *corr.*) rosa **S** ‖ 15 Sunt q̄ (= quae) **V**: Et quae **BHMPS** Sunt et ς | uergineo **P** | achalois **M** acheloio **V** ‖ 16 Filia **M** | uimineis **O** (uimmineis **S** uimeneis **n** *m. 1*): emineis **V** *errore* in niueis **H** *m. 2* (*sic*) quae niueis ς | adt. **V**: att. *ceteri* | chalatis **H** chalathis **P** ‖ 17 sirpea ς: scirpea **V** iuncea **BHMPS** | fascina **BH** ‖ 18 autumnalis ς: autunalis **V** autumnali **BMPS** autūpnali **H** | prune **V** | dee **V**: die *ceteri codd. omnes* ‖ *uu. qui sunt in* **O** 20 *et* 22 *inter se traieci* (21 *sq. ante* 19 *sq. ponit Ilgenus*) ‖ 22 pendet **O**: pendens ς | caer. **H**: cer. **O** ‖ 21 Suntq; cruenta mora et lentis at; (= atque) uua racemis **V** | et] est *Wernsdorfius* ‖ 20 en *scripsi*: et **V** hic **BHMPS** | et **V**: est **BHMPS** | broimus **S**

Est tuguri custos, armatus falce saligna,
  Sed non hic uasto est inguine terribilis.
Huc, caligate, ueni: lassus iam sudat asellus;
  Parce illi: nostrum delicium est asinus.
Nunc cantu crebro rumpunt arbusta cicadae,
  Nunc etiam in gelida saepe lacerta latet.
Si sapis, aestiuo recubans te prolue uitro
  Seu uis crystallo ferre nouos calices.
Hic age pampinea fessus requiesce sub umbra
  Et grauidum roseo necte caput strophio,
Formosus tenerae decerpens ora puellae:
  A, pereat quoi sunt prisca supercilia.
Quid cineri ingrato seruas bene olentia serta?
  Anne coronato uis lapide ossa tegi?

---

24 Sed non hic uasto est *scripsi*: Sed (Set **V**) non et uasto est **O** (est *om.* **M**) Hic non et uasto est (non *del. m. 2*) **H** Sed uasto non est ς Sed non ex (ec *Ribbeckius*) uasto est *Ilgenus* || 25 Huc **MV** (**H** *m. 2*): Huic **BPS** Nunc **H** *m. 1* | caligate *scripsi, quo peregrinantis habitus indicetur* (*cf. Iuuen.* 3, 322): calibita **BHP**, *et ita ex* calabita *corr.* **S**, chalybita **M** calibida **V**; cybelista *Hertzbergius* | uenit ς | lassus *om.* **B**, *suprascr. inter* sudat *et* asellus *m. rec.*; fessus **V** | sedet **V** | ꝯasellus **H** || 26 nostrum **V**: uestr(a)e **BMPS** nostri ς Vestae *Is. Vossius* | delicium ς: deliciu≡ **B** dilicium **PS** (**B** *m. rec.*) delitium **V** delici(a)e **M** | idelice est asinus uestre (uestrum delicium est asinus *corr. m. 2*) **H** || 27 Hunc **H** | c≡rebro (*erasa* c) **B** | rumpiunt **BP** | cycade **o** || 28 etiam in **V**: uere in **BP** uero in **S** uaria in **M** (**H** *m. 2 suprascr.*) uerearia in **H** *m. 1* (*sic*) uerna in *Heinsius* uiridis *Burmannus* ueprum *Hauptius* | saepe ς: sede **O** || 29 te ς *Scaliger*: nunc **O** (Nunc **B**) | uitro *ex* antro *corr.* **S** || 30 cristallo **V**: cristalle **BPS** cristalli **HM** (christ. **o**) | uouos **H** || 31 Hic **HS**: Hia **BP** H(a)ec **M** Huc **V** (*num haec uarietas ex* Heic *orta ?*) Eia ς Heia *uulgo* || 32 capud **P** | strofio **BMPS** trophio **V** stripheo **H** || 33 Formosus ς: Formosum **O** | Candida formosae decerpens *Bembus* | ore **S** || 34 A pereat **BPS**: Ah pereat **V** Ha pereat **B** *m. rec. corr.*, **H** *m. 2* (Na *m. 1*) Aperiat **M** | quoi **V**: cui **BMPS** quibus **H** | sit **V** hec **H** | prisca] ſ crispa **B** *mg. m. rec.* || 35 cineri *ex* cinere *m. ant. corr.* **B** | ingrata **o** | seruās **V** | benae **no** || 36 ossa *Ilgenus*: ista **O** ipse *Hauptius*

Pone merum et talos. pereat qui crastina curet!
Mors aurem uellens ‘uiuite’ ait, ‘uenio’.’

---

37 tallos **M** allos **S** ‖ 38 autem **o** *m. 1* ‖ Publii Virgilii Maronis Copa finit *litt. maiusc.* **BP** O fenix **H** Finis Cope Virgilii Maronis. — Epitaphium baliste conditum a Marone. Monte *eqs.* P. VIRGILII MARONIS COPE LIBER EXPŁ. **V** *sic duplici subscriptione.*

IV.

AETNA.

Aetna mihi ruptique cauis fornacibus ignes
Et quae tam fortes uoluant incendia causae,
Quid premat imperio, quid raucos torqueat aestus,
Carmen erit. dexter uenias mihi, carminis auctor,
Seu te Xanthos habet seu Delos gratior illa
Siue tibi Rhodos est potior; tecumque fauentes
In noua Pierio properent a fonte sorores
Rura: per insolitum Phoebo duce tutius itur.
Aurea securi quis nescit saecula regni,
Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis

De codd. cf. p. 21; .P. Virgilii Maronis Aethna incipit **C** P. Maron̄ Virḡ Aehtna **S** (*litt. maiusc. uterque*) De etna monte **H** ‖ 1 Aethna **CS** *semper* Etna **H** *semper* (*quod iam non adnotabo*) | ruptis q̄ **H** | fornac. *ex* fornic. *corr.* **S** ‖ 3 Quid **O**: Quod *Itali* | premat imperio *scripsi* (*cf. u.* 198): fremat imperium **O** fr. interius *Bormansius* ‖ 5, 6 *ponunt* **CS**: 6, 5 **H**ς ‖ 5 Xanthos *Gorallus*: cinthos **CS** cinthus **H** Cythnos *Scaliger* | dolos gracior **S** | illa *om.* **H** ila **C** *solus* (*unde* Delost gr. Hyla *Munro*) ‖ 6 Siue tibi Rhodos est *scripsi*: Seu tibi dodona **O** (dobona **H** *m. 1*); dodone *Itali*; Seu tibi Python est *Gorallus* (Seu Pythona tibi *uel* Siue tibi Pytho *uir doctus misc. obss.* VII *p.* 89) Ac tibi Dodona *Bormansius* Seu tibi Ladonis *Munro* | pocior **S** | fauentis **H** ‖ 7 properant **H** ‖ 8 Rura *scripsi*: Vota **O** | tutius **CS** tucius **H**: cautius ς ‖ 9 quis *Itali*: qui **O** | regni *scripsi*: regis **O**; *at rex securus est is qui sibimet nihil metuit, non qui publicam securitatem praebet; unde fuisse qui pro* securi *mallent* Saturni *narrat Friesemannus Collect. p.* 182 ‖ 10 iactaret ς: iactarit **H** lactaret **CS**

Venturisque malas prohiberet fructibus herbas,
Annua sed subitae complerent horrea messes,
Ipse suo flueret Bacchus pede mellaque quernis
Penderent foliis et pingui Pallas oliuae,
Securos omnis aleret cum gratia ruris? 15
Non cessit cuiquam melius sua tempora nosse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colchos 17
Aduersumue ducem sparsumue in semina dentem? 20
Quis non Argolico defleuit Pergamon igni 18
Inpositam et tristi fatorum lege ruentem? 19
Quis non periurae doluit mendacia puppis, 21
Desertam uacuo Minoida litore questus?
Quidquid et antiquum, iam nacta est fabula carmen.
Fortius ignotas molimur pectore curas:

---

11 que **HS**: *om.* **C** (ue *Munro*) | malas *Itali*: malis **O** | fructibus **H** *m. 2*: fluctibus **O** frondibus ς frugibus *Itali* || 12 subitae *scripsi* (*cf. Claudian. in Ruf.* I 382): satur(a)e **O** sacrae *Itali* (nec sacrae *A. de Rooy*); *saturae messes* (*cf. u.* 267) *etiam post Saturnum plurimae, et sponte uenientium hic oportet mentio fiat* || 13 fluerent **S** | bachus **HS** | meliaque **S** | quernis *Friesemannus Collect. p.* 187: lentis **O**; *at et* oliuae *alius arboris nomen desiderat et quercus in talibus sollemnis* || 14 pigui **H**; pinguis *coni. Bormansius* | oliu(a)e **CSH**: oliua ς || 15 Securos *A. de Rooy*: Secretos **O** Se cretos *Munro* | omnes *Gorallus*: amnis **O** homines *Peerlkampius* | aleret *A. de Rooy*: ageret **O** | cum *Itali*: tum **O** quae *Iacobus* | gracia **H** (*qualia iam tacebo*) || 16 Concessit **S** | nosce **H** || *u.* 20, *qui est in* **O**, *post* 17 *traieci*: *cf. Mus. Rhen.* XXXI 144 *sq.* || 20 Aduersumue **H**ς: Auersumue **CS**; *fortasse* -que (*et* sparsumque) *praestat cum edd. ant.* | ducem *scripsi*: diem **O** | semina *Scaliger*: semine **O** || 19 Imp. **H** Inp. (n *supra lin.*) **S**; Ambustam *Hauptius* | et **O**: aut *Iacobus* | tristi **O**: tristem *Wernsdorfius* | fatorum lege *scripsi l. l.*: natorum funere **O** | ruentem *scripsi*: mentem **O** (m̄tem = mentem **H** [*sic*] **S**) matrem ς || 21 pupis **H** || 22 minoyda *ex* minorda *corr. m. 2* **H** | littore **HS** || 23 Quidquid **H**: Quicquid **CS** | et *Bormansius*: et in **S** in **CH** item *Wernsdorfius* | iam nacta *Maehly*: iactata **O** uulgata *ego olim* | carmen **O**: crimen *Scaliger*; Quidquid in antiquis iactatum est, fabula, crimen *G. T. Suringar* Quid quod et Aetnaeum iact. e. f. carmen *Iacobus*; *Munro hunc uersum ex duobus conflatum putat* || 24 *num* Gratius *?* | mollimur **H**

Qui tanto motus operi, quae tanta potestas
Explicet inmensum flammas et trudat ab imo
Ingenti sonitu moles et proxima quaeque
Ignibus irriguis urat, mens carminis haec est.
Principio ne quem capiat fallacia uatum,
Sedes esse dei tumidisque e faucibus ignem
Vulcani ruere et clausis resonare cauernis
Festinantis opus. non est tam sordida diuis
Cura, neque extremas ius est demittere in artes
Sidera: subducto regnant sublimia caelo
Illa neque artificum curant tractare laborem.
Discrepat a prima facies hinc altera uatum:
Illis Cyclopas memorant fornacibus usos,
Cum super incudem numerosa in uerbera fortes
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen
Armarentque Iouem: turpe et sine pignore carmen.
Proxima uiuaces Aetnaei uerticis ignes
Impia sollicitat Phlegraeis fabula castris.
Temptauere (nefas) olim detrudere mundo
Sidera captiuique Iouis transferre gigantes
Imperium et uicto leges inponere caelo.
His natura sua est aluo tenus: ima per orbes

---

25 Quis tantos **H** *m. 2* | operit **H** | tanta potestas *scripsi*: tanta perenni **O** (perhenni **H**) causa perennis *Itali* || 26 inmensum *Marklandus* (*ad Stat. silu. p.* 141): in densum **O** | et trudat **CS**: etrudat **H** || 27 moles et **CS**: mollescent **H** || 28 carminis haec est *om.* **S** *spatio relicto* || 29 capiet **H** *m. 1* | pellacia *Iacobus* || 30 facibus **H** *m. 1* || 31 Vulcanum *G. T. Suringar* (*usu uerbi* ruere *transitiuo*) || 33 extremas ius **CS**: exma uis **H** | demittere ς: dimittere **O** || 34 subducto **CS**ς: seducto **H** || 35 Ille **H** *m. 1* || 36 hinc (*scil. quod Vulcanum non in partes uocant*) *scripsi*: haec **O** (*coniecerunt* haud *pro* haec *Wernsdorfius, pro* a *G. T. Suringar*) || 37 Illi *Scaliger* Illi his *Marklandus ad Stat. silu. p.* 12 | usus **H** || 38 fortes *Itali*: fontes **O** || 39 fulmen **H** *m. 2*, ς: flumen **O** || 40 Armare *reliquo uersu in spatio uacuo omisso* **S** | et *edd. ant.*: est **O** || 41 uiuaces *ex* uiuoces *corr.* **C** || 42 sollicitet **H** | flegr(a)eis **O** || 43 nephas **H** || 45 imp. **HS** || 46 sua est] sue *in* sua *m. 2 corr.* **H** | alua tenes **H** *m. 1*

Squameus intortos sinuat uestigia serpens.
Construitur magnis ad praelia montibus agger:
Pelion Ossa onerat, summus premit Ossan Olympus.
Iam coaceruatas nituntur scandere moles,
Impius et miles metuentia comminus astra
Prouocat. inde Iris cunctos ad praelia diuos
Conuocat; admotis qua peruia sidera signis,
Iuppiter e caelo lucem fert iamque corusca
Orbatus flamma remouet caligine mundum.
Incursant uasto primum clamore gigantes;
Hinc magno tonat ore pater, geminantque fauentes
Vndique discordi fremitum simul agmine uenti,
Densa per attonitas rumpuntur flumina nubes.

---

47 intortos *uulgo*: intortas **CS** intortus **H**ς ‖ 48 motibus **H** | ager **H** *m. 1* ‖ 49 Pellon **H** Peloniossa **C** Pelonossa **S** | onerat *scripsi*: creat **O** terit *Itali* grauat *Iacobus* | ossa nolympus **S** olimpus **C** ‖ 50 *post* Iam *rasura in* **S** | molles **H** *m. 1* ‖ 51 cominus **H** ‖ 52 Prouolat *Peerlkampius* | inde Iris *scripsi*: infestus **O** infensus ς ‖ 53 Conuocat *scripsi*: Prouocat **O**; *propter intolerabilem uerborum* infestus — prouocat *tautologiam u.* 52 *delebat G. T. Suringar* (*uerba u.* 51 metuentia — infestus *ego olim obelo notaui*), *u.* 52 *et* 53 *traiecit Hauptius inutiliter* | admotis qua peruia *scripsi*: admotisque (d *in* **S** *m. 1 suprascr.*) tertia **CS** admotis *reliquo uersu omisso* **H**ς; admotisque ad territa *Wassenbergius* admotisque trementia *Bormansius*, *cum tamen talis notio post* metuentia astra *plane superflua sit* ‖ 54 e caelo lucem *scripsi*: e c(a)elo (etelo **S**) metuit **O** a caelo m. ς in caelo m. *Wassenbergius* et caelo m. *Bormansius* en caelo m. *Munro*; *sed iterum metuens Iuppiter otiosissimus* | fert iamque corusca (*uel* -cam) *scripsi*: dextramque coruscam **CS** dextraque coruscam **H**ς ‖ 55 Orbatus *scripsi*: Armatus **CS** Admotus **H**ς (*armatur fulmine Iuppiter demum u.* 63, *hic ipse flammam radiantem deponit: cf. ex. gr. Orestis trag.* 241) | flamma **CS**: flammam **H**ς | flammare mouet **S** | renouat *Itali*; *at recte conligunt Ouidii fast.* II 493 ‖ 57 Hinc *Scaliger*: Hic **O** | fauentes **CS**ς: fouente **H**; geminatque fragorem *Santenius* furentes *Bormansius* ‖ 58 discordi fremitum *Wakefieldus*: discordes comitum **O** discordi coeunt *Santenius* discordi sonitum *Iacobus* ‖ 59 rumpuntur **O**: funduntur ς | flumina (= *imbres*) **CS**: fulmina **H**ς (*adhuc per elementa bellat Iuppiter*)

Atque hic bellatum quae cuique potentia diuum
In commune uenit: iam patri dextera Pallas
Et Mars laeuus erat, iam cetera turba deorum
Stant utrimque tuens. ualidos tum Iuppiter ignis
Increpat et iacto proturbat fulmine montes.
Illinc disiectae uerterunt terga ruina
Infestae diuis acies, atque impius hostis
Praeceps cum castris agitur, materque iacentis
Ingemuit natos. tum pax est reddita mundo
Defensique decus mundi lux redditur astris,
Tum nimbo cessante nitet per sidera caelum.
Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna
Obruit Enceladon, uasto qui pondere montis
Aestuat et patulis exspirat faucibus ignem.
Haec est mendacis uulgata licentia famae.
Vatibus ingenium est; hinc audit nobile carmen.

---

uersus 60 *nil nisi* Et q. (que) in *habent* **H** ς | hic (= *tum*) bellatum *scripsi*: in bellandum **CS** ad bellandum *Hauptius* | q: **C** | potintia **C** *m. 1* ‖ 61 *om.* **H** ς ‖ 62 laeuus *Bormansius et Hauptius*: s(a)euus **O** scaeuus ς | caetera **CS** ‖ 63 utrumq; **H** | tuens *scripsi*: deus **CH** de . . (*2 litt. spatio uacuo*) **S** metus *Itali* metu *Scaliger* secus *Hauptius* | iupiter **H** | ignes **S**; ualido — igni *ego olim* ‖ 64 iacto *Itali*: uicto **O** uinctos **H** *m. 2* uictor ς; *conicias* multo *uel* certo ‖ 65 disiectae *ego*: deuictae **C** ς deuinctae **S** deuecte **H** deuecta *Wernsdorfius* deiectae *Peerlkampius* | ruina *Wernsdorfius*: ruinae **O** ‖ 66 Infest(a)e **H** ς: Inferte **S** Infert e **C** ‖ 67 Praeceptis **C** | mateq; **S** ‖ 68 Ingemuit natos *scripsi*: Impellens uictos **O** Amplexa est gnatos *Pithoeus* Inuoluens utero *Iacobus* ‖ *uu. qui sunt in* **O** 69 *et* 70 *inter se transposui* ‖ 70 lux *scripsi*: nunc **O** tunc ς | additur *Peerlkampius* ‖ 69 nimbo *scripsi*: liber **O** | cessante nitet *scripsi*: cessat uenit **CS** cessa uenit **H** ς (*de* Cressa *Ariadne inepte cogitauere Itali, qui et in fine* caeli) ‖ 71 Curcite **CS**; *conicias* Carcere | trinatrio *et* etnam **H** ‖ 72 encheladum **H** | uasto qui **H** ς: uastoq; **CS** | patulis *edd. ant.*: petula in se **CS** petulans **H** ς | expirat **C** ‖ 74 Aer (Hec *m. 2 suprascr.*) **H** | mendacis *L. Muellerus*: mendosae **O** ‖ 75 Facibus **H** *m. 1* | *malim* ingenio est uiuaci n. c. | nobilem **H**

Plurima pars scenae ac rerum est fallacia: uates
Sub terris nigros luserunt carmine manes
Atque inter cineres Ditis pallentia regna,
Mentiti uates Stygias undasque canesque;
Hi Tityon strauere nouena in iugera foedum,
Sollicitant idem te siccum, Tantale, cena
Sollicantque siti; Minos, tuaque, Aeace, in umbris
Iura canunt idemque rotant Ixionis orbem;
Quidquid et est tellus falsi sibi conscia, terrent.
Nec tu, terra, satis: speculantur numina diuum
Nec metuunt oculos alieno admittere caelo:
Norunt bella deum, norunt abscondita nobis
Coniugia et falsa quotiens sub imagine peccet
Taurus in Europen, in Ledam candidus ales
Iuppiter, ut Danaae pretiosus fluxerit imber.
Debita carminibus libertas ista; sed omnis

---

76 scenae ac (et) *scripsi*: scenea **H**ς scenae **CS** | uerum *Scaliger* uatum *Bormansius et Hauptius* | falacia **H** *m. 1* fallatia **S** ‖ 77 Subternis **H** | luserunt *scripsi*: uiderunt **O** uid. crimina *Scaliger* nigro uid. agmine *Hauptius* ‖ 78 intet **H** *m. 1* | palentia **H** *m. 1* ‖ 79 naues *Scaliger* | stigias **HS** | canesque *Scaliger*: canentes **O** ‖ 80 *nil nisi* H *reliquo uersu omisso habet* **S** | Hii **C** | tition **H** | strauere nouena *Hauptius*: p(o)ena strauere **CH**ς (strauem **H** *m. 1*) | fusum *Scaliger* ‖ 81 *om.* **H** *m. 1* | idem *scripsi*: illi **O** magna *Itali* (*unde* macrum *A. de Rooy* stagno — pleno *Wernsdorfius* malo — Poeno *Iacobus*) illic *Hauptius* | siccum (*uel* curuum) *Scaliger*: circum **O**, *quod frustra coll. Tibullo* I 3, 77 *defendunt* | cena *scripsi coll. Hor. epod.* 17, 66: poena **C**ς poen (*ult. litt. abscissa*) **S** penã **H** pomis *A. de Rooy* pomo *Hauptius* poma *Munro* ‖ 82 Sollicitant questi **H** *m. 1* | tuque **S** | aeaccę **C** cece (eace *m. 2*) **H** ‖ 84 Quid (quid *add. m. 2*) **H** Quicquid **CS** | est tellus *scripsi*: interius **O** inferius *Friesemannus* ulterius *Iacobus* in terris *ego olim accedens Munroni qui* terret *conicit ante unius uersus lacunam* | sibi conscia **CS**: consortia **H**ς | terrent **O**: terra *Itali* ‖ 85 Nec tu **CS**: Nec ut **H** | *conicias* sat es ‖ 86 metunt **C** | inmittere *Iacobus* ‖ 87 Horunt **H** *m. 1* | uobis **H**; nimbis *Hauptius* ‖ 88 peccet *Schraderus*: peccent **O** ‖ 89 Thaurus i. europem **H** | laedam **C** ‖ 90 Iupiter **H** | danae **CH** danę **S** ‖ 91 omnis] ismnis **S**.

In uero mihi cura: canam quo feruida motu
Aestuet Aetna nouosque rapax sibi congerat ignes.
Quacumque inmensus se terrae porrigit orbis
Extremique maris curuis incingitur undis,
Non totum et solidum est; distat namque omnis hiatu,
Secta est omnis humus penitusque cauata latebris
Exiles suspensa uias agit. utque animantis
Per tota errantes percurrunt corpora uenae,
Ad uitam sanguis omnis qua circum eat artus:
Terra uoraginibus conceptas digerit auras.
Scilicet hoc olim diuiso corpore mundi
In maria ac terras et sidera, sors data caelo
Prima, secuta maris, deseditque infima tellus,
Sed tortis rimosa cauis. et qualis aceruus
Exilit inparibus iactis ex tempore saxis,
Vt crebro introrsus spatio uacuata charybdis

---

93 Estuat **H** | congregat **S** ‖ 95 Estr. **H** | incingitur **CS**: hic igitur **H** ‖ 96 Non *in* Nam *m. 2 corr.* **H** | et solidum est *Iacobus*: et solido **CS** et solidum **H ς** est solidum *uulgo* | distat *scripsi*: desunt **CS ς** desinit **H** defit *Itali* | hiatus **H ς** ‖ 97 est] es **H** *m. 1* ‖ 98 suspensas **H** | agit utque *uulgo*: agiturq; **CS** agit inque **H ς** | animantis *uulgo*: animanti **O** ‖ 99 discurrunt *Bormansius* procurrunt *alium doctum coniecisse refert Wernsdorfius* ‖ 100 Ad uitam **O** (*quode recte cf. Lucr.* III 397): Dantque uiam *Hauptius* | o. q. circum eat *scripsi*: o. q. cum meat **CS** o. q. comeat **H ς** o. q. commeat **ς** q. o. circum meat *Iacobus* o. q. commeet *Bormansius et Hauptius* | artus *Iacobus*: idem **O** isdem *Gorallus ad seq. u. trahens praue* ‖ *inter* 100 *et* 101 **H** *habet* Terra uoraginibus omnis qua comeat idem ‖ 101 digerit **CS**: dirigit **H ς** | aures **H** ‖ 102 hoc olim *Bormansius:* aut olim **O**, *in quibus* aut *neque cum* siue *u.* 110 *neque cum* aut *u.* 114 *coniungi potest, ut uoluere*; haud olim *Wernsdorfius* ‖ 104 secuta *in* secunda *m. 2 corr.* **H** ‖ 105 tortis **CS**: totis **H ς** | aceruas **H** *m. 1* ‖ 106 Exilit **CS**: Exiit **H ς** | imp. **H** ‖ 107 Aut — Pendet ut *Schraderus* | crebro **H ς**: crebrer **C** crebor **S** | introssus **S** | uacuata *Itali*: uacat acta **CS** *om.* **H ς** uacuante *Wernsdorfius* (spatioque uacante *iam Scaliger*); *fortasse* caua facta | charibdis **C**: carims (h *supra* ar *m. 1*) **S**, *om.* **H ς**, corymbos *Itali, qui fortasse ita iam apud Placidum* (*p.* 25, 13 *Deuerl.*) *legerunt*

Pendeat in sese: simili quoque terra figura
In tenuis laxata uias non omnis in artum
Nec stipata coit, siue illi causa uetusta
Haec nata est facies seu liber spiritus intrat
Effugiis molitus iter seu lympha perenni
Laedit humum lima furtimque obstantia mollit
Aut etiam inclusi solidum exedere uapores
Atque igni quaesita uia est siue omnia certis
Pugnauere locis: non est hic causa docenda,
Dum stet opus causae. quis enim non credat inanis
Esse sinus penitus, tantos emergere fontis
Cum uidet ac terrae subito se mergere hiatu?
Non Nili ex tenui uortex agat arta necesse est
Confluuia, errantes arcessens undique uenas,

---

108 terre **H** | figura *Itali*: futur(a)e **O** figura est *Munro* ‖ 109 omnes **C** | arcum **H** ‖ 110 uetusta *ego*: uetusta est **O** uetustas *Hauptius* ‖ 111 Haec **CS**: Nec **Hς** | *ante* nata *in* **S** stipata *ut uidetur erasum* | seu *uulgo*: sed **O** | intrat **S**: intra **Hς** inter **C** ultra *Hauptius*; *cf. ad* intrat *Seneca qu. n.* VI 14, 3 ‖ 112 Effugiis *scripsi*: Effugiens **O** | molitus **CS**: mollitus (-tur *m. 2*) **H** mollitur *et* molitur **ς** | limpha **H**: nympha **CS** | perenni **O** (perhenni, i *m. 2 in* e *corr.* **H**): perennis *Itali* ‖ 113 Laedit *scripsi*: Edit **O** Radit *Heinsius* Rodit *Bormansius* | lima *Scaliger*: limo **CS** limum **H** | molit **S** mollis **H** ‖ 114 Haud **H** | inclusis olidum **C** | exedere (*cf. Seneca l. l.*) *uulgo*: uidere **O** uicere *Seuinus* rupere *Iacobus* fudere *Munro* ‖ 116 Pugnare **H** *m. 1* | clausa **H** | docenda *Gorallus*: dolendi **O** docendi *edd. ant.* ‖ 117 causas *Munro* | non credat inanes *edd. ant.*: non credit inanis **CS**, *om.* **Hς**, non uiderit illud *Itali* ‖ 118, 119 tanto se mergere hiatu *mediis omissis* **S** ‖ 118 fontes **H** ‖ 119 hac **C** | terrae subito *scripsi*: torres (n *supra* es) uno **C** torrens uno **Hς** torrentem imo *uulgo* totiens imo *Hauptius* | *an* demergere *?* | hyatu **C** hiatum **H** ‖ 120 Non Nili *Iacobus*: Non ille **Hς** Nam ille **CS** Nam mille *Munro* | uortex *Iacobus*: uocemque **O** uacuoque *Scaliger* | agat arta *scripsi*: agat apta **O** agat aucta *Scaliger* alit arua *Iacobus* agitata *Munro* ‖ 121 Confluuia **H**: Cum fluuia **S** Cum fluuio **C** Cum flumina **H** *m. 2* | arcessens *Iacobus*: arcessant **O** | uenas **CS**: et undas **Hς** ab undis *Itali*

Set trahat ex pleno quod fortem comparat amnem.
Flumina quin etiam latis currentia ripis
Occasus habuere suos: aut illa uorago
Derepta in praeceps fatali condidit ore
Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis
Atque inopinatos referunt procul edita cursus.
Quod ni diuersos emittat terra canales,
Hospitium fluuio et det semita, nulla profecto
Fontibus et riuis constet uia pigraque tellus
Conferta in solidum segni sub pondere cesset.
Quod si praecipiti conduntur flumina terra,
Condita si redeunt, si quae iam incondita surgunt,
Haud mirum clausis etiam si libera uentis
Spiramenta patent. certis tibi pignera rebus
Atque oculis haesura tuis dabit ordine tellus.
Inmensos plerumque sinus et iugera pessum
Intercepta licet densaque abscondita nocte
Prospectare, chaos uastum et sine fine ruinas.
Cernis et in siluis spatiosa cubilia retro

---

122 Sed *Scaliger*: Et **O** Attrahat *Iacobus* Ut *Munro* | fortem **C**: fontem (r *supra* n *m. 1*) **S** fonte **H**ς | comparat *scripsi*: contrahat **O** || 123 ripis *Bormansius et Hauptius*: riuis **O** || 124 aut **CS**: haud **H**ς || 125 Derepta *Gorallus*: Direpta **H**ς Direptam **CS** || 126 Haud occulta **H** | ad operata **H** adoperte **S** | auernis **CS** || 128 ni *Iacobus*: si **O** | diuersos *m. 1 in* -sas *corr.* **H**; demersos *Iacobus* || 129 Ospitium **C** Ospicium **S** | fluuio et (aut) *scripsi*: fluuium **CS** fluminum **H**ς fluuiorum *Itali* | det *scripsi*: aut **O** at *Scaliger* haud *Gorallus* | semina **H**ς || 131 Conferta *Itali*: Conserta **O** || 132 terra **CS**: terrae **H**ς || 133 quae iam *ego*: qua etiam **O** (eciam **H**) qua et iam *Scaliger* quaedam *uel* quondam *Bormansius* || 134 clausis **H**ς: classis **CS** (claussis *Munro*) | et si **S** || 135 patent *Gorallus*: latent **O** | pignora **H** *m. 2* || 136 tuis **CS**: uis (t *praefixit m. 2*) **H** || 137 Inmensos **CS**: Immensum **H**ς | passim *Schraderus* || 138 *hic incipit* **G** | Inter cetera **H** | licet **G**: leget **CSH** | densaque — nocte **G**: densaeque — nocti **CSH** || 139 chaos uastum et **G** *ita ut* uastum *in marg. sit additum*: procul chaos ac **CSH** | ruinas] minas **G**: ruin(a)e **CSH** ruinast *Munro* || 140 spatiosa **G**: spatioque (-cioq. **HS**) *ceteri*

Antraque demersa et penitus sedisse latebras:
Incomperta uia est, aer tantum effugit ultra.
Argumenta adsunt ignoti uera profundi,
Tu modo subtiles animo duce percipe curas
Occultique fidem manifestis abstrahe rebus.
Nam quo liberior quoque est animosior actus
Semper in incluso uentis nec segnior ira est
Sub terra penitusque mouent, hoc pigra necesse est
Vincla magis soluant, magis hoc obstantia pellant.
Nec tamen in riuos exit contenta canali
Vis animae flabriue: ruit qua proxima cedunt
Oblicumque secat qua crusta tenerrima clausaest.
Hinc terrae tremor, hinc motus, ubi densus hiantes
Spiritus exagitat uenas cessantiaque urget.

---

141 demersa et *scripsi*: demersas **G** demissa **CSH** demersis *Wernsdorfius* | penitus **G**: pedibus *ceteri* | sedisse **H** *m. 1* (*errore sine dubio*): fodisse **GCS** (**H** *m. 2*) fudisse ς | latebras **G**: latebris *ceteri* scatebras *Schraderus* ‖ 142 aer *Iacobus*: aeri **G** operum **CS** opm **H** | tamen **H** *m. 2* | effugit ultra **G**: effluit intra *ceteri* ‖ 143 adsunt *scripsi*: dabunt **O** ‖ 144 anime *in* anima *m. 2 corr.* **H** | perape **H** *m. 1* ‖ 145 Occultique *scripsi*: Occultamque **O** | manifestam *in* manifeste *m. 2 corr.* **H** | abstrahe **O**: astrae *in* ac strue *m. 2 corr.* **H** astrue *Itali* ‖ 146 actus *scripsi*: ignis **O**, *quod ferri non posse ostendit Iacobus* instat *coniciens*; ingens *Hauptius* ‖ 147 Semper in incluso **G**: Semper in inclusis (-sus **C**) *ceteri*; Septorum claustris *Iacobus* Spiritus inclusis *Hauptius* | uentis nec *scripsi*: nec uentis **O** (nec uectus **H**) | senior **H** saeuior ς ‖ 148 *num* fremitusque *?* | mouens *Scaliger* | hic *Iacobus* | pigra *scripsi*: plura **O** dura *Maehly* ‖ 149 Vincla, *ita* **O** | hic *Iacobus* ‖ 150 riuos **G**: rigidos **CSH** riguos *Heinsius* | hesit contīncia **H** *m. 1* (exit condensa *m. 2*) | canali *ego*: canales **O** ‖ 151 Visa nimie **H** | flabriue ruit *scripsi*: flammaeue ruit **G** flamma uerrit **CS** flamma ueurit **H** flamen uertit *Iacobus* | qua **G**: quam *ceteri* ‖ 152 Oblicumq; **S**: Obliqumq. **H** Obliquumque **C** | secant **H** *m. 2* | qua **CS**: quae **G** quam **H** | crusta *scripsi:* causa **G** uisa *ceteri* | cenerrima **H** *m. 1* | clausaest (*uel* claussaest) *scripsi*: caussa est **G** causa est *ceteri* (causam **H** *m. 2*) caula est *Gorallus* crusta est *Hauptius* massa est *Munro* ‖ 153 ibi **H** *m. 2* | hiantes **G**: hiatu *ceteri* ‖ 154 cedentiaque *Schraderus*

Quod si spissa foret, solido si staret in omni,
Nulla daret miranda sui spectacula tellus
Pigraque et in pondus conferta immobilis esset.
Haec imo cum sit species naturaue terrae,
Introrsus cessante solo trahit undique uenas
Aetna sui. manifesta fides et proxima uero est.
Non illic duce me occultas scrutabere caulas:
Occurrent oculis ipsae cogentque fateri.
Plurima namque patent illi spiracula monti:
Hinc uasti terrent aditus merguntque profundo,
Porrigit hinc artos penitus, qua exaestuat ultra.
Sed summis si forte putas accersere caulis
Tantum opus et subitis alimentum uiribus, ora
Quod patula in promptu cernis uastosque recessus,
Falleris et nondum certo tibi lumine res est.
Namque illis quaecumque uagantur hiatibus, omnis

---

155 solidos (-doque *m. 2*) instaret **H** | in omni **G**: in amni **C** in āmū **S** inmani **H** ‖ 157 conferta **G**: confert **CS** confertim (*et* mobilis) **H** ‖ *uu. octo qui sunt in* **O** 175—182 *post* 157 *traieci* ‖ 175 imo *Matthiae*: immo **G** primo **CH** imae *Schraderus* | constat *Hauptius* | naturaue **G**: naturaque **CH** ‖ 176 cedente *Schraderus* | trahat **G** | *uulgo post* uenas *fortius interpungunt, ego post* sui *punctum posui* ‖ 178 illic **S**: illi **G** illinc **CH** | oculta (s *add. m. 2*) **H** | caulas *scripsi*: causas **O** ‖ 179 ipsae **G**: ipsi **CH** | cogerentq. **H** ‖ 180 spiracula *scripsi*: miracula **O** (*quo retento* illo monte *Wernsd.*) ‖ 182 Porrigit hinc **G**: Corrigit hic **CH** | artos *Maehly*: artus **O** | penitus qua exaestuat *scripsi*: penitusque exaestuat **G** penitus quos exigit **C** penitusq. exigit **H** (*sic*) penitusque quod exigit *Itali* (*quo probato* artat *pro* ultra *Iacobus*) ‖ 158 accersere *scripsi*: concrescere **G** concredere **CS** congredere **H** (concrescere *retento u. seq.* subit esse *pro* subitis *Maehly*, animari *pro* alimentum *Bormansius*) | caulis *Gorallus*: causis **O** ‖ 159 subitis **G**: summis *ceteri* (sumis **H** *m. 2*) | uilibus **H** | ora **G**: oris *ceteri* ‖ 160 Quod patula **G**: Qu(a)e ualida *ceteri* | uastosque **G**: ualidosque **CS** ualidosaq. **H** ‖ 161 *om.* **H** *m. 1* | Falleris et **G**: Fallere sed *ceteri* | certo tibi lumine res est **G**: tibi lumine certaque retro *ceteri*; claro *pro* certo *coni. Maehly* ‖ 162 illis **G**: illuc *ceteri* (illic **H** *m. 2*) | quaecumque **G**: quod cumq; **C** quodcuq; **S** quocūq. (d *supra* o *m. 2*) **H** | uagantur hiatibus *scripsi*: uacant hiatibus **G** uacat hiat impetus **CS**

Et sese introitu soluunt adituque patenti
Conruptae languent uires animosque remittunt.
Quippe ubi quod teneat uentos aurasque morantis
In uacuo defit, cessant, tantumque profundi
Explicat errantis, et in ipso limine tardant.
Angustis potius turbant in faucibus: illic
Feruet opus, densaque premit premiturque ruina
Nunc euri boreaeque notus, nunc huius uterque.
Hinc monti rabies; hinc saeuo quassa meatu
Fundamenta soli, trepidant urbesque caducae
(Inde neque est aliud, si fas est credere, mundo
Venturam antiquam faciem ueracius omen);
Hinc scissae rupes uolitant, discordiaque ingens
Inter opus: nectunt aliae mediumque cohercent,

---

uacat hyatū pecus (specus *m. 2*) **H** quocumque patet specus omnis hiatu *Iacobus* quaec. uagant hiat impetus o. *Hauptius* uacant in hiatibus *Munro post* 162 *unius uersus lacunam statuens* | omis **S** ‖ 163 sese **GCS**: rose **H** ‖ 164 Conruptae *scripsi*: Conceptae **G** Conuersae *ceteri* ‖ 165 quod teneat *Hauptius*: qui teneat **G** contineat **CH** continuat **S** | uentos aurasque *scripsi*: uentos aquasque **G** uentosa qua quaeque **C** uentos aqua queq; **S** uentosa queq. **H** uentos quacumque *Iacobus* uentos acuatque *Munro* ‖ 166 defit **G**: desint *ceteri* | cessa **H** ‖ 167 Explent *Iacobus* | limine tardant **CSH**: limite tradunt **G** ‖ 168 Angustus **H** *m. 1* | potius *scripsi*: opus est **O** *e. u. seq.* | turbant in **CSH**: turbanti **G** turbare in *Itali* turbent in *Hauptius* | illic *Bormansius*: illo **G** illos *ceteri*; *an* illis *?* ‖ 169 densaque premit **G**: densique premunt *ceteri* | premita (-tq; *m. 2*) ruinas **H** ‖ 170 Nunc euri **G**: Hinc furtim (-tum **C**) *ceteri* | notus **G**: noto *ceteri* (h *supra* t **S**) | huius **O**: unus *Itali* | uterque *eidem*: uterque est **O** ‖ *uu.* 171—262 *in* **S** *legi fere nequeunt* ‖ 171 Hinc **G** (**H** *m. 2*): Hic **CH** | monti *Hauptius*: uenti **O** uentis *Maehly* | hic **H** | quassa meatu *Wernsdorfius*: quassat hiatu **O** (hyatu **H**) ‖ 172 soli **G**: solo **CH** ‖ 173 Vnde **H** ‖ 174 Venturam *ex* -rum *corr.* **C** | antiquam *uulgo*: antiqui **O** antiquo finem *Hauptius* ‖ 183 scissae **G**: spissae *ceteri* | uolitant *scripsi*: obstant **O** | 184 aliae **G**: uaries **CH** (uarios *huius m. 2*) nectuntque moras *Iacobus* nectuntque acies *Hauptius*

Pars igni domitae, pars ignes ferre coactae.
Haec operis uisenda sacri faciesque domusque,
Haec illi sedes tantarumque area rerum est.
Nunc opus artificem incendi causamque reposcit.
Non illa in paruo aut tenui discrimine: signis
Mille sub exiguum uenient tibi pignora tempus.
Res oculos ducent, res ipsae credere cogent.
Quin etiam tactu moneam contingere, tuto
Si liceat: prohibent flammae, custodiaque ignis
Illi operi est arcens aditus; diuinaque rerum,
Vt maior species Aetnae succrescat, in actis
Cura sine arbitrio est: eadem procul omnia cernes.
Nec tamen est dubium, penitus quid torqueat Aetnam
Aut quis mirandus tantae faber imperat arti.
Pellitur exhaustae glomeratim nimbus harenae,

---

185 Par signi **H** | pars signis (*ex* seg. *corr. m. 2*) **H** | ferre *ex* uere *m. 2 corr.* **H** || *post* 185 *hunc uersum* **O** *inserit*: ut maior species aetnae succurrat inanis (=195), *quem recte eiecit Iacobus* (*idem* succrescat *tamen proponens*; succrescat in auras *Hauptius*) || 186 *omittunt* **CHϛ**, *habet* **G** *post* 188, *huc traiecit Matthiae* | operi **G** || 187 illi **G**: illis **CH** igni *Matthiae* | sedes tantarumque area rerum est **G**: tantarum sedesque arearum est **C** tantarum sedesque area rerum est **H** || 188 artificum **H** *m. 1* | incendi **CG**: incendia **H** || 189 illa in *scripsi*: illam **O** | paruo aut tenui discrimine signis **G**: parui aut tenuis discriminis (-na **H** *m. 1*) ignes *ceteri*; illam — signes *Hauptius* || 190 Ville **H** *m. 1* | exiguum — tempus, *sic* **G**: exiguo ponentibus tempora uera **C** exiguo ponent tibi tempora (-re *m. 2*) uera **H** || 191 oculos ducent *Schraderus* (*Obseru. p.* 31): oculos ducunt **G** oculique docent *ceteri* | ipsa **H** | cogent **GH**: cogunt **C** cogit **H** *m. 2* || 192 moneam *Heinsius*: moneant **G** (*sic*) moneat **C** monet **H** | tuto **G**: toto *ceteri* || 194 operi **G**: operum **C** opertum **H**; Ipse operi *Schraderus* | arcens *Itali*: arcent **O** | aditus **CG**: ditis **H** || 195 *Gorallus et Wernsdorfius eiecerunt sine iure* | succrescat in actis *scripsi* (*cf. Tac. Germ. c.* 34): succurrat inanis **O** || 196 cernes **C**: cernis **H** (**G** *?*) || 197 quid **G**: quin *ceteri* | torqueat **CH** (*sic*): torreat **G** | Aetnam **G** (*e silentio*): aethna **C** etna **H** || 198 imperat **O** (*sic*): imperet *Itali*; *sed haec modorum confusio nostro sollemnis* || 199 exhaustae **G**: exut(a)e *ceteri* | glomeratim **G**: glomeratur *ceteri* | nymbus **C** | arenae **H** (**G** *e silentio*)

Flagrantes properant moles, uoluuntur ab imo
Fundamenta; fragor tota nunc rumpitur Aetna,
Nunc fusca pallent incendia mixta ruina
(Ipse procul tantos miratur Iuppiter ignes
Neue sepulta noui surgant in bella gigantes
Neu Ditem regni pudeat neu Tartara caelo
Vertat in occulto, tacitus tremit), omniaque extra
Congeries operit saxorum et putris harena.
Quae nec sponte sua ueniunt nec corporis ullis
Sustentata cadunt robusti uiribus: omnes
Exagitant uenti turbas ac uortice saeuo
In densum conlecta rotant uoluuntque profundo.
Haec causae spectanda ferunt incendia montis:
Spiritus inflat eis momen languentibus; aurae
Namque ope nequaquam par est uiolentia flammae:
Ingenium uelox illi motusque perennis,

---

200 molles **H** *m. 1* | uoluntur **C**; *num* soluuntur *?* || 202 Tunc *Matthiae* || 203 tantos **G**: magnos *ceteri* || 204 Neue **CH**: Ne **G** | surgunt **H** || 205 Heu **H** *m. 1* | pudet **H** *m. 1* || 206 Vertat **G**: Vertant **C** Vertunt (u *m. 2 in* a *corr.*) **H** | tacitus tremit *scripsi*: tantum tremit **G** tantum premit **CH** tantus tremit *Matthiae* tantus tremor *Hauptius cum seq. coniungens* | omniaque extra **G**: omnia dextra *ceteri* || 207 operit *edd. ant.*: operis **O** (opes **H** *m. 1*) cineris *A. de Rooy* | harena **CH**: arenae **G** || 208 ueniunt **G**: faciunt **CH** | ullis **G** (**H** *m. 2*): ulli *ceteri* || 209 robusti *Wernsdorfius*: robustis **O** (*etiam* **G**) || 210 Exagitant **G**: Exigitur *ceteri* | uenti turbas ac **G**: uenti turbas a **C** uertitur basa (-sis *m. 2*) **H** | uertice **O** | saxa *G. T. Suringar* || 211 Inmensum *idem* | collecta **G**: coniecta **CH** || 212 Haec (= *Hae*) caussae **G**: Haec causa **C** Nec causa **H** Hac causa ς | spectanda *scripsi*: expectanda **G** expectata *ceteri* | ferunt *Maehly*: terunt **G** ruunt *ceteri*; Hac c. expatiata ruunt *Kootenus ad Hom. Lat. p.* 277 | mortis **C** || 213 inflat iis *Maehly*: inflatis **O** (-tus *corr.* **H**) inflatu *Hauptius* | momen *Scaliger*: nomen **O** | aurae *scripsi*: aer **O** addit *I. H. F. Meinekius* adfert *Hauptius* acre *Munro* || 214 Namque ope nequaquam *scripsi*: Nam prope nequi(c)quam **GC** Nam propena quicquid **H** Nam prope nequitiae *Hauptius* | par **CH**: pars **G** | uiolentia **G**: uolentia **C** uoluentia **H** | flammae **G**: semper *ceteri*

Verum opus auxilium est ut pellat corpora: nullus
Impetus est ipsi, qua spiritus imperat audet:
Hic princeps magnus, quo sub duce militat ignis.
Nunc quoniam in promptu est operis natura solique,
Vnde ipsi uenti, quae res incendia pascit,
Cur subito cohibentur, iners quae causa silenti,
Subsequar. inmensus labor est, sed fertilis idem:
Digna laboratis respondent praemia curis.
Non oculis solum pecudum miranda tueri
More nec effusos in humum graue pascere corpus,
Nosse fidem rerum dubiasque exquirere causas,
Ingenium sacrare caputque attollere caelo,
Scire quot et quae sint magno natalia mundo
Principia: occasus metuunt an saecula pergunt
Et firma aeterno religata est machina uinclo;
Solis scire modum et quanto minor orbita lunae est:

---

216 corpora **G**: corpore *ceteri* ‖ 217 illi **H** | audet **G**: audit *ceteri* ‖ 218 Hic *Schraderus Hauptiusque*: Hinc **CG** Nunc **H** ‖ magnus quo sub duce *scripsi*: magnusque qui sub duce **G** (*nisi in* que *conlatoris error est*) magnosque sub hoc duce **CH** magnoque s. h. d. *Munro* ‖ 219 promptum **H** | operi **H** *m. 1* ‖ 220 Vnde **G**: Vna **CH** | pascat *Matthiae* ‖ 221 Cur **G**: Cum *ceteri* | cohibentur *Matthiae*: cohibent **G** cohibetur **CH** | iners **G**: inest **CH** cohibent uires *Heinsius* ‖ 222 *inde ab* inmensus *incipiunt Parisina excerpta* (*in quorum uaria lectione adnotanda minutias nonnullas omittam*) *cum hoc titulo*: In ethna quod iocundum sit scire, non cupiditati operam dare ‖ 223 Digna **CH** *Par.*: Pigra **G** | laboratis **G**: laborantis **CH** *Par.* ‖ 224—227 *om. Par. ita ut uu.* 224, 25 *post* 251 *extent* ‖ 224 peccudum **C** | tueri **G**: fuere **CH** uidere *Par.* ‖ 225 effusos *Wernsdorfius*: effusis **O** *Par.* (-sus **n**) ‖ 226 Nosce **H** | rerum **G**: rebus **CH** ‖ 227 Ingenium sacrare **G**: Sacra peringentem **CH** ‖ caputque **G**: capitique **CH** | adtollere **H** | coelo **G**: c(a)elum **CH** ‖ 228 quot **G** *Par.* (*in* **p** *ex* quod *corr.*): quod **CH** | natalia **C** *Par.*: fatalia **G** talia **H** ‖ 229, 30 *pro uerbis* occasus — uinclo *Par. habent*: et (*om.* **n**) rerum dubias exquirere causas (*u.* 226) ‖ 229 an *Gorallus*: ad **O** ‖ 230 uinclo **CG**: mundo **H** ‖ 231 lunae **G** lune *Par.* (**H** *m. 2*): luna **CH**

Haec breuior cur sic bis senos peruolet orbes,
Annuus ille meet; quae certo sidera currant
Ordine quaeque suos seruent incondita postus;
Scire uices etiam signorum et tradita iura:
Sex cum nocte rapi, totidem cum luce referri;
Nubila cur Phatne caelo denuntiet imbres,
Quo rubeat Phoebe quo frater palleat igni;
Tempora cur uarient anni: uer, prima iuuenta,
Cur aestate perit, cur aestas ipsa senescit
Autumnoque obrepit hiems et in orbe recurrit;
Axem scire Helices et tristem nosse cometen,
Lucifer unde micet quaue Hesperus, unde Bootes,
Saturni quae stella tenax, quae Martia pugnax;
Quo rapiant nautae, quo sidere lintea pandant;
Scire uias maris et caeli praedicere cursus:
Qua luce Orion, qua Sirius excubet index;

---

232 H(a)ec **CH** *Par.*: Hoc **G** | cur sic bis senos *scripsi*: cursu bis senos **CG** cur subisse **H** cur bissenos (his senos **n**) cito *Par. interpolate* (cur bis senos cita *Wernsdorfius*) | peruolat **G** | ignis orbis **H** ‖ 233 Annus, *alt.* u *supra lin.* **C** | meet **G** *Par.*: monet **C** mouet **H** | sidera **G** *Par.*: sidere **CH** ‖ 234 quaeque — postus *om. Par. lac. relicta* | quaeque *Itali*: quae **G** quaeue **CH** | suos seruent **G**: suo errant **CH** suo careant *Itali* suos errent *Munro* suis errent *Hauptius* | postus *scripsi*: motus **G** cura **C**ς thura (iura *m. 2*) **H** cursu *Gorallus* (cursus *Munro*) gyro *Schraderus* (gyris *Hauptius*) ‖ 235 et **G**: *om.* **CH** *Par.* | cura est *Par.* ‖ 236 *habet* **G**: *om.* **CH** *Par.* ‖ 237 Phatne caelo *Matthiae*: panope caelo **G** c(a)elo terris **CH** *Par.* | imbris **H** ‖ 238 iubeat *Par.* (*corr. in* **p**) | pellat *in* polleat *m. 2 corr.* **H** | igne *Par.* ‖ 239 uarient **CG**: uariant **H** *Par.* | uer prima **G**: primaque **CH** *Par.* ‖ 240 Cur **GH**: Cura **C** Ver *Par.* | aestatae **C** | cura **C** ‖ 241 Autumpnoq; **H** *Par.* Autmnoq; (u *supra* tm) **C** | hiemps *Par.* | currit (cucurrit *m. 2*) **H** ‖ 242 nosce **H** | cometem **H** *Par.* ‖ 243 boetes *Par.* ‖ 244 Saturniq. — tenaxq. **H** | mastia **C** marcia **H** ‖ 245 *fortasse post* 246 *collocandus* | linthea **C** | pandant **G**: tendant **C** *Par.* tendent **H** ‖ 246 uices maris *Hauptius* | praediscere **C** ‖ 247 Qua luce — qua *scripsi*: Qua uocet — quo **G** Quo uolet — quo **CH** *Par.* (uolat oroin **n**) Quo uoltu — quo *Hauptius* | sirius **G**: setius **C** secius **H**, *om. lac. rel. Par.* | excubet **G**: incubet *ceteri*

Et quaecumque latent tanto miracula mundo
Non congesta pati nec aceruo condita rerum,
Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula, diuina est animi ac iucunda uoluptas.
Sed prior hac homini cura est cognoscere terram
Quaeque in ea miranda tulit natura notare:
Haec nobis magis adfinis caelestibus astris.
Nam quae mortali nequam est amentia maior,
In Iouis errantem regno perquirere diuos,
Tantum opus ante pedes transire ac spernere segnem?
Torquemur miseri in paruis terimurque labore:
Scrutamur rimas et uertimus omne profundum,
Quaeritur argenti semen cumque aurea uena;
Torrentur flamma terrae ferroque domantur,
Dum sese pretio redimant, lucrumque professae
Tum demum uilesque iacent inopesque relictae.

---

248 latent *scripsi*: iacent **O** *Par.* patent *Wassenbergius* || 249 congesta **G**: digesta **CH** *Par.* || 250 cerata **C** | sedem **H** || 251 iocunda **H** *Par.*; iucunda e. a. a. diuina *Maehly* | uoluntas *Par.* || *post* 251 *Par. habent uu.* 224, 25; *deinde* 252—257 *omittunt* || 252 hac homini *Schraderus*: haec omni **G** hec dominis **C** hec hominis **H** || 253 Quaeque in ea **G**: Et qu(a)e nunc **CH** || 254 magis **G**: magna **CH** | aff. **H** *m. 2,* **G** *ut uid.* || 255 mortali nequam est *scripsi*: mortali cuiquam est **G** mortalis spes est (*in* **C** *supra lin.*) quaeue **CH** | amencia *m. 2 ex* amancia *corr.* **H** | maius **H** *m. 1* || 256 iouis *ex* iuuis *corr.* **C** | diuos **G**: uelle *ceteri* || 257 ac **O**: et ⁊ | spernere (*uel* pergere) *Schraderus*: perdere **O** | segnem *Iacobus*: segne est **G** segnes *ceteri* || 258 *sqq. habent Par. cum hoc titulo*: Conquestio quod maiorem demus operam augende pecunie quam scientie, *ita ponentes* 258, 262, 263, 261, 259, 260, 264 *sqq.* || 258 terimurque **G**: premimurque **CH** *Par.* | laborem **H** *m. 1*; latentes *Matthiae* || 259, 60, 61 *hic ponit* **G**: *post* 279 *habent* **CHS** || 259 et uertimus **O** *Par.*: euertimus *edd. ant.* euerrimus *Schraderus* || 260 Semen ut arg. queratur ut a. u. *Par.* | cumque *scripsi*: nunc **O** || 261 Torrentur **G**: Torquentur **CH** *Par.* | flammeā **H** *m. 1* (flama *m. 2*) | domantis **H** || 262 Dum **O**: Vt *Par.* | lucrumque *scripsi*: uerumque **O** *Par.* aurumque *Maehly* | professa est **H** || 263 *hic iterum incipit* **S** | Turpe silent artes uiles i r. *Par.* | uilesque iacent *Maehly*: humilesque iacent **G**

Noctes atque dies festinant arua coloni;
Callent rure manus, glebarum expenditur usus:
Fertilis haec segetique feracior, altera uiti;
Haec plantis humus, haec herbis dignissima tellus;
Haec dura et melior pecori siluisque fidelis;
Aridiore tenent oleae, sucosior ulmis
Grata. leues cruciant animos et corpora curae,
Horrea uti satura et tumeant ut dolea musto
Plenaque desecto surgant fenilia campo.
Sic auidis semper quaeuis res carior ipsis.
Implendum se cuique bonis est artibus: illae
Sunt animi fruges; haec rerum est optima merces,
Scire quid occulto terrae natura cohercet;
Nullum fallere opus, non mutum cernere sacros
Aetnaei montis fremitus animosque furentis,

---

uiles taceant **CSH** uiles iaceant *Matthiae* ‖ 264 festinent **CS** (*et sic corr.* **p**, *ubi et* dies *deest*) ‖ 265 expenditur usus *Wernsdorfius*: expendimus usum **G** expellimur usu **CSH** *Par.* ‖ 266 Fertili **H** *m. 1* | segeti (*om.* que) **G**; segetisque — uitis *edd. ant.* | feratior **S** *Par.* ‖ 267 plantis **G**: platanis **CSH** *Par.* | erbis **S**; hederis *Scaliger* | riguissima *Heinsius* ditissima *Wassenbergius* ‖ 268 dura et **G** *Par.*: diuiti **CSH** | sillisq; **S** ‖ 269 Aridiore *scripsi*: Aridiora **O** *Par.* (tenent = *durant*) | succ. **H** *Par.* | ulmis **G** *Par.*: ulmus **CSH** ‖ 270 crutiant **S** *Par.* | curae *scripsi* (*Fleck. ann.* 1872 *p.* 630): caus(a)e **O** *Par.* ‖ 271 Horrea uti **CSH** *Par.*: Horreaque ut **G** | satura et *scripsi*: sature **G** saturent *ceteri* | rudeant **H** *m. 1* | ut **G**: et *ceteri* | dolea **CSH** dolea *Par.* **n**: dolia *Par.* **p** (**G** *?*) ‖ 272 Planaque **H** | surgent **H** | fenilia **GH** *Par.*: fienilia **C** feniala **S** | *hic desinunt Par.* ‖ 273 Sica uidi **H** | auidis *Matthiae*: auidi **O** | quaeuis res *scripsi*: quouis est **G** (*sic*) qua uisum est **CSH** | carior illis ipsis **G** (*sic*): carius istis **CHS** quod uisum est carius, istis Implemus se quisque bonis *Hauptius* ‖ 274 *bis extat in* **H** | Implendum se cuique *scripsi*: Implendus sibi quisque **O** | bonus *bis* **H** | bonis; ast art. *Iacobus* | astibus **C** | illae **G** (*sic*): illis **CSH** (*hic priore loco* istis) ‖ 275 haec r. est optima **G**: h(a)e r. maxima **CSH** ‖ 276 quid **O**: quod ꝙ | exculto **CS** oculto **H** | terrae natura **G**: natura terra **CS** natura terre **H** | coercet **H**; coartet *Matthiae* ‖ 277 mutum *Hauptius*: multum **G** multos **CS** multo **H** mutos *Scaliger* ‖ 278 Etne in **H** | animtisq. **H**

Non subito pallere sono, non credere subter
Caelestis migrasse minas aut Tartara rumpi;
Nosse quid intendat uentos, quid nutriat ignes,
Unde reperta quies et mixto foedere pax est.
Cum crescant animae penitus nec porta cauernae
Introitusque ipsi seruent, sed terra minutis
Sparsa foraminibus tenues in se abstrahat auras
(Plenius hoc etiam, rigido quia uertice surgens
Illinc infesta est atque hinc obnoxia uentis
Indeque diuersas admittere cogitur auras,
Et coniuratis addit concordia uires):
Credendum est etiam uentorum existere causas
Sub terra similis harum quas cernimus extra.
Siue introrsus agunt hiemes et nubilus auster
Seu forte erexere caput tergoque feruntur,
Praecipiti delata sinu premit unda feritque

---

279 pallere **G**: callere *ceteri* ‖ *secuntur in* **CSH** 259—61 ‖ 280 Celesti **H** *m. 1* | rumpi **G**: mundi *ceteri* ‖ 281 Nosce **H** | intendat **G**: impediat **CSH** impellat *Hauptius* | uentosq. quid **H** | ignes **GH**: illos **C** *om.* **S** ‖ 282 reperta **G**: repente *ceteri* | mixto *scripsi*: multo **O** inito *Gorallus* iuncto *Menckenius et Schraderus* | est **G** (*sic*): sit *ceteri* ‖ 283 Cum crescant *Iacobus*: Concrescant **O** | anime **G** (*sic*): animi **CSH** | nec *scripsi* (*cf.* 158 *sqq.*): seu **O** | porta **G** (*sic*): forte *ceteri* ‖ 284 feruent **S** | sed *ego*: seu **O** ‖ 285 Sparsa *scripsi*: Rara **O** Laxa *Maehly* | tenues **G**: neue **CS** ne ue **H** | obstr. **H** | aures **H** *m. 1* ‖ 286 quia **O** (*etiam* **G**): qua ς | uestice **C** | surgens **G**: surgit *ceteri* ‖ 287 infesta (= *exposita*) est *scripsi*: infessa est (*sic*) **G** infestus *ceteri* infestis *Iacobus* | uentis **G**: uitis *ceteri* (*et* **H**) | *hic* (*eheu*) *desinit* **G** ‖ 288 Indeque *scripsi*: Vndique **O** | admitere **H** admittat **S** | cogitur *Schraderus*: cogitat **O** ‖ 289 addidit **H** ‖ *uu. qui sunt in* **O** 302 *et* 303 *post* 289 *traieci* (*post* 282 *poni uoluit Iacobus* etiam *in* etenim *mutans*) ‖ 302 Credum *et* exstitere **H** *m. 1* | causas **H** *m. 2*: causam **O** ‖ 303 *in* **S** *abscissus* | terra **Hς**: terras **C** ‖ 290 introssus **S** | hiemes *scripsi*: nubes **O**; *at hic de mari scilicet Siculo procelloso agitur* (*huc etiam referas illud* tergoque feruntur) ‖ 291 Si *Iacobus* | erexere *scripsi*: flexere **O** inflexere *Iacobus* hi flexere *Munro* ‖ 292 delata *Itali*: delecta **O** deiecta *Scaliger*; *an* subuecta *?* | sinu *Hauptius*: sono **O** noto *Schraderus* iugo *Maehly* | unda *uulgo*: una **O** | feritque *scripsi*: fugatque **O**

Torrentes auras pulsataque corpora denset.
Nam uelut, ut sonat aura procul Tritone canoro,
Pellit opus collectus aquae uictusque mouere
Spiritus et longas emugit bucina uoces;
Carmineque inriguo magnis cortina theatris
Imparibus numerosa modis canit, arte regentis,
Quoi tenuem inpellens animam subremigat unda:
Haud aliter summota furens torrentibus aura
Pugnat in angusto, et magnum commurmurat Aetna,
Et, cum densa premant inter se, corpora turba
Elisa in uacuum fugiunt et proxima secum
Momine torta trahunt, tuta dum sede resistunt.
Quod si forte mihi quaedam discordia tecum est,
Principiis aliis credas cum surgere uentos,
Non dubium rupes quia sit penitusque cauernas
Procidere ingenti sonitu, casuque propinquas
Diffugere impellique animas, hinc crescere uentos:

---

293 Torpentes *A. de Rooy*; *sed* torrentes *proleptice sumas* | que *om.* **S** ‖ 294 uelut ut (= ubi) *scripsi*: ueluti **O** | aura — canoro *om.* **S** *spatio relicto* | aura *Scaliger*: ora **O** | procul *H. A. Kochius* (*mus. Rhen.* XVIII *p.* 320): duc **C** diu **Hς**; aura deo *Maehly* hora duci *Munro* hora die *Hauptius* | cancro **C** ‖ 295 opus **H**: opes **CSς**, **H** *m. 2* | mouetur *Turnebus* moueri *Sauppius* (*sed* mouere *neutraliter est positum*) ‖ 296 buccina **H** ‖ 297 Carminaq. **H** | inriguo **H**: irriguo **C** irriguoq; **S** ‖ 298 arte **Hς**: arta **CS** ‖ 299 Quoi *scripsi*: Quae **O** | inp. **S**: imp. **CH** ‖ unda **O**: undam **H** *m. 2* ‖ 300 Aut **H** | alite **H** *m. 1* ‖ 301 augusto **S** ‖ 304—346 *exitus uersuum in* **S** *abscissi* ‖ 304 Et **C** *m. 1*: Vt **C** *corr.* **SHς** At *Iacobus* | cum densa **CS** cundensa **H**: condensa *edd. ant.* | premant *ego*: cremant **O** premunt *Gronouius* crepant *Schraderus* | corp *ceteris abscissis* **S** | turba **Hς**: turbant **C** ‖ 305 fugiunt *Iacobus*: fugiant **O** | proxim *cet. absc.* **S** ‖ 306 Momine *Gronouius*: Nomina **O** Momina *Scaliger* | torta *Iacobus*: tota **O** | tuta dum *Iacobus*: tutaque in **O** (i *cet. absc.* **S**) ‖ 307 discor *cet. absc.* **S** ‖ 308 cum surgere *scripsi*: consurgere **O** (*quo retento* Principiisque *edd. ant.*) | uentos *om.* **S** ‖ 309 quia sit *scripsi*: aliquas **O** | peni *cet. absc.* **S** ‖ 310 Procidere *scripsi*: Prouehere **O** Proruere *edd. ant.* | ingenitu **H** | sonitu *ex* sonotu *corr.* **S** | ca *cet. absc.* **S** ‖ 311 animas h *cet. absc.* **S** | crescere **C**: cernere **Hς**

Cerne humore etiam nebulas se effundere largo;
Aut campis agrisque uolant, quos adluit amnis,
Vallibus aut oriens caligat nubilus aer:
Flamina priua ferunt auras (uis proxima uento est),
Eminus adspirat fortis et uerberat humor.
Atque haec in uacuo si tanta potentia rorum est,
Hoc plura efficiant intra clusique necesse est.
His igitur causis extra penitusque coacti
Exagitant uenti pugnantque in faucibus: artum
Pugnantis suffocat iter; uelut, unda profundo
Terque quaterque exhausta grauis ubi perbibit euros,
Ingeminant fluctus et primos ultimus urget:
Haud secus adstrictus certamine tangitur ictu
Spiritus inuoluensque suo sibi pondere uires
Densa per arcentes exercet corpora uenas

---

312 Cerne *scripsi*: Aut **O** *e u. seq.* Haud *Gorallus* | se effundere *scripsi* (*cf. Aen.* VI 241): effundere **O** (effu *cet. absc.* **S**) se fundere *Hauptius* | *num* largas *?* || 313 Aut **O**: Vt *edd. ant.* | uolant *scripsi*: solent **O** solet *Scaliger* | adluit *Hauptius*: abluit **C** obluit **H** obruit ς (quo *cet. absc.* **S**) || 314 aut oriens *I. H. F. Meinekius*, *ego*: et oriens **H** exoriens **CS**ς | calligat nubibus **H** | nubi *cet. absc.* **S** | 315 Flamina *Itali*: Flumina **O** | priua *scripsi*: parua **O** | uis **H** *m. 2*: uix **O** (u *cet. absc.* **S**) || 316 Et minus **SH**ς (**C** *?*) | asp. **H**; aspergit *Meinekius* | uerbe *cet. absc.* **S** || 317 uacuos **O**, *corr.* **H** *m. 2* | poten *cet. absc.* **S** | rorum *Iacobus*: rerum **O** || 318 efficiant **C** effitiant **S**: efficiunt **H**ς | intra *Scaliger*: infra **O** | clusiq *cet. absc.* **S** || 319 igitur *Scaliger*: agitur **O** (angitur **H** *m. 1*) | coacti *Scaliger*: coactus **CH** coactis **H** *m. 2*, ς; *abscissum in* **S** || 320 uenti *Scaliger*: uentos **O** | pugnantque *Itali*: pugnant **O** | facibus **H** *m. 1*; f *cet. absc.* **S** | artum *Hauptius*: arte **CH**ς || 321 Luctantis *Iacobus* | inter **H** *m. 1* | uelud **H** | uelut u *cet. absc.* **S** || 322 exausta **H** | grauis (*cet. absc.*) **S**: graues *ceteri* | perbibit *Itali*: perhibit **C** perbibere **H** per(h)ibere ς || 323 Ingeminant **O**: Ingeminat *Itali* | primos *Itali*: primus **O** | ultimus **H**ς: ultimos **C** ult *cet. absc.* **S** || 324 tangitur ictu *om.* **S** || 325 inuouensq; **S** | pon *cet. absc.* **S** | uires] rupes *Munro*; *malim* inpellensque suas in pondera uires || 326 arcentes *scripsi*: ardentes **O** artantes *Iacobus* | corp. *cet. absc.* **S** | uenas *edd. ant.*: uires **O** *e u. priore* neruos *Itali*

Et quacumque iter est properat frangitque morantes,
Donec confluuio ueluti siphonibus actus
Exilit atque furens tota uomit igneus Aetna.
Quod si forte putas isdem decurrere uentos
Faucibus atque isdem pulsos remeare, notandas
Res oculis locus ipse dabit cogetque negare.
Quamuis caeruleo siccus Ioue fulgeat aether
Purpureoque rubens surgat iubar aureus ostro,
Illinc obscura semper caligine nubes
Prospectat sublimis opus uastosque recessus
Pigraque defixo circumstupet humida uultu.
Non illam bibit Aetna nec ullo intercipit astu:
Obsequitur quacumque iubet leuis aura reditque.
Placantes etiam caelestia numina ture
Summo cerne iugo, uel qua liberrimus Aetnae
Introspectus hiat: tantarum semina rerum
Si nihil inritet flatus stupeatque profundum,
Surgit adoratis sublimis fumus ab aris:

---

327 frangitque *Schraderus*: transitque **O** (trans *cet. absc.* **S**) | morantes *I. H. F. Meinekius*: morantem **CH**ς ‖ 328 Done **H** | siponibus actus **C** sipon *cet. absc.* **S**: *om.* **H**ς ‖ 329 igneus Aetna *om.* **S** ‖ 330 decurre **C** decurrer *cet. absc.* **S** ‖ 331 autq; **C** | isdem *Itali*: idem **O** | pulsos *edd. ant.*: pulsis **CS**ς pulsibus **H** | remear *cet. absc.* **S** | notandas *uulgo*: notanda (*suprascr.* sunt) **C** notanda sint **H** notanda ς ‖ 332 necare (notare *m. 2*) **H** | cog *cet. absc.* **S** ‖ 333 caeruleus sicco *Iacobus* | sicus **C** | fulgeat **C** fu (= *prior pars litt.* u) *cet. absc.* **S**: frigeat **H**ς ‖ 334 iub *cet. absc.* **S** ‖ 335 nubes *om.* **S** ‖ 336 *et* 337 *inter se transposuit Iacobus* ‖ 337 Prospectat *Itali*: Prospectant **O** Prospectans *Munro* | uastusq; **C** uas *cet. absc.* **S** | recessus *uulgo*: receptus **CH**ς ‖ 336 defixo *Wernsdorfius*: defuso **O** | hu *cet. absc.* **S** ‖ 338 bibit *Hauptius*: uidet **O** uorat *Iacobus* | ul *cet. absc.* **S** | intercepit **H** | astu *ego*: aestu **O** haustu *Hauptius* ‖ 339 leuis a *cet. absc.* **S** ‖ 340 numin *cet. absc.* **S** | turae **C** thure **H** ‖ 341 liber *cet. absc.* **S** | Aetnae *Hauptius*: (a)et(h)na **O** ‖ 342 Introspectus *Schraderus*: Inprospectus **O** | sem *cet. absc.* **S** ‖ 343 inridet **S** irridet **C** irritet **H**ς | flatus *scripsi*: flammas **O** | stup *cet. absc.* **S** ‖ *uu. qui sunt in* **O** 357, 58 *huc transposuit Hauptius* ‖ 357 adoratis **C**ς: odoratus **H** odoratis *Scaliger* | sum limus **H**

Tanta quies illi est et pax innoxia rapti. 358
Hinc igitur cernis, torrens ut spiritus ille, 344
Qui rupes terramque rotat, qui fulminat ignes, 345
Cum rexit uires et praeceps flexit habenas,
Praesertim ipsa suo decliuia pondere numquam
Corpora deripiat ualidoque exerceat actu.
Quod si fallor, abest species; tantusque ruentis
Impetus adtentos oculorum transfugit ictus 350
Nec * leuitas tantos igitur * ferit aura mouetque.
Sparsa liquore manus sacros ubi uentilat ignis,
Verberat ora aer pulsataque corpora nostris
Incursant, tamen en uenti uim causa repellit:
Non cinerem stipulamue leuem, non arida sorbet 355
Gramina, non tenuis plantis humus excita praedast.
Siue peregrinis igitur propriisue potentis 359
Coniurant animae causis, ille impetus ignis 360
Et montis partes atra subiectat harena,

---

358 igni *Maehly* | fax *edd. ant.* || 344 Hinc *Scaliger*: Huinc **C** Huic **SHς** | cernis *Wernsdorfius*: credis **O** quaeris *Scaliger* | torpens *Hauptius* | ui *Scaliger* | spir *cet. absc.* **S** | ille *Scaliger*: illi **O** || 345 rotat *Iacobus*: notat **O** uorat *Itali* | qui *cet. absc.* **S** || 346 Cum rexit **CS**: Cur exit **Hς** Correxit *edd. ant.* | flex *cet. absc.* **S**, *qui in hoc uersu desinit* || 348 deripiat *Gorallus*: diripiant **O** diripiat *Scaliger* | exerceat *scripsi*: absolueret **O** (-ere **H** *m. 1*) absoluerit *Scaliger* absorpserit *Wernsdorfius* (*quidni* absorbeat *?*) | actu (*uel* aestu) *Wernsdorfius*: arcu **O** || 349 si **CH**: ni **ς** | abest *Schraderus*: adest **O** obest spatium *Wernsdorfius* | ruentis *scripsi*: ruinis **Cς** ruimus **H** ruinaest *Munro* || 350 transfligit **H** *m. 1* || 351 *uersus corruptus*; Haec leuitas, tanta est *Scaliger* (Sed l. tanta est *Maehly*); *puto* Nec leuiter tactos, *sed* igitur *emendare nescio* || 352 ignes **H** || 353 Verberat ora **C**: Verberata **Hς** | aer *scripsi*: tamen **O** | nostris **C**: nostra **Hς** || 354 tamen *scripsi*: adeo **O** | en uenti *scripsi*: in tenui **O** tenuis *Itali* (en tenuis *Hauptius*) | causam **H** || 355 arrida **H** || 356 humus excita praedast *scripsi*: humus excita predas **C** exit humus apredas (opr. *m. 2*) **H**, *turpiora* **ς** || 359 ue *Scaliger*: que **O** || 360 ignis **Hς**: ignes **C** ingens *Maehly* || 361 perte atras **H** | subiectat *Hauptius*: subuectat **O**

Vastaque concursu crepitantia saxa fragoso
Ardentisque simul flammae se flumina rumpunt:
Haud aliter quam, cum prono iacuere sub austro
Aut aquilone fremunt siluae, dant brachia nodo
Implicita inter se tritis incendia ramis.
Nec te decipiant stolidi mendacia uulgi,
Exhaustos cessare sinus, dare tempora, rursus
Vt rapiant uires repetantque in praelia uicti.
Pelle nefas animo mendacemque exue famam:
Non est diuinis tam sordida rebus egestas,
Nec paruas mendicat opus nec conrogat auras.
Praesto sunt operae uentorum examina semper:
Causa patet, quae rumpat iter cogatque morari.
Saepe premit fauces magnis extructa ruinis
Congeries clauditque uias fundamine ab imo
Et, spisso ueluti tecto, sub pondere pressat
Sic inhibens uentos cursu. tum frigida monti

---

362 crepitantia *Iacobus*: trepidantia **O** | fragoso *scripsi*: fragoris **O** ‖ 363 Ardentesque *uulgo* | flammae se *ego*: flammas ac **O** flammae se ac *Hauptius* | flumina *Vlitius*: fulmina **O** ‖ 364 astro **H** *m. 1* ‖ 366 Implicita *Hauptius*: Implicit(a)e **O** | inter se *scripsi*: h(a)ec serpunt **O** ac serpunt *Wernsdorfius* ac feruent *Iacobus* ac stirpes *Hauptius* | tritis *scripsi*: iunctis **C** ς uinctis **H** ‖ *post* 366 *nonnulla intercidisse uidentur* ‖ 368 exaustos, h *suprascr.*, **C** ‖ 369 Vt *Itali*: Aut **CH** Haud ς | redeantque *Schraderus* ‖ 370 animo *uulgo*: animi **O** | flammam **H** ς ‖ 371 diuinis *edd. ant.*: diuitiis **O** (-ciis **H**) | tam **H**: iam **C** ς | aegestas **C** agestas **H** ‖ 372 paruas **C**: paruo **H** ς | opus *ego*: opes **O** | aures **H** ‖ 378 opere **CH**: operi ς ‖ 374 Causa patet *edd. ant.*: Causa latet **C** (**H** *m. 2*) Cause latent **H** ς | quae rumpat iter **C**: qu(a)erunt pariter **H** ς ‖ 376 fundamine *scripsi*: luctamine **H** ς luctamur (al. tur *supra* mur) **C** ‖ 377 Et spisso *Iacobus*: Et scisso **C** Escisso **H** (*similia* ς) | pressat *ego*: pr(a)estat **O** restat *Scaliger* cessat *A. de Rooy* pressans *Iacobus* ‖ 378 Sic inhibens uentos cursu *scripsi*: Haud similis teneros cursu **C** *et, nisi quod* cur se, **H** ς; *inter uaria conamina solum mentione dignum est commentum Iacobi* Haud sinit hiscere eos cursu (*quo accepto* eas sursum *Hauptius*) | tum *Iacobus*: cum **O**

Desidia est tutoque licet succedere in ora.
Post ubi corripuere moram, uelocius urgent:
Pellunt oppositi moles ac uincula rumpunt,
Quidquid in obliquum est frangunt, itere acrior acto
Impetus exoritur, magnis onerata rapinis
Flamma micat latosque ruens exundat in agros:
Sic cessata diu referunt spectacula uenti.

Nunc superat, quaecumque gerant incendia siluae,
Quae flammas alimenta iuuent, quid nutriat Aetnam
Incendi patiens. imis uernacula caulis
Materia adpositumque igni genus utile terraest.
Vritur assidue calidus nunc sulphuris humor,
Nunc spissus crebro praebetur alumine sucus;
Pingue bitumen adest et quidquid comminus acris
Irritat flammas: illius corporis Aetna est.
Atque hanc materiam penitus discurrrere montem,
Infectae testantur aquae radice sub ipsa.

---

379 tutoque (totoq. **H** *m. 2*) licet **O**: retroque liquet *Wernsdorfius* imoque liquet *Hauptius* | succedere in ora *scripsi* (*cf. u.* 159, 341): discedere montes **O** *e u. priore*; adscendere rupem (molem) *A. de Rooy* discedere uentos *Wernsdorfius* desidere uentis *Iacobus* conscendere summum *Maehly* || 380 corripuere moram *A. de Rooy*: conticuere (contuere **H**) mora **O** (moram ς) continuere moram *uulgo* || 381 oppositas *edd. ant.* || 382 Quicquid **C** | itere a. acto *scripsi*: iter a. ictu **O** (iter, a. ictu *uulgo*) || 383 magis **H** | onerata *Iacobus*: operata **O** | ruinis *edd. ant.* || 385 Sic *Maehly*: Si **O** | cessat ad (a ς) iure ferunt **H**ς || 385 superat *Hauptius*: superant **O** | gerant *scripsi*: regant **O** (negant **H** *m. 2*) tegunt *Iacobus* rigant *Munro* || 387 flammas **O**: flammis *Itali* | iuuent *scripsi*: uocent **O** (*etiam* **H**) uacent *Scaliger* (uacant *Munro*) | quid **C** quit **H**: quod ς | nutriet *Munro* | aethnam **C**: (a)etna **H**ς || 388 patiens *Wernsdorfius*: poterunt **O** | imis *scripsi*: illis **O** | caulis *Gorallus*: causis **O** || 389 app. **H** | terrae est *Wernsdorfius*: terrent **C**ς terent **H** || 391 alumine *Iacobus*: numine **CH** (*foediora* ς) uimine *Itali* | succus *ex* siccus *corr.* **H** || 392 quicquid **C** quid **H** | cominus sacris **H** || 394 montem *Maehly*: fontes **O** || 395 testantur *idem*: eripiantur **CH** eripiant ς erumpunt et *Itali* euincunt et *Vlitius* rumpuntur *Munro* | aqu(a)e **H**ς: atq; **C**

Pars oculis manifesta iacet quae robore dura est
Ac lapis: e pingui feruent incendia suco.
Quin etiam uario quaedam sub nomine saxa
Toto monte rigent: illis custodia flammae
Vera tenaxque data est. sed maxima causa molaris
Illius incendi lapis en sibi uindicat Aetnam.
Quem si forte manu teneas ac rodera cernas,
Nec feruere putes, ignem nec spargere posse;
Sed simul ac ferro quaeras, respondet, et ictu
Scintillat calor. hunc multis circum inice flammis
Et latebris extorque animos atque exue robur,
Fundetur ferro citius (nam mobilis illi
Et metuens natura mali est, ubi corpitur igni);
Sed simul atque hausit flammas, non tutior hausti
Vlla domus: seruans faciem duram atque tenaci
Saepta fide (tanta est illi patientia uicto)
Vix umquam redit in uires atque euomit ignem.
Totus enim denso stipatus robore tarde
Per tenuis admissa uias incendia nutrit

---

396 iacetq. rubur edita est (robure dita est *m. 2*) **H** ‖ 397 e *scripsi*: in **O** at *Iacobus* ‖ 398 uario *Wernsdorfius*: uarie **CH** | sub nomine *Wernsdorfius*: sine numine **CH** sine nomine ς sinuamine *Iacobus* sine alumine *Munro* ‖ 399 rigent *Hauptius*: liquent **O** liquant *Itali* ‖ 400 mola acris **C** ‖ 401 incendia **H**ς ‖ en sibi *scripsi*: est si **C** sic (*om.* est) **H**ς is sibi *Gorallus* est hic *Iacobus* est is *Munro* ‖ 402 rodera *scripsi*: robore **O** *e u.* 396 robora *Gorallus* tentans a robore cernis *Iacobus* ‖ 403 feruere **C**: fruere **H**ς seruare *Itali* | possem **H** ‖ 404 respondeat et **H**; caedas resplendet *Schraderus* ‖ 405 calor *uulgo*: dolor **O** (*etiam* **H**) color *Itali* | inice **C**: isse **H**ς ‖ 406 latebris extorque *scripsi*: patere extorquere **O** ‖ 408 naturā alii **C** | corpitur *scripsi*: coritur **CH** uritur **H** *m. 2* coquitur ς cogitur *Itali*; *cf.* surpite *Hor. serm.* II 3, 283, surpuerat *od.* IV 13, 20 ‖ 409 ausit **H** ‖ 410 faciem *Wernsdorfius*: aciem **O** | duram atque *scripsi*: duramque **O** duransque *Scaliger* ‖ 411 Septa **O** | fide **C**: fides **H**ς | tanta *Scaliger*: tutum **O** tuta *Iacobus* fidest ut tum *Munro* ‖ 413 stipatus *uulgo*: stipatur **O** | tarde **H**: cardo **C** tardans ς

Cunctanterque eadem et pigre concepta remittit.
Nec tamen hoc uno, quod montis plurima pars est,
Vincit et incendi causam tenet ille: profecto
Miranda est lapidis uiuax animosaque uirtus.
Cetera materies quaecumque est fertilis igni,
Vt semel accensa est, moritur, nec restat in illa
Quod repetas (tantum cinis et sine semine terra est):
Hic semel atque iterum patiens ac mille perhaustis
Ignibus instaurat uires nec desinit ante
Quam leuis excocto defecit robore pumex:
In cinerem putresque iacet dilapsus harenas.
  Cerne Vesuui etiam similes arsisse cauernas:
Illic materiae pascentis copia maior,
Sed genus hoc lapidis (certissima signa coloris)
Quod nullas adiunxit opes, elanguit ignis.
Dicitur insidiis flagrasse Aenaria quondam,
Nunc extincta stupet. testisque Neapolin inter
Et Cumas locus est, multis iam frigidus annis,
Quamuis aeternum pingui scatet ubere sulphur:
In mercem legitur; tanto est fecundius Aetnae.

---

415 pigre **C**: pigra **H** nigra ς | concepta *Munro*: coepta **C**ς cepte **H** pigreque accepta *Itali* | remittet **H** ‖ 417 Vincet **H** | illa *Itali* ‖ 418 lapidis *A. de Rooy*: lapidum **O** ‖ 419 Caetera **C** ‖ 422 Hic *edd. ant.*: Sic **CH** Si ς | at **H** | peraustis *in* perustis *corr.* **H**; perustus *Wernsdorfius* ‖ 424 defectus (*aut* defaecis) *Scaliger* ‖ 425 dilapsus *Scaliger*: delapsus **O** | putrisque (*ita* ς) — harena *Iacobus* ‖ 426 Cerne Vesuui etiam *scripsi*: Cerne locis etiam **O** Cerne etiam Nolae *Iacobus* C. l. etiam his *Munro* Nolae scis etiam *Sauppius* | arsisse **H** *m. 2*: adsisse **H** adsiste **C** adscisse ς ‖ 427 pascentis *Schraderus*: nascentis **O** (copia maior nascentis **H**) ‖ 429 adiuxit **H** | elanguit *Iacobus*: et languit **O** (eclanguit ?) ‖ 430 indiciis *Scaliger* (*quo accepto* Discitur *A. de Rooy*) | flagrasse *Wesselingius*: flagrans **O** | enarea **C** ‖ 431 stupet *Wernsdorfius*: super **O** | testisque **C**: tectisque **H**ς | neapolis **H**ς ‖ 432 locus est **H** *m. 2*: locus et **C** locus **H**ς | ānnis (*sic*) **H** ‖ 433 pingui scatet *Ellisius*: pinguescat et **CH** p. ex ς p. ab *Itali* ‖ 434 etne **H** aethnae ς: aethna **C** fecundior Aetna *Vlitius* (*unde* tantum est; fecundior Aetna *Iacobus*)

Insula, cui nomen facies dedit ipsa Rotunda,
Sulphure non solum nec obesa bitumine terra est,
Et lapis adiutat generandis ignibus aptus;
Sed raro fumat, quin uix si accenditur ardet,
In breue mortales flammas quod copia nutrit.
Insula adhuc flagrat Vulcani nomine sacra;
Pars tamen incendi maior refrixit et alto
Iactatas recipit classes portuque tuetur;
Quae restat minor, et diues satis ubere terra est,
Sed non Aetnaei uires quae conferat imi.
Atque haec ipsa tamen iam quondam extincta fuisset,
Ni furtim adgereret Siculi uicinia montis
Materiam siluamque suam pressoue canali
Huc illuc ageret uentos et pasceret ignes.
Sed melius res ipsa notis spectataque certis
Occurrit signis nec temptat fallere testem.
Nam circa latera atque imis radicibus Aetnae
Candentes extant lapides disiectaque saxa
Intereunt uenis, manifesto ut cernere possis
Pabula et ardendi causam lapidem esse molarem,
Cuius defectus ieiunos conficit ignis.

---

435 rotundae *Scaliger* ‖ 436 Sulphur **H** | nec **C**ς: et **H** (set *Maehly*) | bitumine **C**: atunie **H** acumine ς ‖ 437 lapsis **C** | generandis **C**: gerenidis **H** gerendis (-dus) ς ‖ 438 quin *Itali*: qui **O** ‖ 440 adhuc flagrat *scripsi*: durata **O** durat adhuc *Scaliger* Therasia est *Iacobus* clarata est *Hauptius* ‖ 441 incendii **H** | maior refrixit ς: maiore frixit **C** maior efrixit **H** ‖ 442 Iactata **C** ‖ 444 (a)et(h)nei **O**: Aetnaeis *Itali* Aetnaeo *Hauptius* | imi *scripsi*: illi **O** illis *Itali* igni *Hauptius* ‖ 446 furtum **C** | adgereret *Itali*: adgeneret **O** | siculi uicinia montis **C**: *om.* **H**ς ‖ 447 presoue **H** *m. 1* ‖ 448 ager etuentos **C** | pasceret *edd. ant.*: posceret **O** ‖ 449 notis **C**: nocte **H**ς (*unde* docet *olim Hauptius*) | certis *scripsi*: uentis **C** uenis **H**ς ueris *Itali* ‖ 450 Occurnit **H** | testem *Hauptius*: pestem **O** ‖ 452 extant *Wernsdorfius*: efflant **O** | disiect. *ex* diuect. *corr.* **H** | saxa **C**: saxi **H**ς ‖ 453 Intersunt *Maehly* | cernere *scripsi*: credere **O** ‖ 455 ieiunos **H**ς: ieiunus **C** | conficit *Maehly*: colligit **O** corrigit *Iacobus* corripit *Hauptius*

Ille ubi collegit flammas, hiat et simul ictu
Materiam accendit cogitque liquescere secum.
Haud equidem miror faciem: quae cernimus extra,
Si lenitur opus, restant; magis uritur imo
Sollicitatque magis uicina incendia saxum
Certaque uenturae praemittit pignora flammae.
Nam simul atque mouet uires turbamque minatur,
Nix fugit extemploque solum trahit atque tremiscit
Et graue sub terra murmur denuntiat ignes.
Tum pauidum fugere et sacris concedere rebus
Par est: ec tuto speculaberis omnia colli.
Nam subito efferuent onerosa incendia raptis,
Accensae subeunt moles truncaeque ruinae
Prouoluunt atque atra sonant examina harenae.
Illinc incertae facies ac mille figurae:
Pars lapidum domiti, stanti pars robore pugnat
Nec recipit flammas; hic indefensus anhelat

---

456 hiat et *scripsi*: iacet et **O** iacit et *edd. ant.* ‖ 458 miror faciem quae *scripsi*: mirum facie quę **C** mirum fateq; **H** mirum scate (scute) quod ς mirum factu quod *Itali* mirum facie qua *Munro* mirum, faex est quod *Hauptius* ‖ 459 leniter **H** | restant *ego*: restat **O** crepitat *Iacobus* | uiritur **C** | imo *scripsi*: illic **O** ‖ 460 uicinia **H** ‖ 462 atque] *num* Aetna *?* | uiris **C**: curis **H**ς | minatur *Wernsdorfius praeeunte Vlitio*: minatus **C** minutus **H**ς ‖ 463 Nix fugit *scripsi*: Diffugit **O** | exemploque **C** | trahit atque tremiscit *Hauptius*: trahit ictaque ramis **O** tremit ictaque rima *Vlitius* trahit actum uti remis *Iacobus* trahit undique rimas *ipse conieci* ‖ 464 *om.* **H** | denuntiat *Iacobus*: demonstrat et **C**ς ‖ 466 Par ē *scripsi*: Parere **O** Par erit *Scaliger* | ec *ego*: et **O** e *Scaliger* | colli *Itali*: collis **O** ‖ 467 honerosa **C** ‖ 468 molles **H** ‖ 469 uolant *A. de Rooy* ‖ 470, 71 *habet* **C**: *om.* **H**ς; *post* 475 *transponit Hauptius lacunae cum signis*; *mihi potius post* 469 *aliquid intercidisse uidetur* ‖ 470 ac mille *scripsi*: hominumque **C** ‖ 471 domiti *ego*: domita **C** domitast *Munro* domitae *Hauptius* | robore pugnat *scripsi*: robora pugnae **C** robore pugnae *Munro* ‖ 472 Hec **H** | recipit **H**ς: repit **C** | flamas **H** | hic indefensus *scripsi*: hinc defensus **C** hinc defessus **H** nec hinc (hic) defessus ς mons hinc defessus *Itali* fl. hic, hic defessus *Munro*

Atque aperit se hosti, decrescit spiritus illi:
Haud aliter quam cum laeto deuicta tropaeo
Prona iacet campis acies et castra sub ipsa.
Tum si quis lapidum summo pertabuit igni,
Asperior species et quaedam sordida faex est,
Qualem purgato cernis desidere ferro.
Verum ubi paulatim exiluit sublata caducis
Congeries saxis angusto uertice surgens
Ac ueluti fornace lapis torretur et omnis
Exustus penitus uenis abit altilis humor,
Amissis opibus leuis et sine pondere pumex
Excutitur: liquor ille magis feruere magisque
Fluminis in speciem mitis procedere tarde
Incipit ac pronis demittit callibus undas.
Illae paulatim bis sena in milia pergunt;
Quippe nihil reuocat cursus, nihil ignibus obstat,
Nulla tenet moles, frustra simul obuia pugnant:
Nunc siluae rupesque natant, nunc terra solumque
Ipsum adiutat opus faciemque sibi induit amnis.

---

473 Atque **O**: Vtque *Gorallus* | hosti *Scaliger*: hostis **O** aestus *Hauptius* | illi *edd. ant.*: illic **O** ‖ 474 troph(a)eo **CH** ‖ 477 species *Munro*: sopita es **CH** (est **H** *m. 2*, ς) sopita *uulgo* scabres *Scaliger* robigo *Wernsdorfius* sopito *Maehly* Aspera spurcities *Hauptius* | faex **C**: fax **H** fas ς ‖ 478 cernis *uulgo*: cernes **O** cernas *Munro* ‖ 479, 80 caduci — saxi e *Itali*, *unde* saxi se a. u. purgans *Wernsdorfius* | surgens *Iacobus*: surgunt **O** ‖ 481 Ac *Hauptius*: Sic **O** Hic *Maehly* | ueluti *scripsi*: ueluti in **O** uelut in *Itali* ‖ 482 abit *scripsi*: subit **O** | altilis *scripsi*: altius **O** ‖ 484 Exqutitur **H** | feruere **C**: seruare **H**ς ‖ 485 igniti *Wassenbergius* | tarde *scripsi*: tandem **O** ‖ 486 pronis *Schraderus*: prunis **C** primis **H**ς | demittit *uulgo*: dimittit **O** | callibus *Scaliger*: collibus **O** ‖ 488 cursus *Hauptius*: curtis **CH** cartis ς curuis *uel* furuis *Doruillius* certis *Wernsdorfius* | ostat **C** ‖ 489 frustra moles simul omnia pugnant **O**, *correxi*; purgant *Itali* ‖ 490 natant *scripsi*: notant **O** (notat **H**) siluas r. uorant *uulgo* rotant *Wernsdorfius* Nam s. r. uocant haec tela *Iacobus* | nunc terra *Hauptius*: haec tela **O** dat tela *Schraderus* ‖ 491 Ipsum *Gorallus*: Ipsa **O** | opus *Hauptius*: opes **O** | faciemque *Kootenus ad Hom. Lat. p.* 278: facilesque **O** | amnis **C**: annis **H**ς

Quod si forte cauis cunctatus uallibus haesit
Aut per inaequalis uoluens compescitur agros,
Ingeminat fluctus et stantibus increpat undis:
Emicat examen plagis; ardentia saxa
(Scintillas procul ecce uide, procul ecce ruentis)
Incolumi feruore cadunt; fert impetus ingens,
Symaethi quondam ut ripas traiecerit amnis;
Sicut cum rapidum curuo mare cernulat aestu
Ac primum tenuis undas agit ulteriusque
Progrediens late diffunditur et succernens
* * *
Flumina consistunt ripis ac frigore durant,
Paulatimque ignes cedunt ac flammea massis
Exuitur facies. tum, prima ut quaeque rigescit,
Exultat moles atque ipso pondere tracta
Voluitur ingenti sonitu, praecepsque sonanti
Cum solido inflixa est, pulsatam dissipat ictus,

---

492 uallibus **C**: nasibus (uasis *m. 2*) **H** uasibus ς ‖ 493 Aut per *Maehly*: Vtpote **O** | compescitur *idem*: perpascitur **O** ‖ 494 Ingeminat *Itali*: Ingeminant **O** ‖ *uu. qui sunt in* **O** 505—508 *post* 494 *traieci* ‖ 505 plangens *Iacobus* ‖ 506 Scintillas **C**: Scintilla **H**ς | ecce — ecce *Scaliger*: esse — esse **O** | uide *Gorallus*: fide **H**ς fides **C** faces *Iacobus* uides *Hauptius* | ruentis **C**: ruentes ς ruentem **H** ‖ 507 Incolomi **H** | fert (uehit) *scripsi*: uerum **O** cinerum *Hauptius* | ingens *scripsi*: ignes **O** ‖ 508 Simethi **C**: Si uel fumanti et hii **H** *et fere* ς ‖ 495 curuo **C**: turuo **H** toruo *Scaliger* | manere **H** | cernulat (*uel* cernuat) *Iacobus*: cernulus **O** cernitur *Itali* cernimus *Munro* ‖ 496 tenuis undas *scripsi*: tenuis imas **C** tenuis simas (*coniunx. m. 2*) **H** | ulteriusque *scripsi*: ulteriores **C**ς ulteriones **H** tenuis sinuans agit unda priores *Iacobus* ‖ 498 diffunditus **H** | succernens *corruptum*; succrescunt *Iacobus*; *an* succrescens *?* ‖ *nulla in* **O** *lacuna: excidit et finis comparationis prioris et initium nouae disputationis* ‖ 499 cedunt *Hauptius*: coeunt **O** | massis *Doruillius*: messis **O** ‖ 501 Exultat *Hauptius*: Effumat **C**ς Affumat **H** Assurgit *Iacobus* | molles **H** ‖ 503 inflixa (*pro* inflicta) *Scaliger*: inflexa **O** | pulsatam *scripsi*: pulsatos **O** pulsantes *Itali* pulsantis *Gorallus* pulsantem *Iacobus* | discipat **H**

Et qua discussa est candenti rodere fulget;
Vicenos persaepe pedes iacet obruta moles,
Vix cuneo ut quisquam fixo dimouerit illam.
Sed frustra certis disponere singula causis
Temptamus, si firma manet tibi fabula mendax,
Materiam ut credas aliam fluere ignis, ab illa
Flumina proprietate simul concrescere, sicut
Commixtum lento flagrare bitumine sulphur;
Nam posse exustae cretae quoque robora fundi,
Et figulos huic esse fidem, dein frigoris haustu
Duritiem reuocare suam et constringere uenas.
Sed signum commune leue est, atque irrita causa
Quae trepidat: certo uerum tibi pignore constat.
Nam uelut arguti natura est aeris, et igni
Cum domitum est constans eademque et robore saluo,
Vtraque ut possis aeris cognoscere formam:
Haud aliter lapis ille tenet, seu forte madentes
Effluit in flammas siue est securus ab illis,
Conseruatque notas, nec uultum perdidit ignis.

---

504 discussa *Doruillius*: disclusa **O** displosa *Scaliger* | rodere *Hauptius*: robore **O** | fulgens *Doruillius cum u.* 505 *iungens* || *de uu.* 505—508 *cf. ad u.* 494 || 509 *et* 510, *qui sunt in* **O**, *transposuit Hauptius* || 510 Vicenos **H**: Vicinos **C**ς | pedes *Doruillius*: dies **O** | molles **H** || 509 cuneo ut *scripsi*: iunctis **O** cuneo (*uel* cuneis — fixis) *Gorallus* | illam *Gorallus*: illas **O** || 512 Tentamus *hic* **H** || 513 fluere **C**: fruere **H**ς furere *Itali* | ignis ab illa *scripsi*: igne fauilla **C** ignem fauillam **H**ς fauillae *Gorallus* || 514 Flumina **C**: Plurima **H**ς | propietate **H** | sicut *scripsi*: siue **O** sicque *edd. ant.* (sique *Scaliger*) || 515 Comixtum lentos **H** || 516 posse — fundi *Wernsdorfius*: post — fundit **O** | exustae cretae *Scaliger*: exustam cretam **O** | robora **H**ς: robore **C** || 517 uigulos **H** *m. 1* | haustu *scripsi*: usu **O** || 518 Duriciam **H** || 520 tripidat **C** | certe uerum tibi **C** uerum ubi (*om.* certo) **H**ς uerum tibi certo *uulgo* || 521 uelud **H** | natura est **C**: natur(a)e **H**ς | igni *Scaliger*: ignis **O** || 522 Cordomitum **H** (Cond. ς) | constans *Hauptius*: constat **O** || 523 Vtraque *Munro*: Vltraque **CH** Vtramque ς Vltra quam *edd. ant.* Vtroque *Maehly* | formam *scripsi*: portam **O** partem *Gorallus* partum *Hauptius* || 526 uultum **C**: uultu **H**ς | ignis **O**: igni *Scaliger* uultu prodidit ignem *Iacobus*

Quin etiam ut partem mutilans calor ipse reuellit,
Vdoue aut aeuost putris magis ille magisque,
Vna operit facies eademque per omnia par est.
Nec tamen infitior lapides ardescere certos:
Interius furere accensos, his propria uirtus.
Quin ipsi quisdam Siculi cognomina saxis
Inposuere chytas et iam ipso nomine signant
Fusilis esse notae. numquam tamen illa liquescent,
Quamuis materies faueat sucosior intus,
Ni penitus uenae fuerint commixta molari.
Quod si quis lapidis miratur fusile robur,
Cogitet obscuri uerissima dicta libelli,
Heraclite, tui, nihil insuperabile ab igni,
Omnia quoi rerum in natura semina iacta.
Sed minime hoc mirum. densissima corpora saepe
Et solido uicina tamen conpescimus igni.
Non animos aeris flammis succumbere cernis?

---

527 ut partem *scripsi*: externam **O** extra cum *Iacobus* extenuans *Hauptius* | mutilans calor i. *scripsi*: multis color i. **C** multis i. color **H** multus calor i. ς | reuellit *scripsi*: refellit **C** resoluit (*ita* ς) *ex* resiluut *corr.* **H** resoluat *Hauptius* ‖ 528 Vdoue aut aeuost *scripsi*: Non odor aut (odora ut **C**) leuitas **O** (euitas **H**) Vdorue aut aetas *Iacobus* Non mador aut aetas *Hauptius* ‖ 529 operit *scripsi*: operis **O** | eademque per *edd. ant.*: eadem perque **O** | par est *scripsi*: terra est **O** saecla est *Maehly* ‖ 530 inficior **C** ‖ 531 Interitus f. accenso **C** | his *scripsi*: haec **O** | propria *Itali*: propala **O** ‖ 532 Quiin **C** | ipsi *Scaliger*: ipsis **O** | quisdam *scripsi*: quaedam **O** cuidam — saxo *Iacobus* quondam *Munro* ‖ 533 chytas (*uel* rhytas) *Scaliger*: fridicas **C** phricas **H** frichas ς | eciam **H** | nomine signant **H**ς: omine significarit **C** ‖ 534 Fusilis **C**: Fusiles (*ex* Eus. *corr. m. 2*) **H**ς | notae *Maehly*: notas **O** | liquescent *Hauptius*: liquescunt **O** ‖ 535 faueat *idem*: foueat **O** | succ. **H** ‖ 536 Ni — commixta *Gorallus*: Nec — commissa **O** | fuerit ς ‖ 537 lapidis *Itali*: lapides **O** | fisile **H** ‖ 538 Cogittet **C** ‖ 539 Heraclite tui **C**: Eradicet ubi **H** (*peiora* ς) | ab igni *Scaliger*: gigni **O** ‖ 540 cui *Iacobus* (quoi *Hauptius*): qu(a)e **O** quo *Scaliger* | rerum in natura *scripsi*: rerum natura **O** rerum naturae *Itali* ‖ 541 minime *Iacobus*: nimium **O** Nec nimium *edd. ant.* ‖ 542 comp. **H** ‖ 543 Nam animo seruis **H** (*peiora* ς)

Lentitiem plumbum non exuit? ipsaque ferri
Materies praedura tamen subuertitur igni;
Spissaque succensis fornacibus aurea saxa
Exsudant pretium; et quaedam fortasse profundo
Incomperta iacent similique obnoxia sorti.
Nec locus ingenio est, oculi te iudice uincent:
Nam lapis ille riget praeclususque ignibus obstat,
Si paruis torrere uelis caeloque patenti;
Candenti pressoque agedum fornace coherce,
Nec sufferre potest nec saeuum durat in hostem:
Vincitur et soluit uires captusque liquescit.
Quae maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu, quae tanta uales incendia nostris
Sustentare opibus, quantis fornacibus Aetna
Vritur, et sacro numquam non fertilis igni
Et qui non nostro feruet moderatior usu,
Sed caelo propior uel quali Iuppiter ipse
Armatus flamma est? his uiribus additur ingens
Spiritus adstrictis elisus faucibus: ut, cum
Fabriles operae rudibus contendere massis
Festinant, ignes quatiunt follesque tumentes
Exanimant pressoque instigant agmine uentum.

---

544 Lenitiem **C** | plumbum *Gorallus*: plumbi **O** | exiuit **H** ‖ 546 Pressaque *Schraderus* | succensis *Schraderus*: suspensis **O** ‖ 547 Exudant **H** ‖ 548 sorti ς: sorte **CH** ‖ 548 ingenio *Itali*: ingenium **O** | oculte (i *suprascr. m. 2*) **H** ‖ 550 Nam **H**ς: Nec **C** | preclususq; **C**: perculsusq; **H** percussusque ς ‖ 551 torrere **C**: torre **H** terre ς torquere *Hauptius* ‖ 552 presso ageduma **H** pressosq; **C** | 553 senum **H** ‖ 555 moueri **H**ς: mouere **C** ‖ 556 Posse *ex* Possu *corr.* **H** | manuq; **H** | uales *scripsi*: putas **O** *e u. priore* ‖ 557 Sustentare **O**: Sustentari *Itali* | quantis *edd. ant.*: tantis **O** ‖ 558 et *edd. ant.*: a **H**ς ac **C** | non *edd. ant.*: nec **O** ‖ 559 Et qui non *scripsi*: Sed non qui **O** | moderancior **H** ‖ 560 propiore et quali *Hauptius* ‖ 561 additur **C**: additus **H**ς ‖ 562 elisus **C**: elisis **H**ς ‖ 563 opera e **O** | tudibus contundere massas *Scaliger* ‖ 564 tumentes *Lindenbruchius*: trementes **O** ‖ 565 Examinant **C** | *num* flamine *?* | uentrum **C**: uentos **H**ς

Haec operis forma est, sic nobilis uritur Aetna:
Terra foraminibus uires trahit, urguet in artum
Spiritus, incendi uia fit per maxima saxa.
Magnificas aulas operosaque uisere templa
Diuitiis hominum aut sacris memoranda uetustis
Traducti maria extremis per proxima fatis
Currimus atque auidi ueteris mendacia famae
Eruimus cunctasque libet perquirere gentes.
Nunc iuuat Ogygiis circumdata moenia Thebis
Cernere, quae fratres, ille impiger ille canorus,
Inuitante ausi sunt carmine saxa lyraque
Condere, felicesque alieno intersumus aeuo;
Nunc gemina ex uno fumantia sacra uapore
Miramur septemque duces raptumque profundo.
Detinet Eurotas illic et Sparta Lycurgi
Et sacer in bellum numerus, sua turba regenti.
Nunc hic claratae uariis spectantur Athenae

---

566 forma *Christ. Wolfius*: fama **O** summa *Scaliger* | ignobilis **C** | uritur ς: utitur **CH** ‖ 567 trahet **H** *m. 1* | urget in actu **H** ‖ 568 uia fit per *scripsi*: uiuit per **O** cui uis per *Scaliger* uincuntur *Hauptius* uis it per *Munro* ‖ 569 aulas *scripsi*: laudes **O** aedes *edd. ant.* urbes *Wernsdorfius* | uisçere **C** ‖ 570 sacris memoranda uetustis *Munro*: sacras (sacra **H**ς) memorare (-rant **H** *m. 1*) uetustas **O** sacra marmora resue uetustas *Scaliger* ‖ 571 maria *A. de Rooy*: materia **O** | extremis *scripsi*: et terris **O** tetris *Scaliger* et terras *A. de Rooy* (*quocum nec* traducti *nec* per proxima fatis *congruit*) | per] pro **H** | satris **H** ‖ 572 Quaerimus *Hauptius* ‖ 573 perquirere *scripsi*: percurrere **O** ‖ 575 quae **C**: que *uel* que et ς quot **H** ‖ 576 *et* 577 *inter se traiecit Iacobus* ‖ 577 Inuitante *scripsi*: Inuitata **C**ς Inuita **H** | ausi sunt *Hauptius*: piis nunc **CH** pio nunc ς pio duce *Iacobus* | carne **H** *m. 1* | lireq; **H** ‖ 576 intersumus **C**: intersūmo **H** (*peiora* ς) ‖ 578 Vnaque nunc gemino *Christ. Wolfius* | ex] et **H** | sacra *Scaliger*: saxa **O** ‖ 580 *num* illos (*et u.* 582 his) *?* | Sparta *edd. ant.*: Sparsa **O** | lygurgi **C** ligurget **H** ‖ 581 turma *Schraderus* | regenti *Scaliger*: recenti **O** ‖ 582 claratae *scripsi*: cycropiae **C** ceto parie (*in* cicro pie *corr. m. 2*) **H** cecropiae ς | athenae ς: athenis **CH**

Carminibus gaudensque olea uictrice Minerua:
Excidit hic reduci quondam tibi, perfide Theseu,
Candida sollicito praemittere uela parenti;
Tu quoque Athenarum carmen, iam nobile sidus,
Erigone, es et quae stirpem Philomela canoris
Inuocat in siluis (at tu, soror hospita, tectis,
Acciperis, solis Tereus ferus exulat agris).
Miramur Troiae cineres et flebile bustis
Pergamon extinctosque suo Phrygas Hectore: paruum
Conspicimus magni tumulum ducis: hic et Achilles
Impiger et uietus magni iacet Hectoris ultor.
Quin etiam Graiae fixos tenuere tabellae
Signaue: nunc Paphiae rorantes matre capilli,
Sub truce nunc parui ludentes Colchide nati,
Nunc tristes circa subrecta altaria seruae
Velatusque pater, nunc gloria uacca Myronis

---

583 gaudensque olea *Iacobus*: gaudentque **O**, *tum* soli **C** sui **H** sua ς ‖ 585 prem. **C**: perm. **H** prom. ς | uella **H** *m. 1* ‖ 586 crimen *edd. ant.* | iam *Scaliger*: tam **O** | fidus (i *in* e *corr.*) **H** ‖ 587 es et quae stirpem Philomela *scripsi*: sedes uestra **O**, *tum* est phylomella **C** amphilonia (en philomena *m. 2*) **H** emphiloma ς (amphiona *Itali*) es; edens questus Phil. *Hauptius*, *alii alia* ‖ 588 Inuocat *ego*: Euocat **O** Eiulat *Iacobus* En uolat *Wernsdorfius* (*quo accepto* canoras — in siluas *Hauptius*) En uocat *Munro* | at *ego*: et **O** ‖ 590 Mitamur **H** | bustis *Iacobus*: uictis **O** ‖ 591 Extinctusque **C** | suo **C**: suos **H**ς | phigas (r *add. m. 2*) **H** | haectore **C** hector (-ra *m. 2*, ς) **H** ‖ 592 tumultum **C** ‖ 593 uietus *Hauptius*: uictus **C** uictum **H**ς fictus *Iacobus*; *ipse* timidus *conieci* | haectoris **C** ‖ 594 fixas timuere tabellas **O**, *corr. edd. ant.* ‖ 595 Signa nec **H** Signaque ς | pafl(a)e **O** | rorantes *Itali*: rorantia (-cia **H**) **O** | parte camilli **O**; parte capilli *edd. ant.* arte capilli *Scaliger* patre capilli *Hauptius*; *ego ex codicum lectione per litterarum* p *et* m *metathesin feci* marte (= matre) capilli, *cum et poetam in graeca dictione sibi constitisse probabile sit et commendet illud Ouidius trist.* II 528 *in eadem re scribens* et modo maternis tecta uidetur aquis ‖ 596 cholchide **C** ‖ 597 subrecta *scripsi*: subiecta **O** subiectae *uulgo* | seruae *ego*: ceruae **O** (*substantiuum ad illud* tristes *requirens Schraderus u.* 596 *pro* nati *coni.* Grai) ‖ 598 uacca *Schraderus*: uiua **O** | mironis **H**

Et iam mille manus operum turbaeque morantur.
Haec uisenda putans terra ruis usque marique?
Artificis naturae ingens opus aspice: nulla
Tu tanta humanis opibus spectacula cernes,
Praecipueque uigil rupes ubi Trinacris ardet.
Insequitur miranda tamen sua fabula montem,
Nec minus ille pio, quam quo sons, nobilis ignist.
Nam quondam ruptis excanduit Aetna cauernis
Et uelut euersis penitus fornacibus ingens
Euecta est longum rabidis feruoribus unda:
Haud aliter quam cum saeuo Ioue fulgurat aether
Et nitidum obscura caelum caligine torpet.
Ardebant agris segetes et ditia cultu
Iugera cum domibus, siluae collesque uirentes.
Vixdum castra putant hostem mouisse tremendum,
Et iam finitimae portas inuaserat urbis.
Tum uero ut cuique est animus uiresque, rapinis

---

599 Et iam **C**: Etiam **H**ς Quin etiam *Itali* Haec et iam *Munro* | mille *Hauptius*: illa **O** | *an* curaeque *?* | morantur *Itali*: moranter **C** morantem **H**ς || 600 misenda **H** *m. 1* | putans terra ruis usque marique *scripsi*: putas terra (-rae ς) dubiusque marisque **O** terrae dubiusue marisue *Iacobus* marique *Munro* || 601 natura **C** || 602 Tu *Gorallus*: Cum **O** Nam *Munro* | opibus *scripsi*: ph(o)ebus **O** rebus *edd. ant.* || 603 Praecipuęque **C** | rupes ubi Trinacris *scripsi*: feruens ubi syrius **C** *et* (sirius) ς ferues ubi sirius **H** | ardet **C**: ardens **H**ς || 605 quam quo sons *scripsi*: quamquam (quamq. **H**) sors **O** quamquam sons *C. Barthius* quam sonti *Maehly* quam qui sons *Sauppius* | igni est *Iacobus* (ignist *Munro*): ignis **O** || 606 quondam **C**: quando **H**ς || 607 uelud **H** | euersus **H** *m. 1* | ingens *Scaliger*: ignes **O** ignis *edd. ant.* || 608 Euecta **C**: Et uecta **H**ς | est *scripsi*: in **O** *e glossa* (*post* longum *Munro*, *post* unda *uulgo* est *inseruere*) | rabidis *ego*: lapidis **O** rapidis *Itali* || 609 fulgorat **H** || 610 torpet *Scaliger*: torquet **O** || 611 agris, *ita* **O** | ditia *scripsi*: miilia **C** milia **H**ς mollia *Itali* mitia *Heinsius* || 612 domibus *Heinsius*: dominis **O** pomis *Hauptius* | uirentes *Itali*: uirebant **H**ς urebant **C** rubebant *Munro* || 613 nouisse **C** | tremendum *Iacobus*: tremebant **O** || 614 Eciam **H** | inuaserat *Scaliger*: euaserat **O** || 615 animis **H** | uiresque rapinis **H**: uirescera pinae **C** uiresque rapinae ς rapina *uulgo*

Tutari conantur opes: gemit ille sub auro,
Colligit ille arma et stulta ceruice reponit;
Defectum raptis illum sua sarcina tardat,
Hic uelox minimo properat sub pondere pauper:
Et quod cuique fuit cari, fugit ipse sub illo.
Sed non incolumis dominum sua praeda secuta est:
Cunctantis uorat ignis et undique torret auaros,
Consequitur fugisse ratos et praemia rapti
Concremat; ac nullis parsura incendia pergunt
Vel solis parsura piis. namque optima proles
Amphinomus fraterque cluens ab nomine fontis,
Cum iam uicinis streperent incendia tectis,
Aspiciunt pigrumque patrem matremque senentem
Eheu defessos posuisse in limine membra.
Pergite, auara manus, dites attollere praedas:
Illis diuitiae solae materque paterque!
Hanc rapiunt praedam mediumque exire per ignem

---

616 opus **H** ‖ 618 sarcina tardat *Iacobus*: carmina tardant **O** crimina *uulgo* ‖ 619 minimo *Auratus*: nimio **O**; *magis in rem quadrare uidetur tale quid* Hic uestis nimio p. s. p. anhelus ‖ 620 sub ille **H** ‖ 621 secum est **H** ‖ 622 Cum tantus norat **H** | terret **H** ‖ 623 Consequiturq; **C** | ratos *Itali*: ratis **O** | rapti *ego*: captis **O** raptis *Gorallus* rapta *Iacobus* raptus *Hauptius* ‖ 624 Concremat *Auratus*: Concrepat **O** Increpat *Itali* | ac **CH**: et ȿ | nulli sparsura **O** | pergunt *Hauptius*: pascunt **O** (r *supra* s **H** *m. 2*) ‖ 625 solis *bis* **H** | parsura *Itali*: sparsura **O** | piis *Itali*: dees **O** (pieis *Munro*) ‖ 626 Amphinomus ȿ: Amphion **CH** | fraterque cluens ab nomine *scripsi*: fraterque pari sub munere **O** pondere *pro* munere *Gorallus* et frater Anapi nomine *Hauptius* fraterque Anapi sub nomine *Sauppius* | fontis **CH**: fortis *uel* sortis ȿ fortes *Itali* | 627 incinis **C** ‖ 628 senentem *scripsi*: senemque **O** senecta *Scaliger* (*quo accepto u. seq.* defessam *A. de Rooy*) sedentem *Barthius* ‖ 629 Eheu **C**: Seu **H** Seu iam ȿ Heu heu *Itali* | defossos **C** | posuisse in *Scaliger*: posuissent **O** ‖ 630 Pergite *Hauptius*: Parcite **O** | manus dites *edd. ant.*: manduces (n *supra* es) **C** manu dicens **H**ȿ | attollite **H**ȿ ‖ 631 diuitiae ȿ: diuinę **C** diuine **H** ‖ 632 rapiunt *Itali*: rapies **O** raperest *Munro*

Ipso dante fidem properant. o maxima rerum
Et merito pietas homini tutissima uirtus!
Erubuere pios iuuenes attingere flammae
Et, quacumque ferunt illi uestigia, cedunt.
Felix illa fides, illa est innoxia praeda!
Dextra saeua tenus laeuaque incendia feruent:
Mille per obliquos ignis it uterque triumphans,
Tutus uterque pio sub pondere: substitit illac
Et circa geminos auidus sibi temperat ignis.
Incolumes abeunt tandem et sua numina secum
Salua ferunt. illos mirantur carmina uatum,
Illos seposuit claro sub nomine Ditis;
Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata,
Sed purae cessere domus et rura piorum.

---

633 *uerba* o maxima — 634 uirtus *habent excerpta Parisina* (*sed* n *tantum*, *non* p) *post u.* 272, *unde hausit Vincentius Bellouacensis Petronii sub nomine ea adferens*: *cf. Buechelerus in ed. mai. p.* 227 | maxima *ex* maxime *corr.* C ‖ 635 flammae ς: flamma C flammam H ‖ 636 quacumque ς: qu(a)ecumque CH ‖ 637 fides *scripsi*: dies O uia est *Hauptius* | illa *alt. om.* H | praeda *scripsi*: terra C terrae Hς ‖ 638 Dextra *edd. ant.*: Dextera O | tenus *Auratus*: tenet CH tenent ς | feruent *ex* ferunt *corr.* C ‖ 639 Mille *scripsi*: Ille O | signis H | it uterque triumphans *scripsi*: fratremque triumphans O fraterque triumphant *uulgo* (*sed mirum est loquendi genus* ille fraterque, *cum Amphinomi tot per uu. nulla facta sit mentio*) ‖ 640 substitit *scripsi*: sufficit O suffugit *Gorallus* | illac *idem*: illa C illam Hς illinc *Hauptius* ‖ 641 gemines C | ignes C ‖ 644 Illos seposuit *Scaliger*: Illo se posuit C Ille se posuit Hς ‖ 645 fata ς: facta CH ‖ 696 Sed purae *Hauptius*: Sed curae C Sed iure Hς Securae *Munro*, *alii alia* | cesere H | rura *Heinsius et Schraderus*: iura O ‖ Publii Virgilii Maronis Aethna finit *litt. maiusc.* C O fenix H

V.

CIRIS.

Etsi me uano iactatum laudis amore
Irritaque expertum fallacis praemia uulgi
Cecropius suauis exspirans hortulus auras
Florentis uiridi sophiae complectitur umbra
Tum mens quaerit eo dignum sibi promere carmen
(Longe aliud studium atque alios accincta labores
Altius ad magni suspexit sidera mundi
Et placitum paucis ausa est ascendere collem):
Non tamen absistam coeptum detexere munus,
In quo iure meas utinam requiescere musas

De codd. cf. praef. p. 23 ‖ De cirrina *litt. rubr.* **H** P. Virgilii Maronis Ciris incipit **A** P. Virgilii illu. poetae Ciris feliciter incipit *litt. mai.* **R** P. Virgilii Maronis ad Messalam Curis *litt. mai.* **L** ‖ 1 uano *Heinsius*: uario **0** ‖ 2 Iritaq; e. falacis **R** ‖ 3 suaues **L** | exsp. **H**: exp. *ceteri* | hotulus *sic* **R** ortulus *ceteri* | auras] herbas **A**, *corr.* **a** ‖ 4 Florentes uiridis — umbras **0**, *corr. edd. ant.* | copl. **R** ‖ 5 Tum mens *Keilius* (*obss. crit. in Prop. p.* 13): Tum mea **H** Tum ea **AR** Tu mea **L** Nec mens *Puetzius* | quaerit *Puetzius*: qu(a)eret **0** | Nec mea quit Erato *Scaliger* Nunc mea fert Erato *Heinsius* Nec mea quit ratio *Hauptius* | promere *scripsi*: qu(a)erere **0** (*e priore* quaeret *ortum*) ‖ 6 atque *om.* **L** | alios **AHR**: aliosq: **L** alios quae *Puetzius; sed uu.* 6—8 *ad Catulli exemplum conformare parenthesin monuit Schwabius* ‖ 7 Alcius **H** | suspexit *Schraderus*: suspendit **AHR** (t *in* **H** *suppuncta*) suspensi **L** subtendit *Scaliger* | syd. **ALR** ‖ 8 placidum **AR** ‖ paucis] multis **La** (*unde* Nec facilem multis *ed. quaedam ant.*) | ęausa **H** ‖ 9 adsistam (t *supra* ad *m. 2*) **H** | dextere **H** *m. 1* ‖ 10 In que **A** (*corr.* **a**) Inquę **R** | rite *Schraderus*

Et leuiter blandum liceat deponere amorem.
Quod si mirificum caelum omne *sonare ualerem*
(Mirificum saecli modo sit tibi uelle libido),
Si mihi iam summas Sapientia panderet arces,
Quattuor antiquis heredibus edita consors,
Vnde hominum errores longe lateque per orbem
Dispicere atque humilis possem contemnere curas:
Non ego te talem uenerarer munere tali,
Non equidem (quamuis interdum ludere nobis
Et gracilem molli libeat pede claudere uersum),
Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,
Qualis Erectheis olim portatur Athenis,
Debita cum castae soluuntur uota Mineruae
Tardaque confecto redeunt quinquennia lustro,
Cum leuis alterno zephyrus concrebuit euro
Et prono grauidum prouexit pondere currum.
Felix ille dies, felix et dicitur annus,

---

11 leniter **R**; Leniter et *Heinsius* | liceat liceat **R** | amorem *edd. ant.*: morem **O** || 12 caelum *scripsi*: genus **O** | omnes *ceteris omissis* **O**; perferre ualent genus omne ς; sonare ualerem *suppleuit Birtius*; saeclis proferre ualerem *Ribbeckius* decus omne referre ualerem *ego olim* || 13 secli **AL**: sedi **H** (*sic*) **R** | *totum uersum nunc qualem* **O** *exhibet reliqui suasore Birtio* (*de Halieuticis Ouidii p.* 63); *olim* Mirificum caeli *cetera interpolata esse statuens scripsi*; *uaria coniecere docti*; *fortasse pro* uelle *praestat* nosse || 14 mihi *Friesemannus et Iacobsius*: me **O** (mea **H** *m. 2*, *unde* dea *conieci*) | summas **H** *m. 2*: summa **O** | sapientia **Ha**: patientia **LR** paciencia **A** | panderet *Friesemannus et Iacobsius*: pangeret **O** | arces *edd. ant.*: artes **O** arce *uulgo* || 15 Quatuor **O** | *post* antiquis *uulgo* quae *additur pessime* | haeresibus *Paulus Leopardus* heroibus *uel* heroisin *Heinsius* | edita *scripsi*: est data **O** addita *Heinsius* || 17 Dispicere **H**: Despicere *ceteri* | humiles **AL** | possem *uulgo*: possum **HL** possim **AR** | contempnere **AH** || 18 tali] uili *Schraderus* || 19 libeat *Heynius*: liceat **O** | uersim **H** || 22 Erechtheis *Loensis*: eritheis **AHR** (erictoniis **H** *m. 2 suprascr.*, c *supra* it *m. 1* **A**) erycteis **L** || 23 uota] dona **La** || 24 Tardaue **O** (-ne **H**), *corr. Taubmannus* | quinquenia **A** || 25 auerso *Wakefieldus* | zephiris **H** *m. 1* zephirus **AR** | concrebruit **LR** || 26 ponde **R** | currum *Barthius*: cursum **O** || 27 ille **HL**: illa **AR**

Felices qui talem annum uidere diemque:
Ergo Palladiae texuntur in ordine pugnae,
Magna Giganteis ornantur pepla tropaeis,
Horrida sanguinea pinguntur proelia Gorgo,
Additur aurata deiectus cuspide Typho,
Qui prius, Ossaeis consternens aethera saxis,
Emathio celsum duplicarat uertice Olympum.
Tale deae uelum sollemni tempore portant;
Tali te uellem, iuuenum doctissime, ritu
Purpureos inter soles et candida lunae
Sidera, caeruleis orbem pulsantia bigis,
Naturae rerum magnis intexere cartis,
Aeternum ut sophiae coniunctum carmine nomen
Nostra tuum senibus loqueretur pagina saeclis.
Sed quoniam ad tantas nunc primum nascimur artes,
Nunc primum teneros firmamus robore neruos:
Haec tamen interea, quae possumus, in quibus aeui
Prima rudimenta et iuuenes exegimus annos,
Accipe dona meo multum uigilata labore,
Promissa atque diu iam tandem exordia curae:
Impia prodigiis ut quondam exterrita amoris

---

28 talem qui **R** ‖ 29 texuntur **La**: texentur **AHR** ‖ 30 gigantes **H** *m. 1* | tropheis **AHR** ‖ 31 sanguinea — Gorgo *scripsi*: sanguineo **O**, *tum* corco **H** socco **AR** cocco **La** succo *edd. ant.*, *unde* fuco *Heinsius* ‖ 32 deiectus *uulgo*: delectus **O** | typho **L** thipho **H**: typhon **AR** ‖ 33 osseis **O** ‖ 34 Aemathio **L** | duplicarat *scripsi*: duplicabat **O** ‖ 35 solemni **HR** solempni **A** | in tempore **L** | portent **A**, *corr.* **a** ‖ 36 uelim **AR** ‖ 38 Syd. **ALR** | orbem] caelum **L** | bigis] signis **L** *et*, *ut uid.*, **a** ‖ 39 uerum **R** | cartis **AH**: chartis **LR** ‖ 40 ut *add. Nic. Loensis*: *om.* **O** ‖ 41 tuum] tecum **AR** | sequeretur **L** ‖ 45 *om.* **R** | iuuenes **AH**: primos **La** | exigimus **HL** ‖ 47 Promissa atque diu **AHR**: Et promissa tuis **La** Promissaeque diu *Ribbeckius* | iam tandem] non magna **La** | exordia curae *scripsi*: exordia rebus **La**, *om.* **AHR**; exordia opellae *Ribbeckius* ‖ 48 exterrita *Schraderus*: exterruit **AL** externit (r *supra* rn *m. 2*) **H** terruit **R** exercita *Scaliger* | amoris *Scaliger*: amplis **O**; *an* magnis (*cf. Verg.*) ?

Scylla nouos auium sublimis in aere coetus
Viserit et tenui conscendens aethera pinna
Caeruleis sua tecta super uolitauerit alis,
Hanc pro purpureo poenam scelerata capillo,
Pro patris et soluens excisa funditus urbe.
Complures illam magni, Messalla, poetae
(Nam uerum fateamur: amat Polyhymnia uerum)
Longe alia perhibent mutatam membra figura
Scyllaeum monstro saxum infestasse uoraci;
Illam esse aerumnis quam saepe legamus Vlixi
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias uexasse rates et gurgite in alto
Deprensos nautas canibus lacerasse marinis.
Sed neque Maeoniae patiuntur credere cartae
Nec malus istorum dubiis erroribus auctor.
Iamque alias alii uulgo finxere puellas,
Quae Colophoniaco Scyllae dicantur Homero.

---

49 Scilla **HL** (*ut plerumque*) Sylla **AR** *plerumque* ‖ 50 Viserit *scripsi*: Viderit **0** | aethera **A**: aetera **R** sidera **H** sydera **L** | pinna] pinne **H** penna **ALR** ‖ 51 supra **H** ‖ 52 conscelerata (con *del. m. 2*) **H** ‖ 53 Pro (Proque **L**) patris s. excisa & (& *sic* **H**: est **AR** *om.* **La**) funditus u. **0**; et *post* patris *traieci*; Pro patria soluens, excisa et f. u. *Hauptius* ‖ 54 Cum plures **0**, *corr. edd. ant.* | illam **a**: illa **AHR** illam et **L** | messalla **H** ‖ 55 amant **L** | polhimnia **H** polimia **A** polimnia **R** polỹmnia **L** ‖ 56 alia — figura **L**: aliam — figuram **AHR** | prohibent **R** | mutatam **L**: mutata in **AH** (*sic*) **R** ‖ 57 monstro saxum *Hauptius*: monstra saxum **H** monstra in saxum **L** monstra saxosum (in saxa **a**) **A** saxo monstra **R** | infestasse *scripsi*: infectata **AHR** (*sic*) contenta **L** conuersa **a** infestare *Hauptius* | uoraci *Hauptius*: uocari **HLa** uocaui **AR** ‖ 58 esse *ex* messea *corr.* **A**: messea **R** messe (*m. rec.* messana *suprascr.*) **H** se **L** | erumpnis **AH**, *om.* **R** | saepe *uix sanum*; e rupe *Maehly*; *num* et (ac) peste *?* ‖ 59 succintam **R** ‖ 60 Dulychias uexase **R** | rathes **A** ‖ 61 nautis **A** | latrasse **R** ‖ 62 meonię hęc **L** (hec *addit* **a** *quoque*) | carte **AH**: chartae **LR** ‖ 63 uagus *Hertzbergius* (*sed* malus auctor *est miser Vlixes*; istorum *potius suspectum*; *pro quo* ipsius *conicio*) ‖ 64 Iamque *scripsi*: Namque **0** (Nanq: **L**) | fulgo **H** *m. 1* | fingere **H** ‖ 65 dicuntur **AR**

Ipse Crataein ait matrem; sed siue Crataeis
Siue illam monstrum genuit graue Echidna biformis
Siue est neutra parens atque hoc in carmine totum
Inguinis est uitium et Veneris descripta libido;
Siue etiam tactis speciem mutata uenenis
Infelix uirgo (quid enim commiserat illa?
Ipse pater timidam uacua complexus harena
Coniugium castae uiolauerat Amphitritae;
Quae tamen exegit longo post tempore poenas,
Vt, cum cura sui ueheretur coniugis alto,
Ipsa trucem multo misceret sanguine pontum);
Seu uero, ut perhibent, forma cum uinceret omnis
Et cupidos quaestu passim popularet amantes,
Horribilis circum uidit se sistere formas
Piscibus et canibusque malis uallata repente est
(Heu quotiens mirata nouos expalluit artus!
Ipsa suos quotiens heu pertimuit latratus!),
Ausa quod est mulier numen fraudare deorum

---

66 Crataein ait *Heynius*: gratinei **AHR** cratein **L** | sine **H** | Crataeis *uulgo*: erithei **O** ‖ 67 monstrum *Hauptius*: monstro **O** | graue Echidna *idem*: grauena **AHR** grauenna **H** *m. 2* grandeua **L** grādena **a** *corr.* germana *Silligius* | biformis *Hauptius*: biformi **O** ‖ 68 totum *scripsi*: toto **O** ‖ 69 est] id **L** | et *om.* **L** ‖ 70 tactis *scripsi*: iactis **AHR** exactis **La** | spetiem **L** ‖ 71 comiserat **HR** ‖ timidam uacua *scripsi*: timidam seua **HL** nudam (timidam **a**) sena **A** sc̃aeuam nũdam **R** timidam flaua *Heynius* nudam fulua *Kochius* timidam sicca *Hauptius* | complexit **AHR** ‖ 73 castae *Schwabius egoque*: carte **HR** carce (c *alt. expuncta, et marg. m. 1* care) **A** carae **L** | amphitritę **R**: amphitrite **AH** amphitrites **La** ‖ 74 Quae *scripsi*: Ast **H** At **ALR** Haec *uir doctus misc. obss.* IV 318 | poennas **R** ‖ 75 cum] tum **La** | sui *Nic. Loensis*: suę **L** tue **AH** tuę **R** | pheheretur **H** *m. 1* | alte **A** (*corr.* **a**) altę **R** ‖ 76 miseret **R** ‖ 77 prohibent **R** | uincerit **H** | omnis **H**: omnes **ALR** ‖ 78 pasũm *sic* **H** | popularet **AR**: procularet (rocu *per lineolam deletis*) **H** spoliaret **La** ‖ *uu. qui sunt in* **O** 79 *et* 80 *traiecit Hauptius* ‖ 80 Horrib *in ras. m. 1* **R** Horribiles **L** | se] e *ex corr.* **H** sibi **L** ‖ 79 canibus rapidis **L** rabidis *supra* malis **a** | fallata **H** *m. 1* ualata **R** ‖ 81 Neu *et* expaluit **H** ‖ 82 pertimuisse **La**

Et dictam Veneri donorum auertere partem,
Quam, mala multiplici iuuenum quod saepta caterua
Vixerat utque modo meretrix iactata ferarum,
Infamem tali merito rumore fuisse
Docta Palaephatia testatur pagina uoce:
Quicquid et ut quisque est tali de clade locutus,
Somnia sunt; potius liceat notescere cirin,
Atque unam ex multis Scyllam non esse puellis.
Quare quae cantus meditanti mittere certos
Magna mihi cupido tribuistis praemia, diuae
Pierides, quarum castos alabastria postes
Munere saepe meo inficiunt foribusque hyacinthi
Dependent flores aut suaue rubens narcissus
Aut crocus alterna coniungens lilia caltha
Sparsaque liminibus floret rosa, nunc age, diuae,
Praecipue nostro nunc aspirate labori
Atque nouum aeterno praetexite honore uolumen.
Sunt Pandioniis uicinae sedibus urbes

---

84 donorum *scripsi*: uotorum **O** lucrorum *Hauptius* | auertere *Scaliger*: uertere **O** | partem (*uel* praedam) *Schraderus*: p(o)enam **O** ‖ 85 mala] modo **A**, *corr.* **a**; male *Heinsius* ‖ 86 Vixerat *Scaliger*: Dixerat **O** | utque *scripsi*: atque **O** Vixit eratque *Hauptius* | modo *scripsi*: animo **O** | *num* uulgata *?* ‖ 87 merito rumore *Nic. Loensis*: meritorum more **O** ‖ 88 Palaephatia *edd. ant.*: palepaphie **H** palepaphiae (*uel* -phię) **ALR** | pagina uoce *scripsi*: uoce pachinus **O** (pachinnus **H** *m. 2*) uoce papyrus *uulgo* ‖ 89 quisquis tali **L** | loquutus **L** ‖ 90 Somnia sunt *scripsi*: Omnia sunt **AL** Omnia sim **H** Omne suam **R** Mnemosyne *Hauptius* | cirim **H** cyrim **AR** crein **L** ‖ 92 et quae **L** (*etiam* **a** et *ante* que *add.*) | meditati **L** | certos *edd. ant.*: cetos **A** caecos **R** cocos (e *supra prior.* o *m. 2*) **H** laetos **L** doctos *Bergkius* curtos *Ribbeckius* ‖ 93 Magna mihi *edd. ant.*: Magnam hii **H** Magnam hi **AR** Magna nimis **La** | cupidis tribuisti **La** | diuae *uulgo*: diua **O** ‖ 94 alabastria *Bergkius*: altaria **O** libamina *Silligius* calparia *Hauptius* ‖ 95 floribusq; **R** | iacincti **AH** iacenti **R** ‖ 96 Dependent *Heinsius*: Deponunt **O** | narcisus **R** ‖ 97 calta **A** calca **R** ‖ 98 luminibus **L** | agiṭe **A** agite **R** ‖ 99 labori] i *m. 1 in* e *corr.* **H** ‖ 100—105 *om.* **H**, *add. m. 2 mg.* ‖ 101 *litt. maiusc. in* **L** *scriptus*; unt *litt. init. om.* **R**

Actaeos inter colles et candida Thesei
Purpureis late ridentia litora conchis,
Quarum non ulli fama concedere digna
Stat Megara, Argei quondam munita labore
Alcathoi Phoebique: deus namque affuit illi;
Vnde etiam citharae uoces imitatus acutas
Saepe lapis recrepat Cyllenia murmura pulsus
Et ueterem sonitu Phoebi testatur amorem.
Hanc urbem ante alios qui tum florebat in armis
Fecerat infestam populator remige Minos,
Hospitio quod se Nisi Polyidos auito
Carpathium fugiens et flumina Caeratea
Texerat. hunc bello repetens Gortynius heros
Attica Cretaea sternebat rura sagitta.
Sed neque tum ciues neque tum rex ipse ueretur
Infesto ad muros uolitantis agmine turmas

---

102 Actheos **AR** | urbęs colles **A** colloes **R** | Thesei] tempsa **L** ‖ 103 late **L**: later **A** lateri **R** *et* **H** *m. 2* | littora **0** (lict. **L**) ‖ 104 ulli **H** *m. 2*: nulli **ALR** ‖ 105 Stant *Heinsius* | Argei *Heinsius*: acthei **AR** actei **H** *m. 2* (*sic*) **L** *e u.* 102 (Alcathoi *Ribbeckius falsa de* **H** *referens*) | munita *uulgo*: mutata **0** (**H** *m. 2*) ‖ 106 Alcathoi *uulgo*: Alchatoe **A** Alcatoae (h *supra* ca) **R** Allcato & (r *supra* c, e *supra* o *m. 2*) **H** (*ex* Alcathoei *?*) Arcadio **L** | deus *uulgo*: decus **0** (*etiam* **H**) | nanq; **LR** ‖ 107 citare **H** cytharę **LR** | imitatus *uulgo*: imitantur **AH** (*sic*) **L** inmittatur **R** ‖ 108 cillenia **AH** | murmura **R**: munera **AH** męnia **L** | pulsis **A** ‖ so$^{ni}_{\wedge}$tu (*m. 1 suprascr.*) **A** sonitu **L**: solito (ū *supra alt.* o *m. 2*) **H** solitū **R** | amorem **AR**: honorem **HL** ‖ 110 ante] inter **R** | tunc **AR** | florebat **A** *corr.*, **L**: ferebat **A** *m. 1* **R** forebat (u *supra* e *m. 2*) **H** ‖ 111 populato **H** populata **AR** | minos, *suprascr. m. 1* mios, **A** ‖ 112 Hospitio quod *Heynius*: Hospicioq; **0** (quo *Contarenus*, qua *Scaliger*) | se Nisi Polyidos auito *Contarenus*: senis hypolidosa uito **H** senis hipolisoda uiro **A** senis hipolidosa uiro **R** hipolidosa uicto a (**L** *?*) se Nisus Pelopeus auito *Scaliger* ‖ 113 Carpatium **H** Carphatium **A** Carpatium, h *suprascr.* ti, **R** | ceratea **HL**: cerathea **AR** ‖ 114 huc **L** | cortinius **H**: cortimus **A** continuis **R** corynthius **L** ‖ 115 Actica **L** Atica **R** | cretea **0** (-thea **L**) | ruta **R** ‖ 116 tum—tum *Hauptius*: tunc — tunc **0** ‖ 117 Infesto **A**: Infoesto **R** Infestos **HL** (*hic* ad *omittit*) | uolitantis agmine **H** *m. 2 corr.* (*sic*): uolitante ex

Reicere et indomitum uirtute retundere Martem,
Responsum quoniam satis est meminisse deorum.
Nam capite ab summo regis, mirabile dictu,
Candida caesarie florebant tempora ramo
Et roseus medio surgebat uertice crinis;
Cuius quam seruata diu natura fuisset,
Tam patriam incolumem Nisi regnumque futurum
Concordes stabili firmarant numine parcae.
Ergo omnis caro residebat cura capillo,
Aurea sollemni comptum quem fibula ritu
Cecropiae tereti nectebat dente cicadae.
Nec uero haec crinis custodia uana fuisset
Nisaei, ni Scylla nouo conrepta furore,
Scylla, patris miseri patriaeque inuenta sepulchrum,
O nimium cupidis Minoa inhiasset ocellis.
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater
Iratum potuit, quem nec pater atque auus idem
Iuppiter, ille etiam Poenos domitare leones

---

agmine **H** uolitanti & agmine **A** uolitantes agmine **R** uolitanti ex agmine **L** ‖ 118 Reicere *Heinsius*: Dicere **HR** Ducere **AL** Vincere *Silligius* | et *m. 1 in litura* **L** | indomitum *scripsi*: indomitas **O** indomita *edd. ant.* | Martem *Heinsius*: mentes **O** gentes *Heinrichius* ‖ 120 ab **AH**: a **LR** ‖ 121 c(a)esarie **AHR**: caesaries **L** | frondebant **R** | ramo *scripsi*: lauro **O** ‖ 122 Et **O**: At *uulgo* ‖ 123 quam] q; *suprascr. et* cum *mg.* **A** ‖ 124 nisi se **H** inse **R** ‖ 125 firmarant *Heynius*: firmarunt **O** (-rut **R**) | numina **H** ‖ 126 caro *uulgo*: cano **O** ‖ 127 solempni **AH** solemni **R** | quem *Loensis*: q̊. (o *m. 2*) **H** quoque **ALR** ‖ 128 Cecropiae *Scaliger*: Corpsele **A** Corpselle **H** Corpselae **R** Corselle **L** Mopsopio *edd. ant.* Crobylus et *Loensis*; *alia temptauit Birtius mus. Rhen.* XXXIII *p.* 655 *sqq.* | nectebat **L**: nectebant **HR** nectabant **A** ‖ 129 crinis *scripsi*: uobis **O** uotis *Scaliger* urbis *Heinsius* uolucris *Birtius* ‖ 130 Nisaei *scripsi praeeunte Heynio*: Nec (Hec **H**) fuerat **O**, *quod interpolatum est ubi* nisei *ante* niscilla *periit*; Defuerat *Schraderus* Profuerat *Hauptius* Nec ruerat *Ribbeckius* Nec frustra *Birtius* | ni **H**: in **R** nisi **AL** | correpta *Loensis*: concepta **O** ‖ 132 Minoa *Lachmannus ad Lucr. p.* 162 (Minoi *Schradero praeeunte*): si non **O** | inhyasset **H** ‖ 135 eciam ille **H**

Et ualidas doctus uires mansuescere tigris,
Ille etiam duros homines — sed dicere magnum est,
Idem tum tristis acuebat paruulus iras.
Iunonis magnae, cuius fera iurgia diuae
Olim ipsae metuere, eheu peritura puella
Nulli non sanctam uiolauerat inscia sedem,
Dum sacris operata deae lasciuit et extra
Procedit longe matrum comitumque cateruam,
Suspensam gaudens in corpore ludere uestem
Et tumidos agitante sinus aquilone relaxans.
Necdum etiam castos gustauerat ignis honores,
Necdum sollemni lympha perfusa sacerdos
Pallentis foliis caput exornarat oliuae:
Cum uas e manibus fudit pila. cumque ea lapsa est,
Procurrit uirgo. quod uti ne prodita ludi
Auratam gracili soluisset corpore pallam!
Omnia, quae retinere gradum cursusque morari

---

136 rabidae *Heinsius* rabidas *Heynius* | doctus *scripsi*: docuit **O** nouit *Hauptius* | uires] uictas **La** | tygris **R** tygres **L** ‖ 137 duros *scripsi*: diuos **O** (diuos, homines *uulgo*); *cf. etiam Propert.* I 14, 18 | magnum *sic* **H** *solito compendio*; longum est *Hauptius superflue* ‖ 138 tum tristis] cum superis **La** | parulus **H** *m. 1* ‖ 139 fera iurgia *Heinsius*, *ego*: periuria **O** ‖ 140 ipsae *scripsi*: se **O** si *Silligius* di *Ribbeckius* | metuere *scripsi* (*post me iterum Hauptius*): meminere **O** | eheu *scripsi*: diu **O** | peritura **L**: periura **AHR** | puella **H** *m. 2*: puell(a)e **O** ‖ 141 Nulli non *Ribbeckius*: Nulli (*om* non) **L** Non nulli **AHR** | sanctam *scripsi*: lictam (*suprascr. m. 1* relictam) **L** liceat **AHR** licitum *Heinsius* liceant *Ribbeckius* ‖ 143 Procidit **R** | macrū **R** marcū **A** | cateruam *edd. ant.*: caterua **O**; *an* cateruas *?* ‖ 145 agitare **R** ‖ 146 et **H** | custos **H** castros **R** | gust.] agitauerat **La** | honoris **H** ‖ 147 solemni **HR** solempni **A** ‖ 148 Pallentis *ex* Pallantis *corr.* **A** | exornat **R** *et*, *litteris* ra *supra* at *scriptis*, **A** exornatus **L** ‖ 149 uas e manibus (*scil. sacerdotis*) *scripsi*: lapse manibus **AHR** lapsa e manibus **L** | fudit *scripsi*: fugit **O** | pyla **R** | ea lapsa est *Maehly*: relapsę **A** relapse **HR** relaxe (ss *supra* x *m. 1*) **L** relapsa est *Heinsius* (elapsa est *Ribbeckius*) ‖ 150 quo **La** | ludi *scripsi*: ludo **O** ‖ 151 Auratam *Iacobsius*: Aurea iam **O** Aurea tam *Heinsius* | soluisses *Greenius* | palla **La** ‖ 152 Omniaq. **H**

Possent, o tecum uellem tunc, impia, haberes:
Non umquam uiolata manu sacraria diuae
Iurando, infelix, nequicquam iure piasses!
Set si quis nocuisse tibi periuria credat,
Causa pia est: timuit fratri te ostendere Iuno.
At leuis ille deus, cui semper ad ulciscendum
Quaeritur ex omni uerborum iniuria iactu,
Aurea fulgenti depromens tela pharetra
(Heu nimium terret nimium, Tirynthius usu),
Virginis in tenera defixit acumina mente.
Quae simul ac uenis hausit sitientibus ignem
Et rabidum penitus concepit in ossa furorem,
Saeua uelut gelidis Edonum Bistonis oris
Ictaue barbarico Cybeles antistita buxo,

---

153 uelem (i *supra alt.* e) **R** | tunc impia (*uel* perdita) *scripsi*: tua semper **O** tu semper *Silligius* illo tempore *Kochius* tu tunc habuisses *Maehly* ‖ 154 Non numquam **A** Non unquam **HR** | manu **L**: manus **AHR** ‖ 155 Vrendo *Silligius* | iure *Heinsius*: iura **O** tura *Silligius* ‖ 156 Set *Schwabius*, *ego*: Et **O** At *Ribbeckius* | nocuisset ibi **H** nocuisset tibi **R** ‖ 157 pia] alia *Maehly*; palam *ipse conieci* | uino **R** ‖ *post* 157 *lacunam statuit Ribbeckius* ‖ 158 ad ulciscendum *uulgo*: adolescendum **AHR** adolescentum **La** | uerborum **O**: uerbo atque *Hauptius* uentosa *Ribbeckius* | iactu *Maehly*, *ego*: dictu **H** dicto **ALR** facto *Hauptius* ‖ 161 terret **AR** teret (*altera* r *suprascr. m. 2*) **H**: tereti **La** celeri *Schraderus*, *qui et* certo *ab alio docto propositum memorat*, mentem et *Silligius* terrent *Puetzius* certa et *Keilius* taetro *Hauptius* | Tirynthius *scripsi*: thirintia **H** tiricia **R** tiṙita **A** tyrynthia **L** penetrantia *Heinsius* (ferientia *alius*) torrentia *Schraderus* terrentia *Keilius* irritantia *Silligius* | usu (*olim* ictu) *scripsi*: uisu **AHR** iussu **La** nisu *edd. ant.* uiro *Hauptius* ‖ 162 in tenera **L**: interea **AHR** | defixit acumina *Heinsius*: defixerat (-xent **H** *m. 1*) omnia **O** defixerat horrida *Silligius* ‖ 163 simulat **H** simulac **A** ‖ 164 rabidum *Schwabius*: ualidum **O** ‖ 165 Scaeua **R** | uelud **HR** | gelidis Edonum *Scaliger*: geliḷidi sidonum **H** gelidi si donum **L** gelidi sydonum **AR** | bisthonis **L** | oris *Scaliger*: honoris **H** honores **ALR** gelidis Ciconum Bistonis in oris *edd. ant. defendente Bentleio ad Hor. od.* I 25, 11 ‖ 166 Ictaq; **R** Tactaue *Heinsius* Actaue *Wakefieldus* | cibeles **H** | antistita **H** *m. 2 corr.*: antista **H** antistica **AR** antistia **L** (*et ita* c *deleta corr.* **A**)

Infelix uirgo tota bacchatur in urbe,
Non storace Idaeo fragrantis tincta capillos,
Coccina non teneris pedibus Sicyonia seruans,
Non niueo retinens bacata monilia collo.
Multum illi incerto trepidant uestigia cursu:
Saepe petit patrios ascendere perdita muros
Aeriasque facit causam se uisere turris;
Saepe etiam tristes uoluens in nocte querellas
Sedibus ex altis arcis speculatur amorem
Castraque prospectat crebris lucentia flammis.
Nulla colum nouit, carum non respicit aurum,
Non arguta sonant tenui psalteria chorda,
Non Libyco molles plauduntur pectine telae;
Nullus in ore rubor: ubi enim rubor, obstat amori.
Atque ubi nulla malis reperit solacia tantis
Tabidulamque uidet labi per uiscera mortem,
Quo uocat ire dolor, subigunt quo tendere fata,
Fertur et horribili praeceps impellitur oestro,
Vt patris, a demens, crinem de uertice ferret

---

167 bachatur **AH** baccatur **R** ‖ 168 storacę **R** styrace *Loensis* | idee **A** ideę **R** | fragrantes *uulgo*: flagrantis **AHR** flagrantes **L** | tincta *Schraderus*: picta **O** uncta *Heinsius* ‖ 169 Coccina *scripsi*: Cognita **O** Commoda *Leopardus* Condita *Scaliger* Mollia *Lenzius* Candida *Puetzius* | Sicyonia *Leopardus*: sicoĩa **H** sic oĩa **A** sic oms̃ia **LR** | seruas **R** ‖ 170 retines **LR** ‖ baccata **AH** bacchata **LR** ‖ 171 Multo **R** ‖ 172 petit *scripsi*: redit **O** | perdita **H** *m. 2 corr.*: prodita **O** ‖ 173 Senasq. (*m. 2* Aerias *suprascr.*) **H** Aereasque *ceteri* | causam] m *suppunxit m. 2* **H** | se] sibi *Hauptius* | uissere **H** | turis (*altera* r *suprascr. m. 2*) **H**: turres *ceteri* ‖ 174 querelas **O** ‖ 175 & altis **H** | arcis *scripsi*: c(a)eli **O** tecti *Heynius* collis *Schenkelius* ex aulae celsis *Hauptius* (*at cf. Verg.*) caeli sp. in orbem *Ribbeckius* (ad oram *Scaliger*) ‖ 177 *Ribbeckius post* 179 *ponit* | nec **L** ‖ 178 chorda **R** *m. 2*: corda **O** ‖ 179 lybico **AR** | blauduntur **H** *m. 1* | telle (*alt.* l *del. m. 2*) **H** ‖ 180 enim *om.* **H**; nisi cum pudor *Schraderus*, *malim* nec enim rubor ‖ 181 malis *ex* magis *corr.* **H** | repetit **H** | solatia **L** ‖ 184 *malim* Pectoris horribili | estro **H** (o *supra* e *m. 2*) ostro **L** ‖ 185 ademens **H**: ah demens **Ra** ah demum **A** ademptum **L** | crimen **H** *m. 1* **L** | ferret *scripsi*:

Furtim atque arguto detonsum mitteret hosti
(Namque haec condicio miserae proponitur una),
Etsi illa ignorans (quis non bonus omnia malit
Credere quam tanti sceleris damnare puellam?),
Heu tamen infelix: quid enim inprudentia prodest?
Nise pater, cui direpta crudeliter urbe
Vix erit una super sedes in turribus altis,
Fessus ubi extructo possis considere nido,
Tu quoque auis metuere: dabit tibi filia poenas.
Gaudete, o celeres, subnixae nubibus altis,
Quae mare, quae uiridis siluas lucosque sonantes
Incolitis, gaudete, uagae blandaeque uolucres;
Vosque adeo, humani mutatae corporis artus,
Vos o crudeli fatorum lege, puellae
Dauliades, gaudete: uenit carissima uobis
Cognatos augens reges numerumque sororum
Ciris et ipse pater. uos, o pulcherrima quondam
Corpora, caeruleas praeuertite in aethera nubes,

---

seruet **La** serum **AHR** sectum **H** *m. 2* sacrum *Silligius* ‖ 186 Furtimque **AR** ‖ 187 Nanq; **R** | conditio **L** | miserae proponitur *edd. ant.*: nisi erepto ponitur **H** nisi ereptae (creptę **R**) ponitur **AR** nisi rapto opponitur **La** raptori opp. ς Niseidi ponitur *Heinsius* deceptae ponitur *Silligius* raptori ponitur *Puetzius* Cretaeo ponitur *ego olim* ‖ 188 Etsi *scripsi*: Siue **O** | non] ue **R** | mallit **AR** ‖ 189 tanti sceleris ς: tanto scelere **O** (sceleri **L**) | dampnare **AH** ‖ 190 inprudentia **H**: imprudentia **L** prudentia (-cia **A**) **AR** ‖ 191 Nisi **H** *m. 1* | quoi direptae (e *alt. expuncta*) **A** cum quo rapta **L** ‖ 192 Vixerit **A** | turibus **H** ‖ 193 extincto **H** *m. 1* | considere *uulgo*: consedere **AHR** conscendere **La** ‖ 194 Tum *Ribbeckius* | metuere *Godofr. Hermannus*: moriere **O** ‖ 195 Gaudete eo **H** | subnix(a)e **AHL**: sub nisae **R** ‖ 196 uirides syluas fluuiosq: **L** ‖ 197 bland(a)eq; **La**: laudate **AHR** gaudete *Schwabius* ‖ 198 V sq: **L** usq; **a** | humani **L**: humane **H** humanos **AR** | mutate **HLRa**: imitate **A** ‖ 199 Vox **H** *m. 1* Vix **La** | crudeli *uulgo*: crudelis **HL** crudeles **AR** ‖ 200 gaudete *Scaliger*: crudele **O** querulae *Heinsius* | nobis **R** ‖ 201 sororum *Barthius*: suorum **O** ‖ 202 Cyris **AR** ‖ 203 peruertite **A** (*corr.* **a**) **R**; praeuerrite *Heinsius* | aethere *Schraderus*

Qua nouus ad superum sedes haliaeetos et qua
Candida concessos ascendet ciris honores.
Iamque adeo dulci deuinctus lumina somno
Nisus erat, uigilumque procul custodia primas
Excubias foribus studio iactabat inani:
Cum furtim tacito descendens Scylla cubili
Auribus arrectis nocturna silentia temptat
Et pressis tenuem singultibus aera captat.
Tum suspensa leuans digitis uestigia primis
Egreditur ferroque manus armata bipenni
Auolat; at demptae subita in formidine uires:
Caeruleas sua furta prius testatur ad umbras.
Nam qua se ad patrium tendebat semita limen,
Vestibulo in thalami paulum remoratur et alti
Suspicit ad caeli nictantia sidera, multa
Non accepta piis promittens munera diuis.
Quam simul Ogygii Phoenicis filia Carme
Pergere sensit anus (sonitum nam fecerat illi

---

204 Quom uisat s. s. h. e. quom *ego olim* | haliaeetus *Loensis* (-tos *Hauptius*): calcheius **O** (*etiam* **H**) | et qua **La**: et a qua **A** et aqua **R** et aq̄ **H** ‖ 205 ascendet *Hauptius*: ascendat **O** (ascendunt **H** *m. 1*) ascendit *Schwabius* | cyris **AHR** ‖ 206 deuictus **LR** ‖ 207 Nissus **H** | primis (i *alt. in ras. m. 1*) **L** ‖ 208 ductabat *Heinsius* ‖ 209 tacio **R** ‖ 210 arrectis *uulgo*: aerectis **A** arreptis **L** erectis **R** ereptus (p *ex* c *corr., ut uid., puncta m. 2*) **H** | tentat **LR** ‖ 211 Et primum **L** ‖ 212 leuas **R** ‖ 213 bipenni *scripsi*: bidenti **AL** uidenti **HR** (*et ita* **A** *corr.*) ‖ 214 Auolat *scripsi*: Euolat **O** *e u. priore* (*ubi* Progreditur *Schwabius male*) | at **La**: aut **AHR** ‖ 215 testantur **H** ‖ 216 lumen **A** (*corr.* **a**) **H** *m. 1* ‖ 217 talami **R** | remoratus **H** *m. 1* **A** *m. 1* **R** | alti **AHR**: altum **L** alte *Hertzbergius* ‖ 218 Suscipit **A** | ad c(a)eli **O**: ad celsi *Scaliger* ad Lunae *Silligius* aetherii *Ladeuicus* | nictantia *Scaliger*: nutancia **A** nutantia **LH** *m. 2* mutantia **HR** | sydera **ALR** | multa *scripsi*: mundi **O** ‖ 219 acepta **R** ‖ 220 ogigii **O** | uenicis (u *in* f *corr. m. 2*) **H** | charme **L** ‖ 221 Pergere *scripsi*: Surgere **O** (*sed non surgentis e lecto, sed egredientis e cubiculo Scyllae sonitu expergefacta est anus, quae illam aliquamdiu remoratam iam pergere foris audit*)

Marmoreo aeratus stridens in limine cardo),
Corripit extemplo fessam languore puellam
Et simul 'o nobis sacrum caput' inquit 'alumnae,
Non tibi nequicquam uiridis per uiscera pallor
Aegrotas tenui suffundit sanguine uenas;
Nec leuis (hoc fieri neque enim pote) cura subedit.
Haut fallor (quod ut a! potius, Rhamnusia, fallar):
Nam qua te causa nec dulcis pocula Bacchi
Nec grauidos Cereris dicam contingere fetus;
Qua causa ad patrium solam uigilare cubile,
Tempore quo fessas mortalia pectora curas,
Quo rapidos etiam requiescunt flumina cursus?
Dic age nunc miserae saltem quae saepe petenti
Iurabas nihil esse mihi, cur maesta parentis
Formosos circum uirgo remorere capillos.
Ei mihi, ne furor ille tuos inuaserit artus,
Ille, Arabae Myrrhae quondam qui cepit ocellos,
Vt scelere infando (quod ne sinat Adrastea)
Laedere utrumque uno studeas errore parentem!

---

222 Marmore **A** Marmorea **R** ‖ 223 langore **H** *m. 1* **L** ‖ 224 simul o **La**: famulo **AHR** | carum *Schraderus, recte puto* ‖ 225 nec quicquam **R** | pallor *ex* pallet *corr.* **A** ‖ 226 Aegrotas **AR**: Egroto **H** Egrotos **L** | tenuis ς | suffudit **L** | uultus **L**; *num* malas *?* ‖ 227 hoc fieri *scripsi*: hoc faceret **O** hoc faceres *uulgo* hanc faciem *Pithoeus* Nec febris hoc faceret *Schwabius* | puto **L** | subedit *Marklandus*: subegit **O** ‖ 228 Haud **L** haut **a**: Aut **AHR** | quod ut a *ego*: quoduta (uta *m. 2 in* ita *corr.*) **H** quod te **AL** quod . . . **R** ut o *Schraderus* | potius *bis* (*alt. del.*) **A** | ramn. **ALR** rann. **H** | fallar *uulgo*: fallor **O** fallit **a** ‖ 229 qua **La**: que **AH** quę **R** | bachi **AH** ‖ 230 grauidus **H** | foetus **LR** ‖ 231 qua *uulgo*: que **AHR** quę **L** | sola in **AR** ‖ 233 rapidus **H** ‖ 234 saltem quae *ego*: saltemq. **H** saltem quod **ALR** (saltim **L**) ‖ 235 cur **L** *et ita ex* cum *corr. m. 1* **H**: cum **AR** ‖ 236 Formosus **H** *m. 1* | remorere *uulgo*: morerere **ALR** morere **H** remore ς ‖ 237 Hei **O** ‖ 238 arabee **H** arabea **A** arabis **La** | Myrrę **L** mirre **A** mirrae **R** mirra **H** | coepit **R** ‖ 239 ne (nei *?*) *Schenkelius*: nec **O** | sinat Adrastea *Loensis*: sinit adrastea **AL** sinita tristea **H**, *om.* **R** ‖ 240 utruq; **R** | ymo **H**

Quod si alio quouis animi iactaris amore
(Nam te iactari, non est Amathusia nostri
Tam rudis ut nullo possim cognoscere signo),
Si concessus amor noto te macerat igni:
Per tibi Dictynnae praesentia numina iuro,
Prona decus quae dulce mihi te donat alumnam,
Omnia me potius digna atque indigna, laborum
Milia uisuram, quam te tam tristibus istis
Sordibus et carie patiar tabescere tali.'
Haec loquitur, mollique ut se nudauit amictu,
Frigidulam iniecta circumdat ueste puellam,
Quae prius in tenui steterat succincta crocota.
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens
Persequitur miserae causas exquirere tabis,
Nec tamen ante ullas patitur sibi reddere uoces,
Marmoreum tremebunda pedem quam rettulit intra.
Illa autem 'quid me inquirens, nutricula, torques?

---

241 q̈uouis ä̈lio **A** quo uis alio **R** | animi *Hauptius*: animis **HR** animo **AL** | amore **L**: amorem **HR** amorem̈ **A** ‖ 242 Nec te **AR** | amathisia **AHR** amatisia **L** ‖ 244 Sin **L** | igne **AR** ‖ 245 dictinne **H** dictime **A**, *om.* **R** *lacuna relicta* | numine uino (iuro *suprascr. m. 2*) **H** ‖ 246 Prona *scripsi*: Prima **O** | decus *Schraderus*: deum **O** | alumpnam **AH** ‖ 247 atque] tuq: **L** | laturam **La** ‖ 248 Millia **AR**; Filia *Heinsius* | nisuram **H** ‖ 249 carie *scripsi praeeunte Barthio*: scoria **A** seonia **H** saria **L** morbo **R** cura *Heinsius* scabre *Scaliger* senio *uir doctus in misc. obss.* IV 323 (*et certe* senio *glossam suprascriptam fuisse docet* **H**; *et habent uetera glossaria* carie: senio *et* caries: uetustas, putredo) ‖ 250 Nec **H** | nudauit *scripsi*: uelauit **O** euelauit *uir doctus misc. obss.* IV *p.* 323 *recte offensus*; *nam in semita extraque cubiculum non habuit unde se primam, deinde puellam uestiret, sed amictum sibi scilicet detractum circumdat alumnae* ‖ 251 circudat **R** ‖ 252 in] ut **L** ‖ succinta (c *supra* nt *m. 2*) **R** | crocota *Scaliger*: corona **O** ‖ 253 fingens **R** ‖ 254 Persequitur *uulgo*: Persequimur (*supra* i *m. 2 uirgula add.*) **H** Prosequitur **ALR** | tabis *uir d. misc. obss.* IV 325: talis **AHR** tales **L**, **A** *ex corr.* ‖ 255 ullas] illam *Maehly* ‖ 256 quem **A** (*corr.* a) **R** | retulit **AHR** ‖ 257 quod **R** | me inquirens nutr. *scripsi*: me inquit nutr. **AHR** nunc me inquit nutr. **La** me inquit io nutr. *Hauptius* (io *Heinsio praeeunte*)

Quid tantum properas nostros nouisse furores?
Non ego consueto mortalibus uror amore,
Nec mihi notorum deflectunt lumina uultus,
Nec genitor cordi est: ultro namque odimus omnis.
Nil amat hic animus, nutrix, quod oportet amari,
Nil, quo falsa tamen lateat pietatis imago;
Sed media ex acie mediisque ex hostibus. eheu
Quid dicam quoue aegra malum hoc exordiar ore?
Dicam equidem, quoniam tu me non dicere, nutrix,
Non sinis: extremum hoc munus morientis habeto.
Ille, uides, nostris qui moenibus assidet hostis,
Quem pater ipse deum sceptri donauit honore,
Cui parcae tribuere nec ullo uulnere laedi
(Dicendum est, frustra circumuehor omnia uerbis),
Ille mea, ille idem oppugnat praecordia Minos.
Quod te per diuum crebros obtestor amores
Perque tuum memori sanctum mihi pectus alumnae,
Vt me si seruare potes ne perdere malis;
Sin autem optatae spes est incisa salutis,
Ne mihi quam merui inuideas, nutricula, mortem.

---

258 nostro **R** ‖ 261 oīs **H**: omnes **AL** oms̄ **R** ‖ 262 oportet; *cf. Lachmannus ad Lucr.* I 778 | amari *ex* amare **A** ‖ 263 Nil *Heynius*: In **O** | pistatis **H** *m. 1* ‖ 264 mediisque **AR**: mediis **L** medius **H** | eheu *scripsi*: heu **H** heuheu *ceteri* ‖ 265 quoue] quidue **R** | aegra *scripsi*: agam **AHR** ipsa **L** ausa *Silligius* | hoc *om.* **L** | quoniam tu me non *scripsi*: quoniam tum non (quid *supra* tum **a**) **A** quoniam tunc non **H** quoniam tu non **R** quoniam quid non tibi **L** quoniam fictum non *Bothius* quoniamque tibi non *Hauptius* | dicer& **A**, *corr.* **a** ‖ 267 sinus **H** *m. 1* | exmū **H** ‖ 268 quin **H** *m. 1* | assistet **H** *m. 1* ‖ 269 honorem **H** *m. 1* ‖ 270 Qui **H** (*pro* Quoi) | parcę et **L** | tribuunt **La** | nec ullo] nullo quod **L** ‖ 271 est *om.* **LR** | circumphehor **H** *m. 1* ‖ 273 te per **HL**: per te **AR** | obtestor **HLa**: testamur **AR** ‖ 274 memori sanctum *Silligius*: memoris auctum **AHR** memoris haustum **La** memori haustum *Scaliger* memori suctum *aliquando Hauptius* | alumpne (-nę) **AH** ‖ 275 Vi **H** | seruare potes *uulgo*: uersa repetes **AHR** uersare potes **La** | ne *uulgo*: nec **O** (nei *?*) ‖ 277 Ne *uulgo*: Nec **O** (Nei *?*) | inuidens **H** inuideris **AR**

Nam nisi te nobis malus, o malus, optima Carme,
Ante in conspectum casusue deusue tulisset,
Aut ferro hoc' (aperit ferrum quod ueste latebat)
'Purpureum patris dempsissem uertice crinem
Aut mihi praesenti peperissem uulnere letum'.
Vix haec ediderat, cum clade exterrita tristi
Incanos multo deturpat puluere crines
Et grauiter questu Carme complorat anili:
'O mihi nunc iterum crudelis reddite Minos,
O iterum nostrae Minos inimice senectae,
Quem per (ut a! olim natae te propter eundem)
Hunc Amor insanae luctum portauit alumnae!
Tene ego tam longe captiua auecta nequiui,
Tam graue seruitium, tam duros passa labores,
Effugere, ut sistam exitium crudele meorum?
Iam iam nec nobis aequo senioribus ullum
Viuere uti cupiam uiuit genus. a! quid ego amens

---

278 nisi] ni **L** | *malim* malus a! malus | charme **AR** || 279 Ante in consp. *Drakenborchius*: Ante hinc (*uel* huic) consp. **H** Ante hunc consp. **ALR** Ante expectatum *Scaliger* Hunc in consp. *ego conieci* || 280 Auferri hoc **L** | operit **R** capiti **L** | ferri **L** || 281 demsissem **H** || 282 mihi praesenti *om.* **L** *lacuna relicta* | lętum **R** || 283 ędiderat **R** | tristi *uulgo*: tristis **0** || 284 Incanos *Schenkelius*: Intonsos **0** Incomtos *Heinsius* Inmundos *uel* Infuso *Ribbeckius* | turpauit **L** || 285 quęstu **R** || carmie (i *expuncta*) **H** charme *ceteri* || 287 iterum] nimium **L** || 288 Quem per ut a *scripsi*: Semper aut **AHR** Semper et aut **La** Semper ut aut *Schraderus* | eundum **a** || 289 Hunc *scripsi*: Haud **H** Aut **ALR** | luctum **HL**: lectum **A** lętum **R** | portauit **0**: portaret *Schraderus* | alumpne **A** || 290 *om.* **L** | captiua auecta *scripsi*: capta atque auecta **0** (aduecta **A** *m. 1* **R**) rapta a. a. *Schenkelius* || 292 ut sistam exitium *Pithoeus*: obsistam exitium (-cium) **AHR** exitium obsistam **L** o sistam exitium ut *Ribbeckius* || 293 uobis **HR** | aequo *Hauptius*: ea que **A** ea q̄ (= quae) **H** eaquę **L** eaque **R** aeui *Heinsius* | seuioribus **R** || 294 Viuere uti cupiam *Silligius*: Viuendi copiam **0** (copiam *lac. rel. om.* **L**) | a *scripsi*: ut **0** | quod eo **R**

Te erepta, o Britomarti, meae spes una senectae,
Te, Britomarti, diem potui producere uitae?
Atque utinam celeri ne tantum grata Dianae
Venatus esses uirgo sectata uirorum,
Gnosia nec Partho contendens spicula cornu
Dictaeas ageres ad gramina nota capellas:
Numquam tam obnixe fugiens Minois amores
Praeceps aerii specula de montis abisses,
Vnde alii fugisse ferunt et numen Aphaeae
Virginis assignant, alii, quo notior esses,
Dictynnam dixere tuo de nomine lunam.
Sint haec uera uelim: mihi certe, nata, peristi:
Numquam ego te summo uolitantem in uertice montis
Hyrcanos inter comites agmenque ferorum
Conspiciam nec te redeuntem amplexa tenebo.
Verum haec haut nobis grauia atque indigna fuere

---

295 erepta o *uulgo*: erepto **O** (crepto **R**) | Britomarti *uulgo*: brito marte **H** britomarte **L** brito mortem **A** (h *supra* to, *et* marte **a**) britho mortem **R** | meae *edd. ant.*: mei **H** ei **AR** est **L** (*et* **A** *corr.*) | uana **La** | senectae *Heinrichius*: salutis **AR** sepulchri **HLa** (*lectu difficilis in exitu uersus archetypus*) || 296 *om.* **L** | Britomarti *uulgo*: brito marto marte (*sic*) **H** brithe morte **AR** britho marte **a** | diem *ex* dico *corr.* **A** | potu **A** (t *adiecit* **a**) || 297 cereri **L** | ne *uulgo*: nec **O** (nei *?*) || 298 *et* 299 *inter se transponendos putat Heynius* || 298 ferarum *Schraderus* || 299 Cnossia **L** Gnossia **R** | nec Partho *Hauptius*: naupharto **AR** naufarto **H** Neupharto **L** neu partho *uulgo* || 300 Dicteas **AHR** | puellas **A** (*corr.* **a**) **R** || 301 fugeres ó Minos **L** || 302 aerei **AR**: aeriis **H** *om. lac. rel.* **L** | montis abisses *Scaliger*: montibus isses **O** montis iisses *Hauptius* || 303 et *om.* **A** (*add.* **a**), *lac. rel.* **R** | numen Aphaeae *Parrhasius et Loensis*: numina phoee **H** numina phoce **AR** *et* (*nisi quod* phocae) **L** nomen Aphaeae *Scaliger* numina Aphaeae *Heynius* || 304 Virgines **H** || 305 Dictinam **HR** Dictmam **A** (*in* Dictimam *corr.* **a**) | lumine **R** || 306 Sunt **R** | perisses **L** || 307 in **L**: *om.* **AHR** | montis **AL**: *om.* **HR** || 308 Hircanos **AHR** Ire canes *Machly* | interque canes *Schraderus* | ferorum (*i. e. equorum*) *scripsi*: ferarum **O** || 310 haut nobis (*uel* non nobis) *scripsi*: tunc nobis **AR** tum nobis **H** cum nobis **L** tum non sic *Silligius* non mihi sic *Maehly*

Tum, mea alumna, tui cum spes integra manebat
Et uox ista meas nondum uiolauerat aures.
Tene etiam Fortuna mihi crudelis ademit,
Tene, o sola meae uiuendi causa senectae?
Saepe tuo dulci nequicquam capta sopore,
Cum premeret natura, mori me uelle negaui,
Vt tibi Corycio glomerarem flammea luto.
Quo nunc me, infelix, aut quae me fata reseruant?
An nescis, qua lege patris de uertice summo
Edita candentes praetexat purpura canos,
Quae tenui patriae spes sit suspensa capillo?
Si nescis, aliquam possum sperare salutem,
Inscia quandoquidem scelus es conata nefandum;
Sin est quod metuo, per te, mea alumna, tuumque
Expertum multis miserae mihi rebus amorem,
Perdere saeua precor per lumina et Ilithyiae,
Ne tantum facinus tam nulla mente sequaris.
Non ego te incepto, fieri quod non pote, conor

---

311 Tu **L** | alumpna **A** | tui] cui **H** *m. 1* tibi **A** (*corr.* a) **R** | manebat *Heinsius, ego*: maneret **O** || 312 Et **La**: Nec **AHR** | nundum **AHR** | uolauerat **H** || 313 Te etiam **R** | 314 o **L**: *om.* **AHR** || 315 nec quicquam **AR** | lepore *Heinsius* || 317 coricio **A**: coritio **L** coticio (*sic*) **H** caritio **R** || 318 aut quo me **AR**; ad quae me *uir doctus in misc. obss.* IV 326 | numina seruant **L** || 319 summo] canos **L** || 320 Ędita **R** | cadentes **A** | pretexerat **R** || canos] crines **L** || 321 Quam *Scaliger* | tenui patriae *edd. ant.*: tenuis patrio **O** | spes sit *uulgo*: pressit **O** (prȩsit **R**) | capilla **H** || 323 es conata **a**: est contata **L** es cantanda **A** esi (i *expunx. m. 2*) cantanda **H** esca tentanda **R** | nephandum **HR** || 324 per te mea *Gronouius*: per me mea **La** per me tua **H** per me tu **A** permetuo per me tu **R** te per mea *Scaliger* | alumpna **AH** || 326 Per te sacra *edd. ant.* Perdita, saeua *Ribbeckius* | scaeua **R** | pecor (r *supra* pe *m. 1*) **H** | lumina *Scaliger*: flumina **AHR** flumina sacra **La** numina *Heynius* | et *add. Silligius*: *om.* **O** que *Hauptius* te *Ribbeckius* | elithie **H** elithię **L** o lythie **A** elythię **R** Lethaeaea *Salmasius* || 327 Ne *Loensis*: Nec **O** (Nei *?*) || tantum facinus *scripsi*: tantum in facinus **O** (*quo seruato* feraris *Scaliger*) | nulla] molli **La** stulta *Heinrichius* | 328 incoepto **R**

Flectere amore, nec est cum dis contendere nostrum;
Sed patris incolumi potius denubere regno
Atque aliquos tamen esse uelis tibi, alumna, penates.
Hoc unum exilio docta atque experta monebo.
Quod si non alia poteris ratione parentem
Flectere (sed poteris: quid enim non unica possis?),
Tum potius tandem ista, pio cum iure licebit,
Cum facti causam tempusque doloris habebis,
Tum potius conata tua atque incepta referto;
Meque deosque tibi comites, mea alumna, futuros
Polliceor: nihil est, quod texitur ordine, longum.'
His ubi sollicitos animi releuauerat aestus
Vocibus et blanda pectus spe luserat aegrum,
Paulatim tremebunda genis obducere uestem
Virginis et placidam tenebris captare quietem
Inuerso bibulum restinguens lumen oliuo
Incipit ad crebrosque insani pectoris ictus
Ferre manum, assiduis mulcens praecordia palmis.
Noctem illam sic maesta super morientis alumnae
Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos.

---

329 amore *uulgo*: amor **O** | neque **L** | est *uulgo*: sit **O** | diis **O** | concedere **H** *m. 1* ‖ 330 te nubere **La**, **H** *m. 2* ‖ 331 uelim *uir doctus in misc. obss.* IV 327 | alumpna **A** aluma **R** ‖ 332 exilio *uir doctus l. l.*: exitio **AR** exicio **H** exitium **L** ‖ 333 aliqua *siue* ulla *Schraderus* ‖ 334 non **AR**: nisi **HL** ‖ 335 Tum *Hauptius*: Tu **AR** Tunc **HL** | tandem ista *scripsi*: ipa tm̄ (= tandem) **H** tamen ipsa **ALR** tamen ista *uir doctus l. l.* | iura **H** *m. 1* ‖ 336 tempus causamq; **A** | cum iusque dol. *Maehly* ‖ 337 Tum *Hauptius*: Tunc **O** | tue **A** tuo **La** | incepta *uulgo*: incerta **O** ‖ 338 deos **AR** (q; *add.* **a**) ‖ 339 *uerba* Nichil est — longum *habent excerpta Parisina*: *cf. uol.* I *p.* 223 | texitur *Paris.*: texuit **AHR** texat in **La** texas *uulgo* ‖ 340 His *uulgo*: Hic **AHR** Hoc **L** | tibi **L** | sollicitos **A** solicitos **R**: sollicitus **HL** | reuelauerat (*suprascr. m. 2* relaueuerat, *sic*) **H** releuauerit **a** uelauerat **L** ‖ 341 spe *om.* **H** | luserat *edd. ant.*: iusserat **AR** uiserat **Ha** clauserat **L** ‖ 342 gemis **H** ‖ 344 restinguens *uulgo*: restringens **O** (restrigens **L**) ‖ 345 crebrosque *Bothius*: crebros **O** ‖ 347 marcentis *uel* maerentis *Heinsius* ‖ alumpne **AH** ‖ 348 cubitos **H** cubitis **L** | pependis **H** *m. 1*

Postera lux ubi laeta diem mortalibus almum
Et gelida uenientem ignem quatiebat ab Oeta,
Quem pauidae alternis fugitant optantque puellae
(Hesperium uitant, optant ardescere Eoum),
Praeceptis paret uirgo nutricis et omnes
Vndique conquaerit nubendi sedula causas.
Temptantur patriae submissis uocibus aures,
Laudanturque bonae pacis bona: multus ineptae
Virginis insolito sermo nouus errat in ore.
Nunc tremere instantis belli certamina dicit
Immanemque timere deum, nunc regis amicis,
Iamque ipsi uerita heu! toruum flet maesta parentem,
Cum Ioue communes qui mittat auere nepotes.
Nunc etiam conficta dolo mendacia turpi
Inuenit et diuum terret formidine ciues;
Nunc alia ex aliis (nec desunt) omina quaerit.

---

349 mortalibū **H** *m. 1* | gelido **L**, *ex* gelida *corr.* **A** | uenientem ignem *Hauptius*: ueniente mihi (michi **H**) **AHR** uenientem mane **L** (mane *etiam* **a**) ueniens mani *uulgo* | obeta **H** *m. 1* ab oetha **AR** || 351 Quę **L** | optantque **La**: obstantq; **AHR** || 352 Eoum *Bentleius*: *om.* **AHR** solem **La** || 353 omnis **L**: oms **HR** omnes **A** || 354 conqrit (= conquaerit) **H**: conquirit *ceteri* || 355 Temptantur **A** *corr.*, **H** *m. 2* Tentantur **L**: Temptatus **AHR** | patriae **L** patrie **a**: proprie **AH** proprię **R** | summissis **L** || 356 Laudanter **H** | bona] bone **H** *m. 1* **L** | ineptae *Pithoeus*: inepte **H** inempte **A** inemptę **R** inepto **La** || 357 insolito *Pithoeus*: insolite **AH** *m. 1* (-tus *m. 2*) insolitę **LR** | erat **HR** || 358 bellis **H** | ducit **H** || 359 Immanemque *scripsi*: Communemq; **0** (Comun. **AR**) | amici **L** || 360 Iamque *Hauptius*: Namq; **0** (Nanq; **L**) Nunc *Kochius* | ipso **L** ipsa *ex* ipso *corr.* **A** | uerita heu *scripsi*: ueritas est **AHR** uerita est **La** uerita a! se *Ribbeckius* | toruum *scripsi*: orbum **AHR** orbari **La** orbam *Ribbeckius* | flet **AR**: fit **H** *om.* **L** | parentem **AH**: paretem **R** parente **La** || 361 comunes **AR** | qui mittat *scripsi*: quim **A** quin **HR** (*in* **H** n *del. m. 2*) qui quondam **La** quem par sit *Hauptius* qui nolit *uel* qui possit *Ribbeckius* | auere *scripsi*: habuere **0** habere *Hauptius* | parentes nepotes **A** ||

362 conficta *uulgo*: confecta **0** || 363 terre **H** *m. 1* || 364 alia] gallia **H** *m. 1* | nec] nunc **L** | omnia **R** | qrit *ex* qrunt *corr.* **H**: querunt (quęr.) **ALR**

Quin etiam castos ausa est corrumpere uates,
Vt, cum caesa pio cecidisset uictima ferro,
Essent qui generum Minoa auctoribus extis
Iungere et ancipites suaderent tollere pugnas.
At nutrix, patula componens sulphura testa,
Narcissum casiamque herbas contundit olentes,
Terque nouena ligans triplici diuersa colore
Fila 'ter in gremium mecum' inquit 'despue, uirgo,
Despue ter, uirgo: numero deus impare gaudet.'
Inde Ioui geminat magico dum mystica sacra,
Sacra nec Aeaeis anubus nec cognita Grais,
Pergit, Amyclaeo spargens altaria thallo,
Regis Iolciacis animum defigere uotis.
Verum ubi nulla mouet stabilem fallacia Nisum
Nec possunt homines nec possunt flectere diui
(Tanta est in paruo fiducia crine cauendi),
Rursus ad inceptum sociam se adiungit alumnae
Purpureumque parat rursus tondere capillum,

---

366 Vt *uulgo*: Et **O** ‖ 367 Essent *uulgo*: Et sinet (-nēt *m. 2*) **H** Et sit **A** (*ut uid.*) **R** Ut sint **La** | extis **La**, **H** *m. 2*: estis **AHR** ‖ 368 suaderet **AHR** ‖ 369 Et **H** | compones **R** ‖ 370 Narcisum **A** (*corr.* a) **H** Narcysum **R** | cassiamq; **A** | contundit] incendit **AH** ‖ 371 ligans *Ribbeckius*: ligant **AHR** ligat **L**, **H** *m. 2* ‖ 372 gremium] circum **L** ‖ 374 Inde] Hinc **L** | Ioui geminat magico *scripsi Schraderum secutus qui* ingeminat *uoluit*: magno geminat ioui **AHR** magno generata ioui **L** Ioui magno geminat *Silligius* magico uenerata Ioui *Scaliger* nigro *pro* magno *Wakefieldus* mago generata Ioui *Ribbeckius* | dum mystica *scripsi*: frigidula **AHR** *om.* **L** *lac. rel.* Stygialia *Scaliger* Stygia edere *Schraderus* furialia *Bothius* ‖ 375 Aeaeis *Heinsius*: ideis **O** Idaeis *uulgo* | anubus (u *in* i *corr.*) **H**: auibus **L** senibus **AR** | graiis **L** ‖ 376 Perdit **AR** | amycleo (amicl. a) spargens **La**: amicleos pergens **AR** emicleos (e *prior m. 2 in* a *corr.*, s *del. m. 2*) pergens **H** | tallo (*prior* l *deleta*) **H** talo **AR** ‖ 377 iolchiacis (-chis **L**) **O** | defigere **La**: defugere **AHR** ‖ 378 stabulis **L** | falacia, *alt.* l *suprascr.*, **R** ‖ 380 Tanto **H** | pauo **H** *m. 1* | mouendi cauēdi **H**; pauenti *Heynius* ‖ 381 Rurus **A** | incoeptum **R** | adiungit **HL**: iungit **AR** | alumpne **A**

Tam longo quod iam cupiat succurrere amori,
Non minus illa tamen, reuehi quod moenia Cressa
Gaudeat; et cineri patria est iocunda sepulto.
  Ergo iterum capiti Scylla est inimica paterno:
Tum coma Sidonio florens deciditur ostro,
Tum capitur Megara et diuum responsa probantur,
Tum suspensa nouo ritu de nauibus altis
Per mare caeruleum trahitur Niseia uirgo.
Complures illam nymphae mirantur in undis,
Miratur pater Oceanus et candida Tethys
Et cupidas secum rapiens Galatea sorores;
Illam etiam iunctis magnum quae piscibus aequor
Et glauco bipedum curru metitur equorum
Leucothoe paruusque dea cum matre Palaemon;
Illam etiam alternas sortiti uiuere luces,
Cara Iouis soboles, magnum Iouis incrementum,
Tyndaridae niueos mirantur uirginis artus.
Has adeo uoces atque haec lamenta per auras
Fluctibus in mediis questu uoluebat inani,

---

383 Tam *Heynius*: Cum **O** | longo **La**: longe **AHR** (ualde *suprascr. m. 2* **H**, *unde olim* ualido *conieci*) Infando *Kochius* Languenti *Ribbeckius* | quod iam **O**: quoniam *edd. ant.* | cupiat *scripsi*: captat **O** cupit ah *Heynius* | succurere **H** *m. 1* sucurrere **R** ‖ 384 reuehi **H** *m. 2*, **a**: rephehi **H** rauci **AR**, *om. lac. rel.* **L** | Cressa *Schraderus*: crescat **HL** crescant **AR** cernat **H** *m. 2* ‖ 385 Gaudebat: cineri *Bothius* | *num* en cineri *?* | patrie **L** | iuc. **L** | sepulchro **L**; *num* sepulchrum *?* ‖ 386 iterum *Heinsius*: metu **O** | capiti *uulgo*: capitis **O** | paterni **L** ‖ 387 Tunc **AR** | sidonio **La**, **H** *m. 2*: sidonia **AH** sydonia **R** | deciditur *Silligius*: deceditur **AHR** succiditur **La** ‖ 388 Tunc **AR** | megera **H** | proīnd', *ita* **H** *pro* probantur ‖ 389 Tunc **ALR** | de manibus **H** *m. 1* ‖ 392 Airatur **H** | occeanus **H** | tethis **A** thetis (i *in* y *corr.*) **R**, **H** *m. 2* (theseis **H** *m. 1*) ‖ 393 galathea **AR** galathęa **L** ‖ 394 Illa **L** | et **R** | magnumq; **H** magnum quoque **AR** ‖ 395 mettitur **H** ‖ 395 Leuchothoe **La**: Leucotoa **H** Leucothea **R** Leuchothea **A** ‖ 397 Illam *Heinsius*: Illi **O** | alternas *uulgo*: eternas **H** ęternas **L** ęternos **R** ęthernos **A** | luces **La**: lucos **AHR** ‖ 398 incremetum **R** ‖ 399 Tintaride **H** Tyndarides **R** Tindarides **A**

Ad caelum infelix ardentia lumina tendens,
Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas:
'Supprimite o paulum turbantia flamina uenti,
Dum queror et diuos (quamquam nil testibus illis
Profeci) extrema moriens tamen alloquor hora.
Vos ego, uos adeo, uenti, testabor, et aurae,
Vos, Pandionia si qui de gente uenitis,
Cernitis: illa ego sum cognato sanguine uobis
Scylla (quod o salua liceat te dicere Procne);
Illa ego sum Nisi pollentis filia quondam,
Certatim ex omni petiit quam Graecia regno,
Qua curuus terras amplectitur Hellespontus;
Illa ego sum, Minos, sacrato foedere coniunx
Dicta tibi: tamen haec, etsi non accipis, adsum.
Vinctane tam magni tranabo gurgitis undas?
Vincta tot adsiduas pendebo ex ordine luces?
Non equidem me alio possum contendere dignam
Supplicio, quod sic patriam carosque penates
Hostibus inmitique addixi ignara tyranno.
Verum istaec, Minos, illos scelerata putaui,
Si nostra ante aliquis nudasset foedera casus,
Facturos, quorum dereptis moenibus urbis
O ego crudelis flamma delubra petiui;

---

402 tollens **L** ‖ 404 turbantia *Maehly*: turbata **H** turbata o **L** turbati **AR** ‖ 405 queros **R** ‖ 408 Vos Pandionia *Heynius*: Vos o numantina **AHR** Vosq: Numantina **L** Vos matutina *Scaliger* Vos Orithyiae *Hertzbergius* | si quid **H** *m. 1* ‖ 409 saguine **A** | nobis **H** ‖ 410 licet **H** | te] tibi **La** mihi *Scaliger* | prochne **L**: progne **AHR** ‖ 411 Ille **H** *m. 1* Scylla **L** ‖ 412 Certam̄ **H** *m. 1* ‖ 413 Qua **L**: Quam **AHR** | terras **La**: e terris **AH** terris **R** | compl. **L** | helesp. **A** ‖ 414 coniux **H** ‖ 415 Facta **L** | hoc **L** | accipis **O**: aspicis *Heinsius* | adsum *scripsi*: audis **O** ‖ 416 Victane **R** | tramabo **H** trannabo **R** ‖ 418 cotendere **R** ‖ 419 quot **H** Quam quod, *ut uid.*, *compend.* **L** | sit **H** ‖ 420 immittiq. **H** | addixi **La**: adixi **H** aduxi **R** adduxi **A** | ingrata *uel* ignaua *Heinsius* gnara *Maehly* ‖ 421 istaec *Schraderus*: est hec **AHR** est hoc **L** | illos **La**: illo **AHR** ‖ 422 aliquid **H** | nudassent **H** ‖ 423 direptis **ALR** ‖ 424 flammis **A** flammam **L**

Te uero uictore prius uel sidera cursus
Mutatura suos quam te mihi talia captae
Facturum metui. iam iam scelus omnia uincit.
Ten ego plus patrio dilexi perdita regno?
Ten ego? nec mirum, uultu decepta puella
Vt uidi ut perii, ut me malus abstulit error.
Non equidem ex isto speraui corpore posse
Tale malum nasci: forma uel sidera fallas.
Me non deliciis commouit regia diues,
Curalio fragili aut electro lacrimoso,
Me non florentes aequali corpore nymphae,
Non metus incensam potuit retinere deorum:
Omnia uicit amor; quid enim non uinceret ille?
Non mihi iam pingui stillabunt tempora myrrha,
Pronuba nec castos accendet pinus honores,
Nec Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.
Vana queror: me ne illa quidem communis alumnam
Omnibus iniecta tellus tumulabit harena.
Mene inter matres ancillarisque maritas,

---

425 uero] non **H** *m. 1* | sydera **ALR** | 426 mihi *om.* **R** || 427 Facturum **L**: Factorum **H** Fatorum **AR** factore **a** | uicit **H** *m. 1* || 432 sidera **H** sydera **A**: sydere **LRa** | fallas *Hauptius*: falle **H** *m. 1* fallat *m. 2* fallor **ALR** || 433 Non me **L** | deliciis **a**: delitiis **L** delictis **H** delectis **AR** (*hic perdubium num in rasura*) | comouit **R** || 434 Diues *add. in initio edd. ant.* | Curalio *Iahnius*: Coralio **L** Corallo **AHR** | aut *Hauptius praeeunte Loensi*: et **O** atque *Heynius* | electro lacrimoso *Scaliger*: lacrimoso (lacrym. **A**) electro **AHR** lachrimoso mouit Electro **L** (mouit **a** *quoque add.*) || 436 incensam **La**: incendens **A** incẹndens (*puncta m. 2*) **H** incendes **R** || 437 uicit **H**: uincıt *ceteri* || 438 stillabunt *Heynius*: sudabunt **O** | mirra **HR** myrra **AL** || 439 castos] dascos **A** (*corr.* **a**) **R** | accendit **HR** | spinus *Leopardus* | odores **HL** || 440 Non **L** | libys assirio **A** || 441 Vana *Heinsius*: Magna **O** | me ne *Heynius*: ne ut **HL** nec et **AR** nec me *Scaliger* | comunis **R** | alumnam *Heinsius*: alumpna **AH** alumna **LR** || 442 Oomnibus, *alt.* o *del.*, **R** | tumulabit **L**: cumulabit **AHR** || 443 matres] comites **L** | ancillarisque *Silligius*: ancillariq; **HR** ancillarumq; **AL** | maritas **R**: marinas **AH** cateruas **La**

Men illas inter famulari munere fungi,
Coniugis atque tuae, quaecumque erit illa beata,
Non licuit grauidos penso deuoluere fusos?
At belli saltem captiuam lege necasses!
Iam fesso tandem fugiunt de corpore uires,
Et caput inflexa lentum ceruice recumbit,
Marmorea adductis tabescunt brachia nodis.
Aequoreae pristes, inmania corpora ponti,
Vndique conueniunt et glauco in gurgite circum
Verbere caudarum atque oris minitantur hiatu.
Iam tandem casus hominum, iam respice, Minos!
Sit satis hoc, tantum Scyllam uidisse malorum!
Vel fato fuerit nobis haec debita pestis
Vel casu incerto, merita uel denique culpa:
Omnia nam potius quam te fecisse putabo.'
Labitur interea resoluta ab litore classis,
Magna repentino sinuantur lintea coro,
Flectitur in uiridi remus sale, languida fessae
Virginis in cursu moritur querimonia longo.
Deserit angustis inclusum faucibus Isthmon,
Cypselidae magni florentia regna Corinthi;

444 Mene illas *Wakefieldus*: Menalias **HL** Moenalias **AR** Mene alias *uulgo* | famulari *Heynius*: famularum **0** || 445 beata **L**: beat(a)e **AHR** || 447 nicasses **H** *m. 1* || 448 fesso *Schraderus*: fesse **0** (-sę **R**) || 449 seruice recubit **R** || 450 tabescunt *Schraderus*: labescunt **AHR** labascunt **L** liuescunt *Heinsius* || 451 Equoreę **L**: Equorea **H** Aequorei **AR** | pristes *Heinsius*: pistres **H** *m. 2* pestes **HLa** pisces **AR** | inmania **Ha** immania **L**: minancia **A** minantia **R** || 453 Verbere **L**: Verbera **AHR** | hyatu **AH** || 454 *hic incipit* **B** || 455 Scyllam *Hauptius*: solam **BL** sola **AHR** || 447 incerto *Scaliger*: in cepto **B** incepto **ALH** *m. 2* (inceptu *m. 1*) incoepto **R** || 458 nam] non **H** | pocius **B** | fecisse **B**: legisse **AHR** lesisse **La** || 459 resoluta *Heinsius*: reuoluta **0** | a **AR** | littore **0** (lictore **L**) || 460 littora, *m. 2 in* lintea *corr.*, **B** linthea **AR** | coro **H**: choro *ceteri* || 462 quęremonia **R** || 463 Desirit **B** | isthmon **B**: istmon **A** histhmo **L** idmon **H** ismon **R** | 464 Cypselide **L** Cypseide (l *m. 1* [*sic*] *supra* ei) **H**: Cipseide **BA** Cypseide **R** Cypselidae et *Schraderus* | florencia **BH** | chorinthi **B** corinti **H** corynthi **LR** Corinthum *Heynius*

Praeterit abruptas Scironis protinus arces
Infestumque suis dirae testudinis exit
Spelaeum multoque cruentas hospite cautes.
Iamque adeo tutum longe Piraeea cernit,
Et notas eheu frustra respectat Athenas.
Iam procul e fluctu Salaminia dispicit arua
Florentesque uidet iam Cycladas; hinc sinus illi
Sunius, hinc statio contra patet Hermionea.
Linquitur ante alias longe gratissima Delos
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo.
Prospicit incinctam spumanti litore Cythnum
Marmoreamque Paron uiridemque adlapsa Donysam
Aeginamque simul serpentiferamque Seriphum.
Fertur et incertis iactatur ad omnia uentis,

---

465 abrustas **R** | scironis **B**: chironis **HR** chyronis **L** duronis **A** ‖ 466 Infoestumq; **R** ‖ 467 Speleum **BAHR** | hospita **H** | cautas **H** *m. 1* ‖ 468 Tamque **B** | Piraeea *uulgo*: pireia **HLR** pirreia **A** pierida, *m. 2 in* pireia *corr.*, **B** ‖ 469 eheu **B**: secum heu *ceteri* | atenas **H** *m. 1* harenas **AR** ‖ 470 e fluctu **B**: e fluctus **AR** et fluctus **H** effluxus **L** | salamina, *m. 2 in* salaminia *corr.*, **B**: alia minos **HR** alia (*deletum*) minoia **A** minoia **L** Salaminos *Silligius* | dispicit *scripsi*: respicit **BAL** aspicit **HR** suspicit *Silligius* ‖ 471 sinus illi *Hauptius* (sinus *edd. ant. praeeuntibus*): uenus illi **BAHR** strophadasq; **La** uetus illi *Hertzbergius* ‖ 472 Sunius *Hauptius* (Sunion *Heynio praeeunte*): Sinius **B** Summus **AHR** Hinc sinus **L** (hinc a *quoque addit*) | hic, *m. 2, ut uid., in* hinc *corr.*, **B** | stacio **BH** | petet **A** (*corr.* a) petit **R** | hermionea *m. 2 ex* herimonea *corr.* **B**: hermiona **AR** hermonia **H** hermionia **L** ‖ 473 *sq. interpolatos putat Hertzbergius* ‖ 474 neptūno **A** neptunno **L** | aegeo **ALR** egeo **H** ageo **B** ‖ 475 Hospicit **H** *m. 1* | intinctam **H**; hinc cinctam *Schraderus* | littore **O** (lict. **L**) gurgite *Schraderus* | Cythnum *Loensis*: ≡≡≡cinthum (*erasum* chi) **B** cyncum **A** cyntum **R** chintum **H** cynthum **L** ‖ 476 Marmoreonq. **H** | uiridimque *m. 1* **B** | allapsa **ALR** | donisam **BL**, **H** *m. 2*: donisa **H** donissam **AR** ‖ 477 Eginamque **B**; Olearonque *Puetzius* | serpentiferamque *Scaliger*: salutiferamque **BAHR** sementiferamque **La** serpulliferamque *Schenkelius* | seryphum **L** seriphon **A** seryphon **R** ‖ 478 ad omni **H** *m. 1*; ad aera *Ribbeckius*

Cumba uelut, magnas sequitur cum paruula classes,
Afer et hiberno bacchatur in aequore turbo.
Donec tale decus formae uexarier auris
Non tulit ac miseros mutauit uirginis artus
Caeruleo pollens coniunx Neptunia regno.
Sed tamen aeternam squamis uestire puellam
Infidosque inter teneram committere pisces
Non statuit (nimium est auidum pecus Amphitrites):
Aeriis potius sublimem sustulit alis,
Esset ut in terris facti de nomine ciris,
Ciris Amyclaeo formosior ansere Ledae.
Hic uelut in niueo, tenera est cum primitus, ouo
Effigies animantis et internodia membris
Inperfecta nouo fluitant concreta calore:
Sic liquido Scyllae circumfusum aequore corpus
Semiferi incertis etiam nunc partibus artus
Vndique mutabant atque undique mutabantur.
Oris honos primum et multis optata labella
Et patulae frontis species concrescere in unum

---

479 Cumba **B**: Cimba **AHR** cymba **L** | uelud **B** || 480 Affer **BAH** | hyberno **A** hibernos **H** *m. 1* | bachatur **BAH** || 481 forine **B** | uexarier **B**: uexauit et **AHR** uexauerit **L** | auris *scripsi*: undis **B** egros **AH** aegros **R** egram **L** ultra *Heinsius* Aegon *Hertzbergius* || 482 ac] et **AR** || 483 coniux **B** *m. 1*, **R** | neptūnia **AL** neptunio **B** *m. 1* || 484 eternam **B**: externam **AHR** et rigidis **L** eximiam *Hauptius* extremam *Hertzbergius* aeternis *Ribbeckius* aequoreis *Maehly* | squammis **R** || 485 tenerā *m. 2 ex* teneras *corr.* **B** | comittere **B** *m. 1*, **R** connetere **H** || 486 nimium *m. 2 ex* minimum *corr.* **B** | nimiumq: auide regno **L** | amphiť (des *add. m. aequalis*) **H** || 487 Aereis **BAR** Aeris **H** | pocius **B** | subst. **AL** || 488 cyris **ALR** || 489 Cyris **ALR** | amicleo **BAHR**; Amycleae *Heinsius* || 490 uelud **BH** | tenera est *Hauptius*: tenere **BL** tener est **AR** teneres (s *del. m. 2*) **H** || protinus **La** | ono **H** *m. 1* || 491 Effugies **H** *m. 1* | animantur **B** || 492 Inp. **B**: Imp. *ceteri* | concreata **H** | calor≡ **L** || 493 liquidos **AR**, **H** *m. 1* | cille **B** scille **AH** syllę **R** || 494 Seniferi **R** | eciam **B**; etiam tum *Silligius* || 495 mutabantur *m. 1 in* mutabuntur *corr.* **B** mutabuntur **H** mutabatur **L** || 496 Horis honus **H** | et *om.* **L** | multi **B** || 497 speties **L**

Coepere et gracili mentum producere rostro;
Tum qua se medium capitis discrimen agebat,
Ecce repente uelut patrios imitatus honores
Puniceam concussit apex in uertice cristam;
At mollis uarios intexens pluma colores
Marmoreum uolucri uestiuit tegmine corpus,
Lentaque perpetuas fuderunt brachia pinnas.
Inde alias partes minioque infecta rubenti
Crura noua macies obduxit squalida pelli
Et pedibus teneris ungues affixit acutos.
Et tamen hoc demum miserae succurrere pacto
Vix fuerat placida Neptuni coniuge dignum.
Numquam illam post haec oculi uidere suorum
Purpureas flavo retinentem uertice uittas,
Non thalamus Syrio fragrans accepit amomo,
Nullae illam sedes: quid enim cum sedibus illi?
Quae simul ut sese cano de gurgite uelox
Cum sonitu ad caelum stridentibus extulit alis
Et multum late dispersit in aequora rorem
Infelix uirgo nequicquam a morte recepta
Incultum solis in rupibus exigit aeuum,

---

498 Cepere **BA** | *inter* producere *et* rostro *rasura in* **B** ‖ 499 qua se] quasi **B** quia se **La** ‖ 500 uelud **BH** | paruos **L** | inmitatus **R** ‖ 501 Purpuream **La** | concusit **R** ‖ 502 mollis] membris **La** | coloris **H** ‖ 503 Mansurum **La** | nescuit **H** *m. 1, in* uesciuit *corr. m. 2* | tecmine **B** ‖ 504 funderunt **BHR** | pinnas **B**: pennas *ceteri* ‖ 505 nimioq; **R** | imperfecta **H** ‖ 506 noua macies *edd. ant.*: nouamque acies (i *supra lin.*) **B** nouamq; aciem **A** nouamq. acie **H** nouemq: aciem **L** nouatiq; aciem **R** | pelli *Pithoeus*: pellem **O** (pellis **La**); *num ex* pellei *?* nouam — pellem *Silligius* ‖ 507 pellibus **H** | teneros **H** *m. 1* ‖ 508 Et tam tamen **B** | miserere **A** | sucurrere **B** ‖ 509 placide **AR** | neptūni **A** | 510 Nunquam **HLR** | illum **B** | post hac **La** ‖ 511 flauo **B**: saluo *ceteri* | retinentes **R** renitentem **B** | uictas **L** ‖ 512 thalamis **R** | Syrio *scripsi* (*et ita iam Heynius obiter*): tirio **B** thirio **H** tyrio **ALR** | fragrans *uulgo*: flagrans **O** | amono **R** ‖ 513 Nulla *Scaliger* | illum **B** *m. 1* | fides **R** | cum *Heinsius*: iam **O** | illi **B**: illis *ceteri* ‖ 516 (a)equora **BH**: (a)equore **ALR** ‖ 517 nequiquam **B** | a *uulgo*: *om.* **O**

Rupibus et scopulis et litoribus desertis.
Nec tamen hoc ipsum poena sine: namque deum rex,
Omnia qui imperio stellarum milia uersat,
Commotus talem ad superos uolitare puellam,
Cum pater extinctus caeca sub nocte lateret,
Illi pro pietate sua (nam saepe nitentum
Sanguine taurorum supplex resperserat aras,
Saepe deum largo decorarat munere sedes)
Reddidit optatam mutato corpore uitam
Fecitque in terris haliaeetos ales ut esset:
Quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.
Huic uero miserae, quoniam damnata deorum
Iudicio fatique et coniugis ante fuisset,
Infesti apposuit odium crudele parentis.
Namque ut in aetherio signorum lumine praestans,
Vnum quem duplici stellatum sidere uidi,
Scorpios alternis clarum fugat Oriona:

---

519 littoribus **O** (lict. **L**) ‖ 520 hac **H** | ipsum **B** *mg. m. 2*: iterum **O** | pena **B**: penna (*post* a *litt. erasa*) **A** penas **HLR** | siue **R** | 521 inperio **B** | stellarum milia *scripsi*: terrarum milia **O** (millia **AR**) rerum mortalia *Heinsius* et terras ac sidera *Heynius* terras mare sidera *Ribbeckius* ‖ 522 Comotus **B** *m. 1* **H** | ad celum, *mg. m. 2* superos, **B** | uiolare **H** *m. 1* ‖ 523 Dum *Silligius* ‖ 524 proprietate **H** *m. 1* | nitentum *uulgo*: uidemus **O** bidentum *Scaliger* ‖ 525 thaurorum **AH** | suplex **H** | respexerat **B**, **H** *m. 1* | aras **A** *suprascr.*, **R**: auras **BAHL** ‖ 526 longo decorauit **AR** | sedem **A**, *corr.* a ‖ 527 Reddit (et *suprascr. m. 2*) **H** ‖ 528 Fecit et **La** | halietos ales **Ba**: aliethos ales **L** helicone sales **H** helice sales **AR** | essent **R** ‖ 529 aquilis **B** *mg. m. 2*, **La**: aliis **B** aliquis **AHR** | choruscis **B**: coruscus **HLR** coruschus **A** ‖ 530 uero **BLa**: ero **AHR** (ergo **H** *m. 2*) | q$\overline{\text{m}}$ = quoniam, *sic* **H** | damnata **B**: iam nata **HLa** iam nacta **AR** ‖ 531 Iuidicio **B** *m. 1* Indicio **A** | fatique *scripsi*: natique **O** (nāque **B**, *corr. mg. m. 2*) patrisque *Heynius* patriaeque *Silligius* ‖ 532 Infoesti **R** | apposuit *Heynius et Silligius*: apposuitque **O** (-suit q̄ = quae **H**) opposuit *Maehly* ‖ 533 Iamq; **La** | ut in etherio **B**: utinam (a)ethereo *ceteri* (etherio **L**) | lumine *Schraderus*: munere **O** | pręstas **R** ‖ 534 dupplici **A** | stellatum *edd. ant.*: stellarum **O** | sydere **LR** munere (n *supra lin.*) **B** ‖ 535 Scorpios **B**: Scorpius *ceteri* | alterius **R** | fugant **AHR**, *om. lac. rel.* **L** | oryona **AR**

Sic inter sese tristis haliaeetos iras
Et ciris memori seruant ad saecula fato.
Quacumque illa leuem fugiens secat aethera pinnis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
Illa leuem fugiens raptim secat aethera pinnis.

---

orionem **L** ‖ 532 se≡≡≡se (*erasum* tristi) **B** | tristes **L** | alietos **BH** aliethos **A**: aliethes **R** aliethus **L** | in iras **ALR** ‖ 537 ciris **Ba**: ciricis **AH** cyricis **LR** | *inter* memori *et* seruant *quattuor fere litt. erasae in* **B** | seruans **L** | sedula **A** (*corr.* a) **R** | facto **A** (*corr.* a) **R** facta **H** ‖ 538 secat] in **L** | aera **AR** | pinnus (pennis *suprascr. m. 2*) **H** pennis **BALR** ‖ 540 uisus **B** *m. 1*, **H** ‖ 541 aera **AR** | pinnis **H**: pennis **BALR** ‖ P. Virgilii Maronis Cyris finit *litt. maiusc.* **R** O fenix **H** *subscribunt.*

VI.

PRIAPEA.

I.

Vere rosa, pomis autumno, aestate frequentor
  Spicis: una mihi est horrida pestis hiems.
Nam frigus metuo et uereor, ne ligneus ignem
  Hic deus ignauis praebeat agricolis.

II.

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
Ego arida, o uiator, ecce populus
Agellulum hunc, sinistra et ante quem uides,
Erique villulam hortulumque pauperis
Tuor malaque furis arceo manu.

De codicibus cf. praef. p. 24 ‖ *sine titulo* **B**; Catalepton uirgilii incipit **HM** Vergilii catalepton **R** P. Virgilii catalepton **A** ‖ I. 1 pomis autumno *Lachmannus ad Lucr. p.* 199: autumno pomis **O** (autūpno **HM** autūnus **R** autupnus **A**) | Autūno (Autūpno **M**) — frequentor *proprio uersu repetunt* **HM** ‖ 2 hiemps **AB** hyemps **H** hyems **M** ‖ 3 ligneus *m. 2 ex* lintieus *corr.* **B** igneus **R**; lentus in *L. Muellerus* | igne *Scaliger* ‖ 4 ignauis ς: ignaris **O** ingratis *coni. Ribbeckius* | prebeat **O**: praebear ς

II. *Cohaeret superiori carmini in* **O** ‖ 1 Ego *om.* **AR** ‖ 2 arrida **A** | o *add.* ς: *om.* **O** ‖ 3 Agellulum ς: Agellum **O** | sinistra et ante *Ribbeckius*: sinistre tante **BHM** sinistre stantem **AR** sinistera ante *Scaliger* sinister ante *L. Muellerus* ‖ 4 Heriq; **AR** | uillulam ς: uillam **O** | ortulumq; **AHM** ‖ 5 Tuor *uulgo*: Tueor **O** | malasque — manus ς (malamque — manum *Ribbeckius*) *praeter necessitatem* | futuris **HM**

Mihi corolla picta uere ponitur,
Mihi rubens arista sole feruido,
Mihi uirente dulcis uua pampino,
Mihi coacta duro oliua frigore.
Meis capella delicata pascuis
In urbem adulta lacte portat ubera;
Meisque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit aere dexteram,
Tenace matre mugiente uaccula
Deum profundit ante templa sanguinem.
Proin, uiator, hunc deum uereberis
Manumque sursum habebis. hoc tibi expedit:
Parata namque crux ab hace mentula.
'Velis pol!' inquis: at pol ecce uilicus
Venit, ualente cui reuulsa brachio
Fit ista mentula apta claua dexterae.

---

6 corollo **B**, *corr. m. 2* | ne reponitur **M** ‖ 7 fermido **HM** ‖ 8 uirentē **R** | una **H** ‖ 9 Mihi glauca oliuo (-ua *m. 2*) duro cocta frigo **B** Mihi glauca oliua (oriua **M**) duro frigore cocta **I** (*nisi quod* coacta **R**); duro cocta frigore ς; Mihique glauca duro oliua frigore *Muretus* Mihi caduca duro oliua frigore *Heysius* Mihique glauca oliua cocta frigore *L. Muellerus*; *meam in textu exhibui coniecturam* ‖ 10 dedicata **M** ‖ 11 ad ulta **B** adultera **HM** ‖ 12 que *om.* **M** | piguis (*sic*) **H** ‖ 13 remittit aere dextram **B** (dexteram *uulgo*): *om.* **I** *spatio in textu relicto* ‖ 14 Tenace *scripsi*: Teneraque **O** Tenerque ς Tenella *Doruillius* Tenaxque *Doeringius* | matre mugiente **B**: matrem mugientem **I** | uacula **O**; buculus *Hauptius opusc.* III *p.* 582 ‖ 15 Dum **B** | *inter* profundit *et* ante *quinque fere litterae eras.* **B** ‖ 16 uerberis **AR** ‖ 17 Nanūq; **H** | sursum *etiam* **B** | habebis **B**: habebit **I** ‖ 18 namque] neque **AR** | crux **O** (*hoc est*: *malum ac pernicies*): trux *Is. Vossius* | ab hace mentula *scripsi*: estate ementula **I** (aest. **R**) uestat (*marg. m. 2* ecce *add.*) mentula **B**; *apparet glossam* est *in textum inlatam turbas mouisse*; sine arte m. *Muretus* stat ecce m. *Ribbeckius* stat hasta m. *Muellerus* stat illa m. *Buechelerus* (*omnes* trux *scribentes*) ‖ 19 Velis *scripsi*: Velim **O** | iniquis **H** imquis **M** | uillicus **I** ‖ 20 ualente *uulgo*: ualenti **O** | cui] cum **AR** | reuulsa *etiam* **B** ‖ 21 Fit **B**: Fuit **I** ‖ capta **R** | clana **H** | dextre **M**

III.

Hunc ego, o iuuenes, locum uillulamque palustrem
Tectam uimine iunceo caricisque maniplis,
Quercus arida rustica fomitata securi,
Nutrior: magis et magis fit beata quotannis.
Huius nam domini colunt me deumque salutant
Pauperis tuguri pater filiusque adulescens,
Alter assidua cauens diligentia, ut herba,
Aspera ut rubus a meo sit remota sacello,
Alter parua manu ferens saepe munera larga.
Florido mihi ponitur picta uere corolla,
Primitus tenera uirens spica mollis arista,
Luteae uiolae mihi lacteumque papauer
Pallentesque cucurbitae et suaue olentia mala,
Vua pampinea rubens educata sub umbra,

. . . . . .

III. *Cohaeret priori carmini in* **O** ‖ 1 ego **B**: *om.* **I** | o *add. Lachmannus ad Prop. p.* 289: *om.* **O** ‖ 2 Tectam uimine **B**: Tecta (-tam **R**) munimine **I** (*sic*) | iunceo **B**: iunco **I** | caricisque *uulgo*: carisque **O** ‖ 3 fomitata *Is. Vossius* (*cf. Placidus p.* 45, 8 *Deuerl.*): formicata **BM** formitata **H** formata **AR** formidata ς fabricata *Schraderus* ‖ 4 Nutrior **BHM**: Nutriui **AR** Nutrio *Vossius* Nunc tuor *Scaliger* (En tuor *Ribbeckius*) Nutriui ut *Gruppius* Tutor ut *Buechelerus* | *prius* magis *ex* magus *corr. m. 2* **B** | fit *scripsi*: ut **O** nunc ς sit *Vossius* | beata *etiam* **B** | quot annis **O** ‖ 5 domū **R** | me deumq; ς: mediumq; **O** ‖ 6 pate **H** | adulescens **B**: *om.* **I** (*unde* coloni *Scaliger*, tenellus *Vossius add.*) ‖ 7 assiduam **HM** | cauens *L. Muellerus*: colens **O** (*e u.* 5) | herba ς: herb(a)e **O** ‖ 7 *iteratur in* **H** (diligiīcia) ‖ 8 Aspera ut rubus a *scripsi*: Asper aut rubus a **B** Aspera drubusa **HM** Aspera dumosa **AR** Asper ac rubus a *Ribbeckius* Vepresque aut r. a *L. Muellerus* | sit **BHM** (*sic*): sint **AR** ‖ 9 manu **B**: *om.* **I** (ferens manu ς) | saepe *Schraderus*: semper **O** (sed semper **R**) | laga **B** ‖ 10 Florida **B** | ponitur **B**: ponit **I** ‖ 11 Primitus, *ita* **O** | uiret *Hertzbergius* ‖ 12 Luttee **B** Lutea **H** Lucea **M** Luctae **R** Lutee **A** | lacteumue **AR** ‖ 13 Palantesque *Heinsius* | que *om.* **A** | suaueo lencia **B** olencia **H** dēcia **M** ‖ 14 Vna **H** Vuua **R** | pampinea *etiam* **B** ‖ *post* 14 *unius uersus lacunam indicaui*: *desunt enim munera per hiemem* (*cf.* II 9) *oblata*

Sanguine haec etiam mihi — sed tacebitis — arma
Barbatus linit hirculus cornipesue capella.
Pro quis mutua honoribus nunc necesse Priapo est
Praestare et domini hortulum uineamque tueri.
Quare hinc, o pueri, malas abstinete rapinas.
Vicinus prope diues est neglegensque Priapus:
Inde sumite, semita haec deinde uos feret ipsa.

---

15 Sanguine haec *Is. Vossius*: Sanguinea **O** Sanguine hanc — aram *Muretus* | et **B** eciam **H** | tacebis **R** ‖ 16 lini hirculus **A** lini tirculus **H** lini irculus **M** lini hircus **R** | cornipesue *uulgo*: cornipesque **O** (cornu≡≡≡pesque, *erasis litteris* usque *compendiose scriptis*, **B**) | capella **B**: capelle **I** (-ę **R**) ‖ 17 mutua *scripsi*: omnia **O** (omnibus **M**) munia *Buechelerus* | nunc *idem*: hoc **O** sic *L. Muellerus* | priapo est **B**: priape **I** priapo ꝺ ‖ 18 Prestaret **M** (*& suprascr.* **H**) | niueāq; **H** | que *om.* **B** | uineam hortumq; **AR** ‖ 19 malas **AR**: mala **BH** male **M** ‖ 20 Vicimus **AR** | diues *om.* **AR** | negligensq; **ARM** ‖ 21 sumitte **R** submitte **A** | semita ꝺ: semitam **O** | de iñ **H**

VII.

EPIGRAMMATA.

[CATALECTA.]

I.

Delia saepe tibi uenit. sed, Tucca, uidere
  Non licet: occulitur limine clausa uiri.
Delia saepe tibi, non uenit adhuc mihi: namque
  Si occulitur, longe est tangere quod nequeas.
Venerit: audisti. sed iam mihi nuntius iste
  Quid prodest? illi dic ita, quoi rediit!

Epigrammata *addidi*; *cohaerent in* **O** *Priapeo tertio sine interuallo*; *de codicibus cf. Praef. p.* 24 ‖ I 1 Delia *Scaliger*: De qua **O** (q̄ = quae **H**) | tibi *hic omissum post* uidere *add.* **R** *sign. appos.* | set **B** *hic* (s; **MR**) | tuica **HM** ‖ 2 oculitur **AHM** | lim. *ex* lum. *corr.* **A** | cāusa **R** ‖ 3 Delia *Scaliger*: De qua **O** (q̄ **H**; *inter* De *et* qua *m. rec.* s [*sic*] *add.* **R**) | tibi non **B**: non tibi **I** ‖ 4 Sic longe occulitusr (*om.* est) **R** | oculitur **H** (*sic*) **M** ‖ 5 audisti *scripsi*: audiui **B** aut tibi **I** (ibi **H**) illa tibi *Heynius* | sed iam **B** *cum ceteris* (iam iam ς, *unde* aut iam iam tibi, sed mihi *Scaliger*) | nuncius **BM** nutius **R** ‖ 6 Quod prodetst (*in* -dest *corr.*) **B** | dic ita *scripsi*: dicite **O** dicere ς dicito *Scaliger* | quoi *Hauptius* (cui *Heynio praeeunte*): qui **B** que **I** (quae **R**) | *inter* qui *et* rediit *rasura in* **B**

II.

Corinthiorum amator iste uerborum,
Thucydides Britannus, Atticae febris,
Tau Gallicum, min et spin ut male illisit,
Ita omnia ista uerba miscuit fratri.

III (XII).

Aspice, quem ualido subnixum gloria regno
Altius a! caeli sedibus extulerat.

II. Quintilianus VIII 3, 27 sqq.: 'multa alia etiam audentius inseri possunt, sed ita demum, si non appareat adfectatio, in quam mirifice Vergilius: Corinthiorum — fratri. Cimber hic fuit, a quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est: Germanum Cimber necauit. nec minus noto Sallustius epigrammate' eqs.

Ausonii in grammaticomastige de uu. 5—8 testimonium uide praef. p. 43—45.

II. *Cohaeret priori in* **O** ‖ 1 Chorinth. **B** Corinthearum **HM** Orinthiorū **R** ‖ *inter u.* 1 *et* 2 *hic in* **O** *inseritur uersiculus* Iste iste rhetor namque quatenus totus (*nisi quod* retor **H** hettor **B**, naq; **R**, quotenus **M**): *omittit Quintilianus* ‖ 2 Tuclichidydes (dy *ex* cly *corr.*) **B** Thuchididis **HM** Tuchydidis **AR** Tucydides *Quintil. codd.* | brittannus, brittanus, britanus *Quintil. codd.*: tyrannū **B** tirannū **HM** tyrannus **A** tirannus **R** | attice *Quintil. codd.* (*in Ambros. in* -cę *corr. m. 2*): atice **I** (-cae **R**) attica **B** | febris **O**: febres *Quintil. codd.* ‖ 3 Thau **BHM** | galligū *ita* **B** galicum **AR** | *post* Gallicum *habent*: mi et spinet male **B** minet psinet male **HM** min& prosm& male **A** minet prominet male **R**; enim et spinet male *Quintil. Ambros. et, nisi quod* spine, *ceteri* (ut *pro* et *unus recentior*); *e doctis coniecere* min sil et al male *Salmasius*, min al spinae male *Huschkius* min al sil ut male *Phil. Wagnerus* gallicum al, min et sil ut male *Schenkelius* | illisit **O**, *codd. Quintiliani* (illi sit **R** *et unus deter. Quint.*); *quod duplex contra testimonium non ausim reponere Wagneri coniecturam* elisit ‖ 4 Ita **BHM**, *Quintil. codd.*: Ista **AR**

III (*uulgo* XII). *Cohaeret priori in* **O** ‖ 1 S spice **R** | ualido] uideo **AR**; inuidia *Hertzbergius* | subnixo **M** | regni *Hertzbergius* ‖ 2 Alcius **BHM** | a (*uel* en) *scripsi*: et **O** (e **M**) | celi **BHM**: regni **AR**

Terrarum hic bello magnum concusserat orbem,
Hic reges Asiae fregerat, hic populos;
Hic graue seruitium tibi iam, tibi, Roma, ferebat
(Cetera namque uiri cuspide conciderant),
Cum subito in medio rerum certamine praeceps
Corruit, ec patria pulsus in exilium.
Tale deae numen, tali mortalia motu
Fallax momento temporis hora ferit.

IV (XIII).

Quocumque inde ferunt uariae nos tempora uitae,
Tangere quas terras quosque uidere homines,
Dispeream, si te fuerit mihi carior alter.
Alter enim qui te dulcior esse potest,
Cui iuueni ante alios Clio Cliusque sorores
Cuncta neque indigno, Musa, dedere bona,
Cuncta quibus gaudet Phoebi chorus ipseque Phoebus?
Doctior o quis te, Musa, fuisse potest?

---

3 Terrore hic belli *Ruhnkenius ad Vell.* II 18, 3 | Magnus *Is. Vossius* | concusserat orbem *propria linea* **B** ‖ 4 populus **HM** ‖ 5 seruicium **B** seruitum **HM** | tibi iam tibi **I**: tibi iam **B** (*unde aliquando* tibi iam, pro!, Roma *conieci*) ‖ 6 Coetera **R** ‖ 7 conamine *coni. Burmannus* ‖ 8 Coruit **R** | ec *Ribbeckius*: et **BHM** e **AR** ‖ 9 motu *scripsi*: nutu **O** ritu *Hauptius* ‖ 10 memento **M** | ferit *scripsi*: dedit **O** premit *Ruhnkenius* regit *Hertzbergius* ruit *Hauptius* ‖ *continuatur a sequenti in* **O**

IV (XIII *uulgo*). 1 Quodcumque **B** | inde ferunt *scripsi*: ire ferunt **I** hi referunt **B** | uaria **M** ‖ 2 Tangere **B**: Pangere **I** | quosque *m. 2 ex* quoscunque *corr.* **B** | quasq. uideris **HM** ‖ 3 Disperiam **HM** | site **B**, *corr. m. 2* ‖ 4 qui **O**: quis ϛ ‖ 5 Cui iuueni **B**: Cui cum uenit **I** (Cui *om.* **A**) | Clio Cliusque *scripsi* (*cf.* ‘*Tibull. Blaetter*’ *p.* 55), *eandemque Heinsii fuisse suspicionem postea abiectam narrat Burmannus*: diui diuumque **B** diui diūq; **H** diui dm̄q; **M**, *lacuna relicta nil nisi* q; **AR** | sorores **B**: furores **I** ‖ 6 Musa *edd.*: multa **O** ‖ 7 gaudent **AR** | phebi chorus ipseque phebus **B**: phebi ipseq; phebi **HM** ph(o)ebi ipseq; ph(o)ebei **AR** ‖ 8 muse **HM** ‖ 9 terris *ex* teneris *corr.* **A** | loqui̯ **H** loqui **M** | iucundior **BR** | imo **H**

O quis te in terris loquitur iocundior uno?
Clio nam per te candida nunc loquitur!
Quare illud satis est, si te permittis amari;
Nam causa, ut sit amor mutuus, unde mihi?

V (VII).

Ite hinc, inanes, ite, rhetorum ampullae,
Inflata rore non Achaico uerba;
Et uos, Selique Tarquitique Varroque,
Scolasticorum natio madens pingui,
Ite hinc, inane cymbalon iuuentutis;
Tuque o mearum cura, Sexte, curarum
Vale, Sabine; iam ualete, morosi:
Nos ad beatos uela mittimus portus,
Magni petentes docta dicta Sironis,
Vitamque ab omni uindicabimus cura.

---

10 Clio nam **A**: Clionam **BH** Elionā **M** Clio namq; **R**; Clio tam certe c. non l. *Casaubonus* | per te *scripsi l. l.*: certe **O** | nunc *scripsi l. l.*: non **O** ‖ 11 ille **M** | site **B** | permitis **R** ‖ 12 Nam **O**: Non ς | causa (*olim* spes) *scripsi*: contra **O** | nutuus **H** nutrius **M** | unde **O** (*etiam* **B**): inde ς

V (*uulgo* VII). *Cohaeret priori in* **O** ‖ 1 Iste **HM** Te **R** | ite rhetorum *Phil. Wagnerus*: iter hetorum **B** iteret horum **HM** rhetorum (*om.* ite) **AR** | ampulle **B**: manipulle **HM** manipul(a)e **AR** ‖ 2 rore *uulgo*: rhorso **B** roso **HM** *om. lac. rel.* **AR** | nonachaio **B** non achiaco **H** monichiaco **M** non archaico **R** | turba *Scaliger* ‖ 3 uos **B**: nos **HM** nosq; **AR** | Selique *Ellisius* (*coll. Cic. Acad. priora* IV 11), Tarquitique *Scaliger*: se liquntar quinq; **B** se liquit argutiq; **M** se liqunt argutiq. **H** *om. lac. rel.* **AR**; Stiloque Tarquitique *Hauptius* (Aeli *Scaliger*; *et legi in antiquo quodam codice* aelique tarquitique *contendit Is. Vossius ad Catull. p.* 39) | uarroque **B**: uarioq; **I** ‖ 4 Scholast. **AR** | nacio **BHM**: uario **AR** ‖ 5 inane c. iuuentatis *om. lac. rel.* **AR** | inane *Heinsius*: in ani **B** inani **HM** | cimbalon **B**: cibalon **HM** ‖ 6 cura sexte **B**: curas exte **I** (ex te **R**) causa *Hauptius* | Musarum *Heinsius* chartarum *Schraderus* ‖ 7 ualeto **R** | morosi *scripsi*: formosi **O** ‖ 8 uella **H** ‖ 9 dicta docta **B** | 10 uindicabimus *uulgo*: uindicauimus **I** uindicamus **B**

Ite hinc, Camenae, uos quoque ite iam, sane
Dulces Camenae (nam fatebimur uerum,
Dulces fuistis); et tamen meas cartas
Reuisitote, sed prudenter et raro.

VI (III).

Socer, beate nec tibi nec alteri,
Generque Noctuine, putidum caput,
Tuone nunc puella talis et tuo
Stupore pressa rus abibit? ei mihi,
Vt ille uersus usquequaque pertinet
'Gener socerque, perdidistis omnia!'

VII (IX).

Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:
Dispeream, nisi me perdidit iste nothus.
Sin autem praecepta uetant me dicere, sane
Non dicam, sed me perdidit iste puer.

VI 6 ex Catullo XXIX 24 sumptus est.

---

11 uos quoque **O**: uosque ς | ite iam sane *Hauptius*: iam ite sane **B** lamite seue **HM** limite seue **A** limite scaeuę **R** ite lasciuae *Scaliger* ite saluete *Ellisius* || 12 Dulcis **HM** Dulcer **R** | alumnae *Hertzbergius* | fatebitur **B** || 13 tamen meas **B**: timeas **HM** in meas **AR** | chartas **R** *solus* || 14 sed] et **R** | prudenter **R** (*in* **H** *supra* pu *script. m. ead.* r)

VI (*uulgo* III). *Cohaeret priori in* **O** || 1 beat **HM** || 2 Noctuine putidum *uulgo*: Noctu inpuditū **H** Noctu inpudicū **AMR** Noctu in prudentum **B** | capud **B** || 3 Tuone *Scaliger*: Tuoque **BAR** Tuaq. **HM** | tunc **R** | et tuo **O** (tuo et tuo = *uestro utriusque*): heu tuo *Scaliger* ah tuo *Oudendorpius* (ei tuo *Hauptius praue*) || 5 pressurus **B** | abibit hei *Scaliger*: abibit et **B** habitet **I** || 5 usq. q̄; **H** | percinat **AR** || 6 Socer generque *maluit Spengelius secundum Catullum* | fuistis perdidistis **B**

VII (*uulgo* IX). *Cohaeret priori in* **O** || 1 Si licet ς | dulcedine **HM** || 2 nothus *scripsi*: pothus **BHM** potus **AR** putus *Scaliger*; *scilicet artis praecepta uerba decora iubebant adhibere* || 3 autem] artis *Heynius*

VIII (X).

Villula, quae Sironis eras, et pauper agelle,
  Verum illi domino tum quoque deliciae,
Me tibi et hos una mecum, quos semper amaui,
  Siquid de patria tristius audiero,
Commendo, inprimisque patrem: tu nunc eris illi,
  Mantua quod fuerat quodque Cremona prius.

IX (XI).

Pauca mihi, niueo sed non incognita Phoebo
  Pauca mihi, doctae, dicite, Pegasides.
Victor adest, magni magnum decus ecce triumphi,
  Victor qua terrae quaque patent maria,
Horrida barbaricae portans insignia pugnae,
  Magnus ut Oenides utque superbus Eryx.
Nec minus idcirco uestros expromere cantus
  Maximus et sanctos dignus inire choros.
Hoc itaque insuetis iactor magis, optime, curis,
  Quid de te possim scribere quidue tibi.
Namque (fatebor enim) quae maxima deterrendi
  Debuit, hortandi maxima causa fuit.
Pauca tua in nostras uenerunt carmina cartas,
  Carmina cum lingua, tum sale Cecropio,

VIII (*uulgo* X). *Cohaeret priori in* **O** ‖ 1 Villulaq. **HM** | sironis **O** (*etiam* **B**): scironis ς ‖ 2 tum *Schraderus*: tu **O** | diuicie **BM** ‖ 4 Si *m. 2 ex* S; (= Set; *an* Sei *?*) *corr.* **B** | tristius **BHM**: tritius **R** tricius **A** ‖ 5 Comendo **AR** (*non* **B**) | inprimisque *uulgo*: primisque **O** | patrem, t *supra lin.* **B** | tu nunc] tunc **AR** | eris et illi **AR** ‖ 6 cremon≡a (*eras.* a *uel* i) **B**

IX (*uulgo* XI). *Cohaeret priori in* **O** ‖ 1 ignita **B** | phoebo **R**: phebo **O** ‖ 3 Victor adest **B**: Victoria est **I** | triumpho **HM** ‖ 4 quod terrem **HM** | qu≡aque (*eras.* i) **B** ‖ 5 barbari(a)e **AR** ‖ 6 ut] et **HM** | oenides **B**: eonides **AR** eucides **M** eenides **H** | erix **O** ‖ 7 uestros **O** (*etiam* **B**): nostros ς doctos *Wagnerus* festos *Maehly* | expromite **R** ‖ 8 sanctus **HM** ‖ 9 magis] magnis **HM** | obtime **B** | curis] campis **AR** ‖ 10 Quod **AR**; *malim* Qui | scriberem **H** ‖ 13 carmine **H** | chartas **R** *solus* ‖ 14 tum] tam **HM**

Carmina, quae Phrygium, saeclis accepta futuris,
  Carmina, quae Pylium uincere digna senem.
Molliter heic uiridi patulae sub tegmine quercus
  Moeris pastores et Meliboeus erant,
Dulcia iactantes alterno carmina uersu,
  Qualia Trinacriae doctus amat iuuenis.
Certatim ornabant omnes heroida diuei,
  Certatim diuae munere quaeque suo.
Felicem ante alias o te scriptore puellam!
  Altera non fama dixerit esse prior:
Non illa, Hesperidum ni munere capta fuisset,
  Quae uolucrem cursu uicerat Hippomenen,
Candida cycneo non edita Tyndaris ouo,
  Non supero fulgens Cassiopea polo,
Non defensa diu uolucrum certamine equorum,
  Optabant auide quam sibi quaeque domus,

---

15 *om.* **BHM** (*sed in* **B** *m. 2 in marg. superiore additus*); *ne tamen inde oboriatur suspicio, eum totum in* **AR** *interpolatum esse*: *nam et in* **B** *et in* **HM** *eodem modo obuio peccatum* | Phrygium *Heinsius et Marklandus* (*ad Stat. silu.* III 4, 103): prciū **B** (*m. 2*) pilium **AR** ‖ 16 que **AR**: *om.* **HM** quam (*m. 2 in* quid *corr.*) **B** | pilium **BAR** ‖ 17 heic *ego* (hic ꝛ): huic **BAR** hinc **HM** | patile **M** | tecmine **B** ‖ 18 Meris **HM** | pastore sed **HM** | melibous **B** melibeus **A** melibeis **HM** ‖ 19 cantantes **R** | alterna **HM** | carmine **B** ‖ 20 trinacrie (i *prior ex* et, *ut uid.*, *m. 2 corr.*) **B** trinachrie **A** ‖ 21 eroida **HM** epyredia **R** epiredia **A** | diui *I. Dousa* (-uei *ego*): diue. **B** (*sic*) diue **I** (-uę **R**) ‖ 22 diue **O** | quoque **B** ‖ 23 alios **R** | ote **B**: tot **HM** tanto **AR** ‖ 24 Altera *Scaliger*: Alter **O** (*etiam* **B**) | fama **B**: famam **I** (phamā **R**) | direxit **M** | esse **BAR**: ipse **HM** ‖ 25 exsperidū **R** | ni] in **AMR** ‖ 26 uocrem **B** | hypomenen **B** ypomanem **AR** hyppomenem (-pomem **M**) **HM** ‖ 27 cicneo **B**: cigneo **AHM** cygneo **R** | tindaris **AHM** | ono **H** euo **A** ‖ 28 uulgēs **M** | cassiapea (*supra prior.* a *m. 1* o) polo **B**: casieq; apollo **I** (cassieq; **A** appollo **H**) ‖ 29 uolucrum *uulgo*: multum **O** (*etiam* **B**) | equorum **AR**: quorum **BHM** ‖ 30 Obtabant **B** | auide *scripsi*: grauide **O** (-dae **R**) Graiae *uulgo* | quam — domus *scripsi*: quod — manus **I** quid — manus **B** quam — manus *uulgo* quam — nurum *Tollius*

Saepe animam generi pro qua pater inpius hausit,
Saepe rubro pinguis sanguine fluxit humus;
Regia non Semele, non Inachis Acrisione,
Inmitti expertae fulmine et imbre Iouem;
Non cuius ob raptum pulsi liquere penates
Tarquinii patrios, filius atque pater,
Illo quo primum dominatus Roma superbos
Mutauit placidis tempore consulibus.
Multa, neque inmeritis, donauit praemia alumnis,
Praemia Messalis maxima Publicolis.
Nam quid ego inmensi memorem studia ista laboris?
Horrida quid durae tempora militiae?
Castro foro solitos, urbi praeponere castra,
Tam procul hoc Latio, tam procul hac patria?
Inmoderata pati iam frigora iamque calores?
Stertere uel dura posse super silice?
Saepe trucem aduerso perlapsos sidere pontum?
Saepe mare audendo uincere, saepe hiemem?
Saepe etiam densos inmittere corpus in hostes,

---

31 inpius **B**: impius **H** ῖpius (= ipsius) **ARM** ‖ 32 pinguis *scripsi*: similis **O** Eleis *uulgo et forma plane insolita et elisione durissima* | saguine **A** | fulsit **R** ‖ 33 *habet* **B**: *om.* **I** *ita ut prima littera* **R** *extet et lacuna sit relicta* ‖ 34 Inmitti **M**: Immitti **H** In miti **B** Imiti **R** Inuiti **A** | expertae *Scaliger*: expectat **B** expectant **I** ‖ 35 cuius ob **B**: ob cuius **HM** obuius **AR** | raptim **AR** ‖ 36 Tarquiniique **B** Tarquini **AR** ‖ 38 tempore *uulgo*: tempora **O** ‖ 39 alumnis **R**: alūpnis **O** ‖ 40 messalis, *ita* **O** | maxime **R** | plubicolis **B** ‖ 41 Iam *Burmannus* | ῖmisi **M** | ista *om.* **HM** ‖ 42 milicie **BM** ‖ 43 Arma *Maehly* | solitos **I**: castra **B** | urbe **B** ubi **A** ‖ 44 Iam **B** | ¦hoc Latio *Wernickius*: hoc gnato **B** hoc nato **AR** ac irato **H** (*sic*) **M** a gnatis *Salmasius* amotos *Langius* | hac] ac **HM** a **R** ‖ 45 Immod. **HM** | pati iam **B**: patriam **HM** pati nunc **AR** | frigora ϛ: sidera **O** (syd. **R**) | nuncque **AR** | colores **B** *m. 1* **H** *m. 1* **M** ‖ 46 Stertere *uulgo*: Sternere **O** ‖ 47 perlabsos *scripsi*: perlabens **O** (*etiam* **B**) perlabi *uulgo* | sidera **B** sydere **R** | põtem **M** ‖ 48 mare audendo **BR**: audendo mare **AHM** | hyemem **H** ‖ 49 immittere **H**

Communem et belli non metuisse deum?
Nunc celeres Afros pernici milite agendos,
Aurea nunc rapidi flumina adire Tagi?
Nunc aliam ex alia bellando quaerere gentem,
Vincere et Oceani finibus ulterius?
Non nostrum est tantas, non, inquam, attingere laudes,
Quin ausim hoc etiam dicere, uix hominum est.
Ipsa haec, ipsa eibunt rerum monumenta per orbem,
Ipsa sibi egregium facta decus parient:
Nos ea, quae tecum finxerunt carmina diui,
Cynthius et Musae, Bacchus et Aglaie,
Si laude aspirare, humilis si haurire Cyrenas,
Si patrio Graios carmine adire sales
Possumus, optatis plus iam procedimus ipsis:
Hoc sat erit; pingui nil mihi cum populo.

---

50 Comunē **R** | et *addidi*: *om.* **O** | non **O**: nec *uulgo* | metuisse *Tollius*: meminisse **BHM** timuisse **AR** || 51 celeris **BHM** | pernici *scripsi*: per niri **B** (*quod m. 2 ita corr.* n$^{u}_{e}$iri,) periure **HM** periuria **AR** perituraque *uulgo* | milite agendos *scripsi*: milia gentis **O** (millia **AR**) periuraeque ultima gentis *Oudendorpius* periurae milia gentis *Wernsdorfius inepte* per rura et ouilia agentes *Hertzbergius* | adiret agi **BHM** || 53 quere **H** || 54 occeani **AHM** | uiribus finibus **HM** || 55 est tantas non inquam **B**: tantas inquam est **I** || 56 hausim **H** hausū **M** ausim *ex* ausum *corr.* **A** || 57 eibunt *scripsi*: ferunt **B** ferent **I** (*hoc seruato post* haec *Salmasius* se, *Oudendorpius* te *inseruere*; Sese haec ipsa *Heinsius*) || 58 Isa **H** | deus **A** || 59 quae] q. **H** | tectum fixerunt **HM** || 60 Cinthius **BAHM** | mus(a)e **AR**: musa **BHM** | bachus *codd. praeter* **R** | aglaie *uulgo*: egiale **BAR** egile **HM** | *post* 60 *uulgo punctum ponunt, quod correxi* || 61 laude *scripsi*: laudem **O** | aspirare **B**: aspirarem **HM** aspirem **AR** | si **B**: sed **I** (sei *?*) | haurire *scripsi*: audire **AHM** adire **BR** | cirenas **B** cyrenas **I** (-na e **M**); *cf. Propert.* IV 6, 4; III 1, 3 *sqq*; III 3, 5 *sq*; humili licet arte camenae *Oudendorpius* humili licet utar auena *Wagnerus* Si, licet asperius, simili recitare camena *Hertzbergius* si adire camenas *Hauptius* || 62 Si **BM**: Sic **AHR** | patrie **M** | adires ales **B**; promere ab ore sales *Oudendorpius* c. habere s. *Wakkerus* || 63 oppatis **B** || 64 Hec **HM**

X (VIII).

Sabinus ille, quem uidetis, hospites,
Ait fuisse mulio celerrimus,
Neque ullius uolantis inpetum cisi
Nequisse praeterire, siue Mantuam
Opus foret uolare siue Brixiam.
Et hoc negat Tryphonis aemuli domum
Negare nobilem insulamue Caeruli,
Vbi iste post Sabinus ante Quinctio
Bidente dicit attotonse forfice
Comata colla, ne Cytorio iugo
Premente dura uulnus ederet iuba.
Cremona frigida et lutosa Gallia,
Tibi haec fuisse et esse cognitissima
Ait Sabinus: ultima ex origine
Tua stetisse dicit in uoragine,
Tua in palude deposisse sarcinas
Et inde tot per orbitosa milia
Iugum tulisse, laeua siue dextera
Strigare mula siue utrimque coeperat

X parodia carminis Catulliani quarti.

X (*uulgo* VIII). *Cohaeret priori in* **O** ‖ 1 Abinus **R** ‖ quem quidem **B** ‖ 2 mulio ς: multo **O** | celerimus **H** ‖ 4 illius **B** ullus **I** | impetum **AH** impetus **R** ‖ 4 praeter ire **B** prẹterie **R** ‖ 5 uolaret **HM** | siue] sū **M** ‖ Et *Scaliger*: Neque **O** | negaret **HM** | triphonis **I** (trif. **A**): typhonis **B** | emuli **O** | domum *Salmasius*: domus **O** ‖ 7 ue] ne **A** ‖ 8 quincio (*altera* c *m. 2 supra* c) **B** quintio **I** ‖ 9 Bibente **M** | dicet **AR** | attotonse *Liuineius*: attodisse **B** atondisse **H** a tondisse **M** attendisse **AR** | forfice *Heynius*: forcipe **BHM** forpice **AR** ‖ 10 ne Cytorio *Maehly*: nequid orion **B** nequis torion **I** nequod horridum *Hauptius* ‖ 12 frigidat **B** | lutuosa **R** luctuosa **A** ‖ 13 fuissa **M** | cognotissima **ARM** ‖ 15 Tuta **R** | dicit *uulgo*: ultima **O** ‖ 16 Tuas **R** | pulude **B** pallude **M** | deposisse *Scaliger*: deposuisse **BAR** deo posuisse **HM** ‖ 17 Et inde **B**: It inde **H** Itinde **M** Tunde **AR** | tot] tọna **AR** | milia **B**: malia **HM** mala **AR** ‖ 19 mula *Scaliger*: mulas **O** | utrimque *Heinsius*: utrumque **O** | ceperat **BHM** coeperant *Octauianus*

. . . . . .

Neque ulla uota semitalibus deis
Sibi esse facta praeter hoc nouissimum,
Paterna lora proximumque pectinem.
Sed haec prius fuere: nunc eburnea
Sedetque sede seque dedicat tibi,
Gemelle Castor et gemelle Castoris.

XI (XIV).

Quis deus, Octaui, te nobis abstulit? an quae
Dicunt a! nimio pocula ducta mero?
'Vobiscum, si est culpa, bibi: sua quemque secuntur
Fata: quid inmeriti crimen habent cyathi?'
Scripta quidem tua nos multum mirabimur et te
Raptum ob Romanam flebimus historiam,
Sed tu nullus eris. peruersi, dicite, manes,
Hunc superesse patri, quoi fuit inuidia?
'Palladi magna suae uisa est iniuria sedis

---

post 19 *uersiculum intercidisse* (*cf. Catull. u.* 21) *agnouit Nansius supplens* et haec et illa conquiescere in latus (*Wagnerus* pari citata currere impetu uiam) || 20 nota **AR** nocte **HM** || 21 Sibi *uulgo*: Tibi **O** | facta *uulgo*: sancta **O** (sancte **A**) | praeter **B**: propter **I** || 22 buxinum *uel* puxinum *Salmasius* buxeum *Heinsius* || 23 Set **B** || 24 Set etque *B* | sedes eque **BM** sedes aeque **R** soedes aeque **A**

XI (*uulgo* XIV). *Cohaeret priori in* **O** (*unus* **R** *separat*) || 1 octaui **B**: optauit **I** | anque **B** anq; **M** || 2 Dicunt a nimio ς: Dicunt animi **B** Dicunt animo **HM** Dicuntur animo **AR** | ducta *Heinsius*: dura **O** | meo **R** mea **A** || *uu.* 3 *et* 4 *contineri Octauii responsum uidit Hauptius* || 3 si] sic **AR** | culpa bibi *Hauptius*: culpabili **I** culpabile **B** | quamque **H** quidque **M** *compend.* | sequuntur **HMR** || 4 Fata **AR**: Facta **BHM** | quid inmeriti **B**: quidem menti **I** | crinem **HM** | habere **AR** | ciathi **B** ciati **HM**: *om.* **AR** *lac. rel.* || 5 *ante* tua *eras.* n **B** || 6 ob *scripsi*: et **O** || 7 Set **B** | tu nullus **I**: tumulus **B** (*unde* tu mutus *conieci*) || 8 Hunc **B**: Nunc **I** | quoi *scripsi*: quot **H** quod **AMR** que **B** quae ς | innidia **B** || 9—12 *in* **I** (*non in* **B**) *infra carminis* XIII (V) *inter u.* 16 *et* 17 *extant, unde huc reuocaui*: *cf. Praef. p.* 39 *sqq.* || 9 Palladi *scripsi*: Callide **I** (Allide **R**) | magna suae uisa est *scripsi*: mage sub hec c(a)eli est **I** (hęc **R** teli **A**) | sedis *scripsi*: secli **I**

Antiquis hospes non minor ingeniis,
Et quo Roma uiro doctis certaret Athenis:
Ferrea sed nulli uincere fata datur.'

XII (IV).

Superbe Noctuine, putidum caput,
Datur tibi puella, quam petis, datur;
Datur, superbe Noctuine, quam petis.
Sed, o superbe Noctuine, non uides
Duas habere filias Atilium,
Duas, et hanc et alteram, tibi dari.
Adeste nunc, adeste: ducit (ut decet)
Superbus ecce Noctuinus hirneam.
Talasio! Talasio! Talasio!

XIII (V).

Iacere me, quod alta non possim, putas,
Vt ante uectari freta

XII 9. Marius Victorinus p. 137, 24 K.: 'repetitum ter, haud aliter ['alias' codd.] quam ut aiunt fecisse Vergilium nostrum iambico epigrammate: thalassio thalassio thalassio'.

---

10 ingenis **R** || 12 Ferrea **AR**: Terrea **HM**

XII (*uulgo* IV). *Cohaeret priori in* **O** || 1 Vperbe **R** | noctui ne putidum **B**: noctu reputidum **I** (-cum **M**) | capud **B** || 2 patis **HM** || 3 super **M** | noctui ne **B**: noctui nam **I** | quam] quid **M** || 4 o **B**: *om.* **I** | noctui ne non **BHM**: noctui non ne **AR** || 5 filia satilium **B** || 6 Duas *uulgo*: *om.* **O** || 7 ducit **I**: dicit *supra lin.* r **B** || 8 Suberbus **M** | nocturnus **I** | hirneam **B**: hineam (r *m. 1*) **H** hiernam **M** yrneā **R** ymeam **A** herniam *Scaliger* || 9 Talasio *bis* **I** Thalassio *bis* **B**; *ter positam uocem demonstrat Marius Victorinus*

XIII (*uulgo* V). *Cohaeret priori in* **O** || 1 Iacere me **B**: Iacerem **HM** Iacere (*om.* me) **AR** | alta **B**: alto **I** | possum ς (*quod commendat Catull.* 16, 4) || 2 ante **B**: tante **I** (-ti **M** -tę **R** | nectari **AHM**

Nec ferre durum frigus aut aestum pati
  Neque arma uictoris sequi.
Valent, ualent mihi ira et antiqus furor
  Et lingua, qua adsiem tibi
Et prostitutae (turpe) contubernio
  Sororis. o quid me incitas?
Quid, inpudice et inprobande Caesari,
  Seu furta dicantur tua
Et helluato sera patrimonio
  In fratre parsimonia
Vel acta puero cum uiris conuiuia
  Vdaeque per somnum nates
Et inscio repente clamatum insuper
  'Talasio! Talasio!'
Quid palluisti, femina? an ioci dolent?
  An facta cognoscis tua?
Non me uocabis pulla per Cotyttia
  Ad feriatos fascinos,

---

3 aut] nec **AR** ‖ 4 Neque] Nec quod **HM** ‖ 5 ira et *uulgo*: irate **B** re et **I** irae et *Burmannus* | antiqus **BH**: antiquus *ceteri* ‖ 6 adsiem *Wagnerus*: adsim **O** sat sim *Scaliger* iam adsim *Oudendorpius* haud desim *Salmasius* dixim *Ribbeckius* ‖ 7 Et **O**: Ei *Scriuerius* En *Heinsius* Per *Ribbeckius* | prostitute **B**: prestite **I** | turpe **B** *m. 2,* **AR**: turbe **B** *m. 1,* **HM** | contubernio *Hauptius*: contubernium **O** ‖ 8 o **B**: *om.* **I** ‖ 9 impud. **HR** | et *om.* **HM** | iprob. **R** improb. **AH** | caesari **R**: cesar **A** cesaris **B** esaris **HM**; *malim* inprobande, de sacris Sei furta ‖ 10 Seu **B**: Sed **I** Si *Scriuerius* (*potius* Sei) | furtim **HM** ‖ 11 heluato sera *uulgo* (hell. *ego*): helle uatos era **B** eleuato sera **HM** leuatos era **A** leuato sera **R** ‖ 12 Infrate **B** | parisimonia **H** ‖ 13 contimunia **R** ‖ 14 Vdaeque **B** *m. 2*: Vdeque **B** *m. 1* Vtdeq; **HM** Vt **AR** | somnum **B**: somnium **I** | *inter* somnium *et* uates *lacuna in* **AR** | nates **B** (**H** *m. 2*): uates **I** ‖ 15 Et] E **R** | super ς ‖ 16 Talasio *bis* **AR** Talesio *bis* **HM** Thassalio *bis m. 2 in* Thalassio *corr.* **B** ‖ *post* 16 *in* **I** *leguntur* XI 9—12, *quos om.* **B** ‖ 17 Vid **R** | paluisti **H** paluistis **M** | foemina **R** | an **I**: *om.* **B** ‖ 19 Non me **B**: Nonne *uel* Non ne **I** | pulla *scripsi*: pulcra **BM** pulchra **ARM** spurca *Hauptius* | cocitia **B** cocytia **I** (ecoycia **M**)

Nec deinde te mouere lumbos in latus
Prensis uidebo altaribus
Flauumque propter Thybrim olentis nauticum
Vocare, ubi adpulsae ratis
Caeno retentae sordido stant in uadis
Macraque luctantis aqua;
Neque in culinam et uncta compitalia
Dapesque duces sordidas,
Quibus repletus et saliuosis labris
Obesam ad uxorem redis
Et aestuantes ore soluis pantices
Vdisque lambis sauiis.
Nunc laede, nunc lacesse, si quicquam uales!
Et nomen adscribo tuum.
Cinaede Lucei, iamne licuerunt opes

---

21 Nec **B**: Ne **HM** Haec **AR** | deinde te **B**: dein te **HM** *om.* **AR** | latus *scripsi*: ratulam **B** rotulam **I** crocotulam *uulgo* Nec te mouere lumbulos in caltula *Ribbeckius* ‖ 22 uidebo **A**, **B** *m. 2*: uidebos **R** uideo **B** *m. 1* **HM** | alaribus *Scaliger* | 23 Thybrim *Dousa*: hebrī et **B** tibimet *uel* tibi met **I** | olentis **O**: olentes *uulgo* | nauticum **B** ‖ 24 ubi] tibi **B** | adpulse rates **B** adpulsa (a)etatis **AR** adpulsa eratis (*sic*) **H** adpulsa erat **M**; ratis *restitui* ‖ 25 Stant (Sunt **HM**) in uadis (ualidis **R**) ceno (caeno **R**) retent(a)e sordido **O**, *corr. L. Muellerus mus. Rhen.* 24, 317 ‖ 26 Macraque *compend. etiam* **H** | luctantis **HM**: luctantes *ceteri* ‖ 27 et *ex* in *corr.* **H** | cuncta **B** | comperit alia **M** ‖ 28 Duces ς: Dulcis **B** Dulcis **I** Ducis *Scaliger* ‖ 29 repletis **HM** | et *scripsi*: ut **O** | salinosis **AH** salmosis **R** | labris *Hauptius*: aquis **O** ‖ 30 Obessam **HM** | ad *om.* **M**, *ex* at *m. 1 corr.* **B** ‖ 31 ore *scripsi*: dote **AHM** docte **BR** nocte *Scaliger* dente *Eldikius* cole *Hertzbergius* | saluis **HM** soluens *Hertzbergius* | panthices **AR**; pantices *in rasura* **B** ‖ 32 Vdisque *scripsi*: Osiculisque **B** Osusq; **H** (*sic*) **M** Hossusq; **AR** Os usque *Scaliger* Olusque *Coluius* | lambis sauiis *uulgo*: lambis (*supra* blandis *deletum m. 1 scriptum*) suauis **B** labissauus (*sic*) **H** libissa uus **M** labissanus **R** labissan≡s (*eras.* a, *ut uid.*, *et* u *suprascr.*) **A** ‖ 33 lede nō (*ex* nc̄, *ut uid.*, *corr.*) lac. **B** ‖ 34 ascribo **I** | tiū **A** ‖ 35 Cinaede Lucei iamne *scripsi*: Cine delucci iam te **B** Cinae dulcissimam et **HM** (duluciss. **H**) Cune dulcissima **AR** | licuerunt (*a liquescendi*

Fameque genuini crepant?
Videbo habentem praeter ignauos nihil
Fratres et iratum Iouem
Scissumque uentrem et herniosi patrui
Pedes inedia turgidos.

XIV (VI).

Si mihi susceptum fuerit decurrere munus,
O Paphon, o sedes quae colis Idalias,
Troius Aeneas Romana per oppida digno
Iam tandem ut tecum carmine uectus eat,
Non ego ture modo aut picta tua templa tabella
Ornabo et puris serta feram manibus:
Corniger, haut aries humilis set maxima taurus
Victima, sacrato sparget honore focos,
Marmoreusque tibi iam mille coloribus ales
In morem picta stabit Amor pharetra.

---

uerbo) *scripsi*: liquerunt **B** liquere **HM**; liquerunt opes fame *om.* **AR**, *uu.* 35 *et* 36 *in unum contrahentes* (**A** *mg.*: deficit unus uersus, *in* **R** *post uersum contractum unius lineae spatium uacuum*); Cinaede Luci an te reliquerunt opes *uulgo* ‖ 36 genuini **B**: genium **I** ‖ 37 habentem **B**: hntem **HM** (*om. uirgula*) hebetem **AR** | propter **AR** ‖ 39 Scissumque **B**: Scis umquam **I** (unquam **HR**) | uenerem **AR** | herniosi *Scaliger*: hirneosi **B** hirreosi **HM** hircosi **AR** ‖ 40 inedi **AMR**

XIV (*uulgo* VI). *Cohaeret priori in* **O** ‖ 1 **I R** | susceptum ϛ: suspectum **BAR** suspectam **HM** | decurere **H** ‖ 2 que **B**: qui **I** | idalios **H** ydalios **M** ‖ 3 romano **HM** | oppida **M**: opida **O** (*sic et* **B** *et* **R**) ‖ 4 eat **B**: erat **I** ‖ 5 thure **AHM** ‖ 6 et; *fortasse* aut ‖ 7 Corniger *ex* Corniges *corr.* **B** | haud *Burmannus*: hos **O** ast *Silligius* (*hoc et* et *retento* humiles *Heinsius*) | humidis **A** | sed *Burmannu*: et **O**; *num* humili set (*scil.* honore) *?* | maxima **B**: maxime **AR** maximus **HM** | thaurus **A** thauris **H** ‖ 8 sacrato *Heinsius*: sacratos **O** | sparget **AR**: spargit **BHM** pascet *Heinsius* | uocos **HM** ‖ 9 Marmoreosq; **I** | iam *scripsi*: aut **O** dea *Heinsius* diuersicoloribus *siue* diua ignicoloribus *Scaliger* | mille **BHM**: digne **AR** uersicoloribus *Heinsius*

Adsis, o Cytherea: tuus te Caesar Olympo
Et Surrentini litoris ora uocat.

Vate Syracosio qui dulcior Hesiodoque
Maior, Homereo non minor ore fuit,
Illius haec quoque sunt diuini elementa poetae
Et rudis in uario carmine Calliope.

---

11 Assis **B** | citherea **BH** citharea **A** | olimpho **B** olimpo **AHM** || 12 littoris **O** | ora **AR**: ara **BHM**, *num recte, ut in Surrentino litore poeta uersatus aram sacrumque Veneri facturum se esse innuat?*

Quattuor uersus a totius collectionis redactore in fine adiecti (cf. Praef. p. 38) cohaerent carmini priori in **O** || 1 Syracosio ς: sira scocio **B** siracusio **I** (syr. **M**) | quid **A** || 2 homereo **BA**: homero **HMR** | fluit *Burmanni editio* || 3 sint **HM** | pota **B** || 4 Et rudis **O**: Et rudit ς Ludit et *Burmannus* Et stupet *Oudendorpius* Erudit en *L. Muellerus* Nec rudis *Th. Birtius mus. Rhen.* XXXII *p.* 417 | caliope **HM** || *Subscriptio nulla in codd., qui uaria subiungunt.*

XVII.

INCERTI MORETVM.

Appendicis loco hic adicere uisum est Moretum. quod carmen, omissum a Suetonio Seruioque, antiquitus non pertinuit ad opuscula Vergiliana, sed medio aeuo una cum tribus Ausonianis (ut supra p. 10 uidimus) ad explendas collectionis partes amissas accersitum iam temere ad uatem Mantuanum referebatur. neque enim quidquam ad codicum fidem firmandam ualet Isaaci Vossii in quodam exemplari Lugdunensi [cf. Ribbeckii praef. p. 14] adnotatio, se in libro Ambrosiano hoc inuenisse *Parthenius Moretum scripsit in Graeco, quem Vergilius imitatus est.* nam cum saeculi XV Italo cuidam Parthenius Moreti graece conscripti auctor nescio unde innotuisset, obuia ille coniectura hunc a Vergilio latini Moreti secundum communem sententiam auctore esse expressum sibi persuasit. sed quamquam de poematis auctore nihil constat, tamen Ausonianis illis idem multo uetustius esse ipsius forma habitusque declarat. et comparato Martialis epigrammate [XIII 14] recte docti primis post Chr. n. decenniis uindicabant.

Ex magno librorum mss. numero elegimus eos qui optime sincerissimeque repraesentant tria illa genera, in quae Moreti codices quotquot extant discedunt. et primum quidem genus, quod p. 9 sqq. adumbrauimus, nobis constat ex B(embino: p. 11) et S(tabulensi: p. 10);

secundum, p. 14 descriptum, ex M(onacensibus tribus mno: cf. ibid.), quos aliquot locis iterum nobis inspexit Guil. Meyerus Spirensis, porro ex P(arisino 16236 siue Sorboniano 511: p. 15) a me denuo conlato et ex R (Vindobonensi 134 saec. XI), cuius conlationem et Ribbeckius et Schenkelius suppeditarunt; tertii denique generis magis interpolati, sed quod paucis tamen locis ex archetypo a ceteris paulum diuerso lectiones seruauit meliores, testes esse uoluimus libros Italicos H(elmstadiensem: p. 16) et V(ossianum: p. 8).

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas
Excubitorque diem cantu praedixerat ales,
Simulus exigui cultor cum rusticus agri,
Tristia uenturae metuens ieiunia lucis,
Membra leuat sensim uili demissa grabato
Sollicitaque manu tenebras explorat inertis
Vestigatque focum, laesus quem denique sensit.
Paruulus exusto remanebat stipite fomes
Et cinis obductae celabat lumina prunae.
Admouet his pronam summissa fronte lucernam
Et producit acu stuppas humore carentes,
Excitat et crebris languentem flatibus ignem.

Eiusdem Maronis Moretum Felicit Incip̄ **B** Incipit Virgilii Maronis Moretum **S**; *et simillime inscribunt* **PRV**; Moretum incipit **H** ‖ 1 ibernas **V** ‖ 2 prędixeraṇt **B** ‖ 3 Simulus *antiqua orthographia* **HV**: Symilus **B** Similus **SPR** Similis (*in* -us *corr.* **n**) **M** Simylus ς *uulgo* | agri] orti **V** ‖ 5 Menbra **R** | sensim uili **HV**: uili sensim **BSMPR** | demissa **BRHV**: dimissa **SMP** | grabato **H**: grabatto **BSMPR** grabacto **V** ‖ 6 Solicitaq. **H** | extersit **MR** | inertes **SM** (inanes **n** *m. 1*) **RV** inhertes **H** ‖ 7 focom **P** | l(a)esus quem **M** (laesum **o**) **RHV**: quem laesus **P** lęsus (*erasa* q) qui **B** lesus qui **S** | sentit **HV** ‖ 8 erusto **V** | remanebit **H** | fomes *Scaliger*: fumus **O** ‖ 9 Et] S; **V** | lumine **H** ‖ 10 Admonet **B** *m. 1, ut uid.* | is **HV** | submissa **MRV** subhysmissa **H** | fronte *om.* **S** ‖ 11 acus **R** | stupas **BH** | carentis **H**

Tandem concepto se lux fulgore recepit;
Oppositaque manu lumen defendit ab aura
Et reserat clausum qua peruidet ostia claui.
Fusus erat terra frumenti pauper aceruus:
Hinc sibi depromit quantum mensura patebat,
Quae bis in octonas excurrit pondere libras.
Inde abit adsistitque molae paruaque tabella,
Quam fixam paries illos seruabat in usus,
Lumina fida locat; geminos tum ueste lacertos
Liberat et cinctus uillosae tegmine caprae
Peruerrit cauda silices gremiumque molarum.
Aduocat inde manus operi, partitus utrimque:
Laeua ministerio, dextra est intenta labori.
Haec rotat adsiduum gyris et concitat orbem
(Tunsa ceres silicum rapido decurrit ab ictu),
Interdum fessae succedit laeua sorori
Alternatque uices. modo rustica carmina cantat

---

13 se lux f. recepit *Scaliger*: sed lux f. recedit **BSMPR** tenebr(a)e f. recedunt **HV** (**B** *m. rec. corr.*) | fulcore **B** (*corr. m. rec.*) | 14 Oppositoq; **P** Obp. **V** ‖ 15 reseret **H** *m. 1* | clausū *scripsi*: clausa **MRHV** claus(a)e **BSP** casulae ς *Scaliger* (*at casula est teste u.* 61 *domus Simyli, cellam penariam autem designat uox* clausum: *cf. Verg. Georg.* IV 303) cellae *Barthius* clausi *Vossius* caute *Wakefieldus* | qua **MPR**: quae **BS** que **HV** | peruidet **BSMPR**: preuidet **HV** praeuidet, prouidet ς: *uerum nondum repertum est* | hostia **HV** | claui **H** (*et* **V** *m. 1, ut uid.*): clauis **BSMPR** clauis **V** *ita ut* is *a m. 2 sit*; cellae *hic Heynius* clausi *Keilius* ‖ 16 terras **S** tere **V** terre **H** terrae ς ‖ 17 Hanc **n** | patebat **BSH**: petebat **MPRV** ‖ 18 bis in] bifido **PRn** bis et **mo** | octenas **P** | excurit **V** occurrit **H** ‖ 19 abiit **o** habit **P** | adstititq; **P** assistitq; **MRH** ‖ 21 tum *Silligius*: tunc **O** ‖ 22 tergore **MPR** ‖ 23 Peruerrit **BSP**: Peruertit **R** Praeuertit **M** Preuertit *m. 2 in* Preuerrit *corr.* **H** Pre uerrit **V** | silicem **V** | geminumque molarem ς *Heynius* ‖ 24 Admouet *edd. ant.* | partus **S** | utrimque **B** utrinq; **V** (utrīq; **H** *m. 2*): utrique **MPR** utrūq; **H** utramque ς *om.* **S** ‖ 26 Hinc **V** | assiduum **MPR** adsiduis **V** assiduis **H** | giris **SHV** ‖ 27 Tunsa **MRV**: Tusa **P** Tonsa **BS** Trita **H** | rapido silicum **H** | decurit **V** decurrat **mo** ‖ 28 laua **B** (*corr. m. rec.*) ‖ 29 uices dehinc carmina rustica canit *sic* **H** | cantat *ex* cantant *corr. m. 1* **B**

Agrestique suum solatur uoce laborem,
Interdum clamat Scybalen. erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura,
Torta comam labroque tumens et fusca colore,
Pectora lata iacens mammis, compressior aluo,
Cruribus exilis, spatiosa prodiga planta.
[Continuis rimis calcanea scissa rigebant.]
Hanc uocat atque arsura focis inponere ligna
Imperat et flamma gelidos adolere liquores.
Postquam impleuit opus iustum uersatile finem,
Transfert inde manu tusas in cribra farinas
Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso,
Subsidit sincera foraminibusque liquatur
Emundata ceres. leui tum protinus illam
Componit tabula, tepidas super ingerit undas;
Contrahit admixta nuce fontes atque farinas,
Transuersat durata manu liquidoque coacto
Interdum grumos spargit sale. iamque subactum

---

30 uoce] utre **V** ‖ 31 scibalen **R** cibaleȝ **V** thibale **H** | erat] hec erat **HV** ‖ *post* 31 *uersus* 7 *iterum extat in* **MR** (*ubi* uestigatis **n**) ‖ 32 Afra] Ipsa **MR** | tota patriam] patrium tota **MPR** ‖ 33 calore **B** ‖ 34 Pectora **O** (*etiam* **B**): Pectore ȿ (*uulgo post* lata *comma ponunt*) | iacens] tument (*sic*) **V** gerens **MR** | complexior **V** comprensior **n** ‖ 35 exiliis **S** | prodigia **BV** | 36 *om.* **O**, *habent in textu* **H**ȿ (**B** *mg. m. rec.*, *quae* scalcanea) ‖ 37 imp. **BHM** | lingua **H** ‖ 38 addere **H** *m. 1* bullire **MR** ‖ 39 Postquamq; **S** | inpl. **V** | opus *om.* **BS** | iustum — finem **BSHV**: iusto — fine **MPR** ‖ 40 Transferat **B** | inde] illa **MPR** | manus **HV** | tusas ȿ: fusas **O** ‖ 41 ac **S**: hanc (*corr. m. ant.*) **B** (hac *libri cum hoc cognati*) h(a)ec **MPR** et **HV** at ȿ ‖ 42 Subsedit **HV** | sincere **B** | loquatur **H** *m. 1* colatur **V** ‖ 43 Emundata **M** (*sic*) **PRHV**: Emendata **BS** | tunc **HV** | illam **HV**: illa **BSMPR** ‖ 44 Conp. **V** Compoit **B**, *corr. m. 1* ‖ 45 Cum trahit **P** | admixta nuce *scripsi coll. Suei Moreti fr.* I: admixtas nunc **BSMPR** admixtos tunc (tum **H**) **HV** | fontes **HMR** fontis **V**: frondes **BSP** frendens *Gronouius* ‖ 46 Transuersat **O** (Trans uersat **B**): Transuersa *Scaliger* | durata **O** (aurata **V**): duratque *Heinsius et Vossius* | coacta **S** casto **V** ‖ 47—49 *om.* **V** *spatio relicto, add. m. rec.* ‖ 47 grumos **BSV**: grumo **H** gremio **MPR** | subacta **S**

Leuat opus palmisque suum dilatat in orbem
Et notat inpressis aequo discrimine quadris.
Infert inde foco (Scybale mundauerat aptum
Ante locum) testisque tegit, super aggerat ignes.
Dumque suas peragit Vulcanus Vestaque partes,
Simulus interea uacua non cessat in hora,
Verum aliam sibi quaerit opem, neu sola palato
Sit non grata ceres, quas iungat comparat escas.
Non illi suspensa focum carnaria iuxta,
Durati sale terga suis truncique, uacabant,
Traiectus medium sparto sed caseus orbem
Et uetus adstricti fascis pendebat anethi:
Ergo aliam molitur opem sibi prouidus escis.
Hortus erat iunctus casulae, quem uimina pauca
Et calamo rediuiua leui munibat arundo,
Exiguus spatio, uariis sed fertilis herbis.
Nil illi derat, quod pauperis exigit usus:
Interdum locuples a paupere plura petebat.
Nec sumptus erat ullius, sed recula curae:
Si quando uacuum casula pluuiaeue tenebunt
Festaue lux, si forte labor cessabat aratri,

48 opus] corpus **P** | unum ꝭ ‖ 49 impr. **RV** | quatris **V** ‖ 50 focos **BS** | *uerba sequentia om.* **S** *spatio relicto* | scibale **R** cybale **B** cibale **V** cibole **H** | mundeuerat **P** mundauerit **H** | actum **V** ‖ 51 focum ꝭ | testisquae **B** | agerat **H** *m. 1* aggregat **S** ‖ 52 peregit **H** *m. 1* | uastaq; **P** | partis **H** ‖ 53 Similus **M** (-lis **n** *m. 1*) **PRS** Symilus **B** Simylus ꝭ | cessit **H** ‖ 54 neu s. palato *om.* **S** ‖ 55 non] cū **R** ‖ 56 carnaria *m. ant. ex* carmaria *corr.* **B** ‖ 58 Transiectus **H** | sparto] parco **HV** | sed] sale **V** ‖ 59 astr. **RHV** | fassis **H** *m. 1* | pandebat **H** | aneti **PRHV** ‖ 60 *spurium putat Ribbeckius sine causa* | escis *scripsi*: aeris **BS** aeros **P** heros **MRV** (**B** *mg. m. rec.*) hos̄ **H** herbis *Ribbeckius* ‖ 61 Ortus **HV** | casuleq; **V** | 62 redimita **V** redemita **H** | arundo **H** ‖ 64 Non **V** | derat **BP**: deerat *ceteri* | exigat casus (u *supra* ca) **o** ‖ 65 multa **H** | patebat **V** ‖ 66 Non **H** | erat *om.* **R** | ullius *Maehly*: ullius opus **MR** ullus opus **BSP** huius opus **V** ille (illud *m. 2*) opus **H** illud opus ꝭ | recula *Ribbeckius*: regula **O** ‖ 67 casulę **R** casuale **V** | pluuieq; **RV** ‖ 68 Festaq; lux **M** Festa uel (*om.* lux) **P** Festaq; uel **R** | morte **n**

Horti opus illud erat. uarias disponere plantas
Norat et occultae committere semina terrae
Vicinosque apte ruri summittere riuos.
Hic olus, hic late fundentes brachia betae
Fecundusque rumex maluaeque inulaeque uirebant,
Hic siser et nomen capiti debentia porra,
[Hic etiam nocuum capiti gelidumque papauer]
Grataque nobilium requies lactuca ciborum,
. . . . . crescitque in acumina radix
Et grauis in latum dimissa cucurbita uentrem.
Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat, nonisque diebus
Venales umero fasces portabat in urbem:
Inde domum ceruice leuis, grauis aere redibat,
Vix umquam urbani comitatus merce macelli.

---

69 Orti **HV** | uanas (*corr. m. 2*) deponere **H** ‖ 70 oculte **H** | comitetur **H** *m. 1* commictere **V** | semita **B** ‖ 71 ruri *scripsi*: cura **O** curat ꝭ (curans *Silligius*) apta cura *Hauptius* sulcis (telluri *Maehly*) immittere *Wakefieldus* | sumitt. **R** submitt. **HV** | riuos *ex corr.* **P** ‖ 72—74 *om.* **V** *spatio relicto, add. m. rec.* | olus (h *supra* o *m. ant.*) **B** colus **S** locus **MPR** holus (h *del. m. 2*) **H** | et late **H**, **V** *m. rec.* | fundentis **MPR** | betae *om.* **S** ‖ 73 Fecundos querunt ex **S** Fecunde q; numer̃ **V** *m. rec.* | que *om.* **R** | maluaeque **MPR**: que *om.* **BSH** (**V** *m. rec.*) | inulęque **B**: mulaeque **S** milaeque **P** inilęq; **MR** uioleque **H** (**V** *m. rec.*) ‖ *post* 73 *inserit* **H**ꝭ: Plurima crescit ibi surgitque in acumina radix ‖ 74 sesir **B** (*mg. m. rec.* l' siser l' cicer) acer **H** | capiti nomen **H** | tepentia **MPR** | porra] cepa **H** (caepe **V** *m. rec.*) | *post* 74 *in* **V** *eadem m. rec. repetit u.* 76 (Graiaq; *et* lacruca) ‖ 75 *habent* **HV** (*cuius m. 1 hic iterum incipit*), *om. ceteri* ‖ 76 Orataq; **V** ‖ 77 *hic om.* **H** (*sic*); *nil nisi* C *spatio relicto habet* **S** | Crescitq; **MPR**: Quae crescit **B** | in acumine radit **B** (*hic in mg. m. rec. eundem quem* **H** *post* 73 *u. habet*) | Plurimaq; in terram acumina radix detrudit **V** (detr. ac. radix ꝭ) ‖ 78 demissa **HV**; *num* diffusa *?* ‖ 79 hec **M** | illo est **H** ‖ 80 profectus **MPR** | nonisque *Pithoeus*: notisque **O** (noctisq; **S**) ‖ 81 umero **P**: humero **SMRH** olerum **V**; *rasura in* **B**, *qui m. rec.* holorum (humore *libri cum* **B** *cognati*) | fasses **H** *m. 1* | ad **mo** ‖ 82 ceruice *erasum in* **B** (*restituit m. rec.*) | grauis *m. rec. in ras.* **B** ‖ 83 unquam **HV** | comitatus] uacua **MPR** | mercede *eidem* | ĩerce marcelli **H** *m. 1*

Caepa rubens sectique famem domat area porri
Quaeque trahunt acri uultus nasturtia morsu
Intibaque et Venerem reuocans eruca morantem.
Tunc quoque tale aliquid meditans intrauerat hortum.
Ac primum, leuiter digitis tellure refossa,
Quattuor educit cum spissis allia fibris;
Inde comas apii graciles rutamque rigentem
Vellit et exiguo coriandra trementia filo.
Haec ubi collegit, laetum consedit ad ignem
Et clara famulam poscit mortaria uoce.
Singula tum capitum nodoso cortice nudat
Et summis spoliat coriis contemptaque passim
Spargit humi atque abicit. seruatum in germine bulbum
Tinguit aqua lapidisque cauum dimittit in orbem.
His salis inspergit micas, sale durus adeso
Caseus adicitur, dictas super ingerit herbas,
Et laeua uestem saetosa sub inguina fulcit:
Dextera pistillo primum fragrantia mollit
Allia, tum pariter mixto terit omnia suco.
It manus in gyrum: paulatim singula uires

---

84 Caepa **BSP**: Cepa *reliqui* | famam **P** | dorat **H** *m. 1* | aera **o** | pori **V** || 85 uultum **V** | nasturcia **BSRHV** || 86 Intubaq; **V** | euruca **V** erunca **S** || 87 Tum ς | ortum **HV** || 88 Hac **BS** | tellura refusa **P** || 89 Quatuor **SMRHV** | spissit **P** spicis **BS** | alea **P** alia **S** || 90 gracilis **V** | uirentem **HV** || 91 Vellet **B** (*corr. m. rec.*) | filio **B** || 92 laetus ς lentum *Heinsius* || 93 clara in**H** | possit**P** || 94 Sigula (n *m. ead. suprascr.*) **B** | tunc **HV** | nodos **H** *m. 1* | cortice **V**: corpore **B** (*sic*) **SM** (pectore **n**) **PR** uertice **H** || 95 spoliat *om.* **o** | coreis **B** | completaq; **V** coniectaq; **MR** || 96 adtq; **V**; *ceterum malim* humique | abicit *edd. ant.*: adicit **O** (*etiam* **M**; adiicit **H** abdicat **V**) | in **V**: *om.* **O** | germine *Schraderus*: gramine **O** | bullum **Rn** boluũ (*sic*) **mo** || 97 Tingit **HV** | aquae **RHV** (*sic*) | labidisq; **R** | demictit **V** demittit ς || 98 Hic **V**, **H** *m. 2* (*m. 1* Hec) | inspergit **P** aspergit **HV** | obeso **V** adusto ς || 99 adiicitur **BH** aduehit **V** | ingerit **HV**: inserit **B** (*sic*) **SMPR** || 100 setosa **O** (sethosa **H**) | subi **P** | inguine **B** || 101 fragr. **HV**: flagr. **BSMPR** || 102 Alia **PS** | tunc **H** | succo **HV** || 103 Et **R** | girum **V**

Deperdunt proprias; color est e pluribus unus,
Nec totus uiridis, quia lactea frusta repugnant,
Nec de lacte nitens, quia tot uariatur ab herbis.
Saepe uiri nares acer iaculatur apertas
Spiritus et simo damnat sua prandia uultu;
Saepe manu summa lacrimantia lumina tergit
Inmeritoque furens dicit conuicia fumo.
Procedebat opus: non iam salebrosus, ut ante,
Sed grauior lentos ibat pistillus in orbes.
Ergo Palladii guttas instillat oliui
Exiguique super uires infundit aceti
Atque iterum commiscet opus mixtumque retractat.
Tum demum digitis mortaria tota duobus
Circuit inque globum distantia contrahit unum,
Constet ut effecti species nomenque moreti.
Eruit interea Scybale quoque sedula panem,
Quem laetus recipit manibus, pulsoque timore
Iam famis inque diem securus Simylus illam
Ambit crura ocreis paribus tectusque galero
Sub iuga parentes cogit lorata iuuencos
Atque agit in segetes et terrae condit aratrum.

---

104 ex **HV** | puribus **o** ‖ 105 quia *om.* **o** | lactea] singula **MR** | frustra **BMPV** fusta **H** *m. 1* ‖ 106 deę **H** | uariantur *edd. ant.* | ad herbis **H** *m. 1* in erbas **V** ‖ 107 uiri *ex* uires *corr.* **S** ‖ 108 dampnat **SPRHV** | pandia **P** ‖ 109 terget **BSP** ‖ 110 Imm. **B** (*non* **H**) | feruens **H** *m. 1* | conuitia **SRV** ‖ 111 non] nec **M** (*om.* **o**) **PRH** | tam **H** ‖ 112 grauio **P** grauiter **HV** grauius ς | lentos **MR**: lentus **BSPH** lentusq; **V** | pistillos **R**, *corr. m. 1* | orbē **RV** ‖ 113 guctas **V** distillat guttas **H** ‖ 114 acethi **S** ‖ 115 comiscet **PH** | recuruat **H** ‖ 116 Tunc **HV** | digitis demum **V** ‖ 117 Circumit **BS** Circum mit **P** | tinque **P** | conthahit **B** contrait **S** ‖ 118 Constat **H** ‖ 119 scibale **S** cybale **B** cibale **HV** (cibala **H** *m. 1*) ‖ 120 l(a)etus recipit **SMP**: retus recipit **B** (*sic*) recipit letus **R** letis recipit (*sic*) **V** recipit lotis **H** ‖ 121 Infamis **BS** | simulus **HVn**: similus **Rmo** symilus **BSP** | illum **n** *m. 1* ullam **H** *m. 1* ‖ 122 Abit **P** | obreis **V** | que *om.* **V** ‖ 124 ait **B** (*corr. m. rec.*) **o** | hys egentes **H** *m. 1* in segetem **n** | immittit **H** | aratum **P** ‖ Septem Ioca Iuuenalia Virgilii Finiunt **B** Finit Moretum Virg̃ Maroñ. **S** (*similiter* **P**) O fenix **H** Finis **V**

INDEX IMITATIONVM IN CIRI.

[Post Iohannem Schraderum, qui primus Emendat. p. 33 sqq. multos uersus Catullianos et Vergilianos a Ciris auctore assumptos collegit, alias imitationes cum Silligius et L. Schwabius, tum nos in dissertatione saepius laudata multas adiecimus.]

Ciris **1—11**: Catull. 65, 1 sqq. '*etsi me* assiduo defectum cura dolore Deuocat a doctis, Ortale, uirginibus, Nec potis est dulcis musarum *expromere* fetus *Mens* animi (tantis . . . . .), *Sed tamen* in tantis maeroribus, Ortale, mitto' eqs.

3: Cat. 64, 87 'quam *suauis expirans* castus odores lectulus'.

4: Verg. Aen. 1, 693 'ubi mollis amaracus illum Floribus et dulci aspirans *complectitur umbra*'.

7: Cat. 66, 1 'omnia qui *magni dispexit* lumina mundi'; Lucret. 5, 1204 'nam cum *suspicimus magni* caelestia *mundi* templa'; Verg. Aen. 9, 93 'torquet qui *sidera mundi*'.

9: Lucr. 1, 418 '*coeptum* per*texere* dictis'.

11: Cat. 76, 13 'difficilest longum subito *deponere amorem*'.

12—18: Verg. Aen. 8, 560—68: 'o mihi praeteritos referat *si* Iuppiter annos, ... *non ego* nunc' eqs.

14—17: cf. Lucr. 2, 7 sqq. 'sed nil dulcius est bene quam munita tenere Edita doctrina sapientum templa serena, Despicere unde queas alios passimque uidere Errare atque uiam palantis quaerere uitae'.

16: Aen. 6, 378 '*longe lateque per* urbes'.

19: Aen. 4, 330 '*non equidem*'.

29: Aen. 1, 456 'uidet Iliacas ex *ordine pugnas*'.

41: Cat. 68, 46 'haec carta *loquatur* anus'; Verg. ecl. 6, 12 '*pagina nomen*'.

44—46: Cat. 101, 7 sqq. 'nunc *tamen interea haec*, prisco *quae* . . . ., *Accipe* fraterno *multum* manantia fletu'; Cinnae fragm. 3 M. 'haec tibi Arateis *multum uigilata* lucernis carmina'.

48: Aen. 3, 307 '*magnis exterrita* monstris'.

49: Georg. 1, 404 '*sublimis in aere* Nisus'.

50: Georg. I, 406 'secat *aethera pinnis*' (Aen. 11, 272).
51: Ecl. 6, 81 'et quibus alte Infelix *sua tecta super uolitauerit alis*'.
52: Georg. I, 405 'et *pro purpureo poenam* dat Scylla *capillo*'.
55: Epigr. (catal.) 5 (7), 12 'dulces camenae (*nam fatebimur uerum*: dulces fuistis)'; Cat. 62, 16 '*amat* uictoria curam'; Verg. ecl. 3, 59 '*amant* alterna camenae'.
59—61: Ecl. 6, 74 sqq. 'quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secutast, *Candida succinctam latrantibus inguina monstris Dulichias uexasse rates et gurgite in alto* A! timidos *nautas canibus lacerasse marinis*'.
71: Ecl. 6, 47 et Caluus fragm. 9 M. 'a *uirgo infelix*'.
72: Cat. 64, 21 '*pater ipse*' de Neptuno. — Cat. 64, 168 '*uacua* mortalis in alga' et 64, 57 'sola miseram se cernat *arena*'.
81: Cat. 64, 100 '*expalluit*'.
96: Ecl. 3, 63 'lauri et *suaue rubens* hyacinthus'.
97: Ecl. 2, 49 sqq. conferendi.
99: Aen. 2, 385 '*adspirat* primo Fortuna *labori*'.
110: Aen. 7, 55 '*ante alios* pulcherrimus omnis Turnus'.
115: Aen. 9, 666 '*sternitur* omne solum telis'.
116: Cat. 64, 68 '*sed neque tum* mitrae *neque tum* fluitantis amictus'.
118: Aen. 2, 440 '*Martem indomitum*'; ad 'reice' cf. Ecl. 3, 96.
119: Aen. 9, 134 '*responsa deorum*'.
120 sq.: Aen. 7, 64 sqq. 'huius apes *summum* densae (*mirabile dictu*) . . . Obsedere apicem et pedibus per mutua nexis Examen subitum *ramo* frondente pependit'; Aen. 7, 135 'frondenti *tempora ramo*'.
122: Aen. 10, 187 'olorinae *surgunt* de *uertice* pinnae'.
124: Aen. 2, 88 'dum stabat *regno incolumis*'.
126: Aen. 1, 646 '*omnis* in Ascanio *caro* ['cari' uulgo] stat *cura* parentis'.
127: Aen. 4, 139 '*aurea* purpuream *subnectit fibula* uestem'; Aen. 5, 513 '*tereti* subnectit *fibula* gemma'.
131: Cat. 68, 89 '*sepulcrum* Asiae Europaeque'.
135: Ecl. 5, 27 '*Poenos* etiam ingemuisse *leones*'. Georg. 1, 463 'solem quis dicere falsum audeat? *ille etiam* caecos instare tumultus saepe monet . . . ., *ille etiam* extinctos' eqs.
138: Aen. 12, 590 'magnisque *acuunt* stridoribus *iras*'; Aen. 3, 366 '*tristis* denuntiat *iras*'.
142: Lucret. 1, 72 sq. '*et extra processit longe* flammantia moenia mundi'.
146: Verg. Georg. 2, 539 '*necdum etiam* audierant inflari classica, *necdum*' eqs.

148: Georg. 3, 21 'ipse *caput* tonsae *foliis ornatus oliuae*'; ecl. 5, 16 '*pallenti* cedit *oliuae*'.
151: Aen. 5, 250 'chlamydem *auratam*'.
160: Aen. 5, 501 '*depromunt tela pharetris*'.
161: Aen. 11, 841 '*heu nimium*, uirgo, *nimium* crudele luisti supplicium'.
163: Catull. 64, 12 '*quae simul ac* rostro'.
164: Aen. 4, 101 'traxitque per *ossa furorem*'; ibid. 501 'nec tantos mente *furores concipit*' (cf. et Catull. 64, 92).
167: Aen. 4, 300 '*totam*que incensa per *urbem bacchatur*, qualis commotis excita sacris Thyias'; cf. et ibid. 68 et 7, 376.
168: Cat. 64, 63 sqq. '*Non* flauo *retinens* subtilem uertice mitram, *Non* contecta leui uelatum [?] pectus amictu, *Non* tereti strophio lactentis uincta papillas'.
169: Lucret. 4, 1125 'et pulcra in *pedibus Sicyonia* rident'.
170: Aen. 1, 654 '*collo*que *monile bacatum*'.
175: Aen. 2, 467 'conuellimus *altis sedibus*'.
177: Catull. 64, 39 sqq. '*Non* humilis curuis purgatur uinea rostris, *Non* falx attenuat . . . ., *Non* glebam prono conuellit uomere taurus'.
179: Aen. 7, 14 '*arguto* tenuis percurrens *pectine telas*' (cf. et Georg. 1, 294).
180: Aen. 4, 91 'nec famam *obstare* furori'.
183: Aen. 12, 677 '*quo* deus et quo dura *uocat* Fortuna, sequamur'.
185: Ecl. 2, 20 *a*, *demens*.
194: Georg. 1, 405 'et pro purpureo *poenas dat* Scylla capillo'.
195 sqq.: Catull. 64, 22 sqq. 'O nimis optato saeclorum tempore nati Heroes *saluete,* deum genus, o bona marte Progenies, *saluete* iterum . . . *Teque adeo* eximie' eqs.
196: Georg. 4, 364 '*lucosque sonantis*' (cf. et ecl. 10, 58).
206: Aen. 2, 567 '*iamque adeo* super unus eram, *cum* limina' eqs.; Catull. 64, 122 '*deuinctam lumina somno*'.
207: Aen. 9, 159 '*uigilum excubiis* obsidere portas'.
208: Ecl. 2, 5 'montibus et siluis *studio iactabat inani*'.
210: Aen. 1, 152 'silent *arrectisque auribus* adstant' (cf. et Aen. 2, 303).
211: Aen. 3, 514 'atque auribus *aera captat*'.
213: Aen. 11, 135 '*ferro* sonat alta *bipenni* fraxinus'.
214: Aen. 6, 290 '*subita* trepidus *formidine*'.
215: Catull. 66, 55 'per aetherias . . . *umbras*'.
219: Catull. 64, 103 'non ingrata tamen frustra *munuscula diuis promittens* tacito succepit uota labello'.
220: Aen. 4, 90 '*quam simul* ac tali per*sensit* peste teneri Cara Iouis coniunx'.

222: Aen. 1, 449 'foribus *cardo stridebat* aenis'.
228: Aen. 10, 631 '*quod ut o potius* formidine falsa ludar'.
229: Aen. 3, 354 'libabant *pocula Bacchi*'.
230: Georg. 2, 143 'sed *grauidae* fruges et *Bacchi* Massicus humor'.
233: Caluus fragm. 13 L. M. 'sol quoque perpetuos meminit *requiescere cursus*' (cf. Verg. ecl. 8, 4).
241: Catull. 64, 372 'quare agite optatos *animi* coniungite *amores*'.
242: Catull. 68, 17 'multa satis lusi: *non est dea nescia nostri*, quae' eqs.
243: Georg. 1, 394 'et certis *poteris cognoscere signis*'.
247: Aen. 9, 595 '*digna atque indigna* relatu'.
248: Catull. 61, 205 'multa milia ludi' (cf. ibid. 67, 78; Lucret. 4, 412; Prop. 1, 5, 10).
252: Catull. 64, 317 '*quae prius in* leui fuerant extantia filo'.
254: ad *tabis* cf. Charisii de Cinna testimonium [p. 73 et 118].
257: Aen. 10, 878 '*ille autem*: *quid me* erepto, saeuissime, nato terres?'
261: Aen. 2, 145 'miserescimus *ultro*'.
263: Aen. 6, 405 (9, 294; 10, 824) '*pietatis imago*'.
266: Aen. 6, 722 '*dicam equidem*'.
267: Ecl. 8, 60: 'praeceps aerii specula de montis in undas Deferar: *extremum hoc munus morientis habeto*'.
268: Aen. 6, 760: '*ille*, *uides*, pura iuuenis *qui* nititur hasta'; ibid. 11, 304 'cum muros *adsidet hostis*'.
278: cf. Catull. 61, 135 et 63, 61 'miser a miser'.
279: Aen. 9, 211 'rapiat *casusue deusue*'; ibid. 12, 321 'quis tantam Rutulis cladem, *casusne deusne*, *attulerit*'.
280: Aen. 6, 406 'at ramum *hunc* (*aperit* ramum *qui ueste latebat*) agnoscas'.
284: Aen. 10, 844 '*canitiem multo* deformat *puluere*'; ibid. 12, 611 'canitiem inmundo perfusam *puluere turpans*' (cf. et Catull. 64, 224).
288: Aen. 4, 321 '*te propter eundem*'.
291: Aen. 6, 437 'et *duros* perferre *labores*'.
295: Aen. 9, 481 'tune ille *senectae* sera *meae* requies, *potuisti* linquere solam, crudelis?' ibid. 12, 57 '*spes* tu nunc *una senectae*, tu requies' eqs.
299: Ecl. 10, 59 'libet *Partho* torquere Cydonia *cornu spicula*' (Aen. 11, 773).
301: Aen. 6, 14 '*fugiens Minoia* regna'.
302: Ecl. 8, 59 '*praeceps aerii specula de montis* in undas deferar'.
305: cf. incerti poetae uersus apud Charisium p. 287, 4 K. seruati et Miscellanea nostra Critica p. 20.

307: Aen. 11, 526 'in speculis *summoque in uertice montis*'; Catull. 65, 10 '*numquam ego te,* uita frater amabilior, *aspiciam* posthac'.
308: Aen. 8, 462 'gressumque canes *comitantur* erilem'.
309: Aen. 6, 722 '*nec te* suspensum, nate, *tenebo*'.
315: Aen. 12, 801 'curae *saepe tuo dulci* tristes ex ore'.
318: Aen. 4, 368 'nam quid dissimulo *aut quae me* ad maiora *reseruo*'; Aen. 8, 575 'si *fata reseruant*'.
323: Catull. 64, 397 'tellus *scelere* est imbuta *nefando*'.
328: Cat. 76, 24 'aut *quod non potis est*'.
330: Aen. 12, 39 'cur non *incolumi potius* certamina tollo'.
341: Aen. 1, 352 et *aegram* multa malus simulans uana *spe lusit* amantem'.
343: Aen. 4, 5 'nec *placidam membris* dat cura quietem'.
348: Catull. 64, 131 '*frigidulos* udo singultus ore'.
349: Aen. 5, 64 'si nona *diem mortalibus almum* Aurora extulerit'.
350: Catull. 62, 7 'nimirum *Oetaeos* ostendit Noctifer *ignes*' (cf. ibid. 20); Licinius Caluus fragm. 5 L. M. 'Hesperium *Oeta* [ita scripsi: 'ante' uulgo] iubar *quatiens*'.
351: de Lucifero eodemque Vespero cf. Callimach. Hecal. fr. 52; Catull. 62, 35; Cinna fr. 8 LM.
359: Aen. 10, 146 'duri *certamina belli*'.
360: Catull. 64, 379 'anxia nec mater discordis *maesta* puellae Secubitu caros *mittet* sperare *nepotes*'.
363: Lucret. 6, 52 '*formidine diuum*'.
366: Catull. 64, 369 'quae uelut ancipiti succumbens *uictima ferro*'.
367: Aen. 10, 67 '*fatis auctoribus*'.
370: Ecl. 2, 11 'alia serpullumque *herbas contundit olentis*'; ibid. 49 '*narcissum* et florem iungit bene *olentis* anethi; tum *casia* atque aliis intexens suauibus *herbis*' eqs.
371: Ecl. 8, 73: '*Terna* tibi haec primum *triplici diuersa colore* Licia circumdo *ter*que haec altaria circum Effigiem duco: *numero deus impare gaudet*'.
378: Georg. 4, 443 '*uerum ubi nulla* fugam reperit *fallacia*'; Aen. 3, 670 '*uerum ubi nulla* datur dextra adfectare potestas *Nec potis* Ionios' eqs.
381: Aen. 9, 199 '*socium* summis *adiungere* rebus'.
387 sqq.: Cat. 64, 19—21 '*Tum* Thetidis Peleus — *Tum* Thetis humanos — *Tum* Thetidi pater ipse'.
391: Cat. 64, 15 'aequoreae monstrum Nereides *admirantes*'; Verg. ecl. 10, 13—15 '*illum etiam* lauri, etiam fleuere myricae, pinifer *illum etiam* sola sub rupe iacentem Maenalus et gelidi fleuerunt saxa Lycaei'.

394 sq.: Georg. 4, 388 'Caeruleus Proteus, *magnum qui piscibus aequor Et* iuncto *bipedum curru metitur equorum*'.
398: Ecl. 4, 49 '*Cara* deum *suboles, magnum Iouis incrementum*'.
399: Catull. 64, 394 'Excipiet *niueos* percussae *uirginis artus*'.
402 sq.: Aen. 2, 405 '*Ad caelum tendens ardentia lumina* frustra, *Lumina, nam teneras arcebant uincula palmas*'.
405 sq.: Ecl. 8, 19 '*Dum queror et diuos, quamquam nil testibus illis Profeci, extrema moriens tamen adloquor hora*'.
414 sq.: Cat. 64, 373 '*accipiat coniunx* felici *foedere* diuam'.
420: Georg. 4, 492 '*inmitis* rupta *tyranni*'.
430: Ecl. 8, 41 '*ut uidi, ut perii, ut me malus abstulit error*'.
435: Aen. 1, 71 'praestanti *corpore nymphae*'.
437: Ecl. 10, 69 '*omnia uincit amor*: et nos cedamus amori: ecl. 2, 68 *amor*: *quis enim* modus adsit amori'.
442: Cat. 64, 153 'neque *iniecta tumulabor* mortua tellus'.
444: Cat. 64, 160 'at tamen in uestras potuisti ducere sedes, quae tibi iocundo *famularer* serua labore'.
446: Georg. 4, 348 'captae dum *fusis* mollia *pensa deuoluunt*'.
448: Cat. 64, 189 'nec prius a *fesso* secedent *corpore* sensus'.
451: Aen. 3, 427 'postremo *inmani corpore pistrix*'.
470: Aen. 3, 554 'tum *procul e fluctu* Trinacria cernitur Aetna'.
473 sq.: Aen. 3, 73 'sacra mari colitur medio *gratissima* tellus *Nereidum matri et Neptuno Aegaeo*'.
475: Aen. 5, 124 '*spumantia* contra *litora*' (cf. et Cat. 64, 121).
476 sqq.: Aen. 3, 124: '*linquimus* Ortygiae portus pelagoque uolamus Bacchatamque iugis Naxum *uiridemque Donusam* Olearum niueamque *Parum* sparsasque per aequor Cycladas et crebris legimus freta consita terris'.
499: Georg. II 74 'nam *qua se medio* tradunt de cortice gemmae'.
511: Cat. 64, 63 'non *flauo retinens* subtilem *uertice* mitram'; ib. 309 'at roseae niueo residebant *uertice uittae*'.
512: Cat. 68, 144 '*fragrantem Assyrio* uenit odore domum'; Verg. Aen. 11, 567 '*non* illum tectis *ullae*, non moenibus urbes *accepere*'.
514: Cat. 64, 18 '*e gurgite cano*'.
516: Georg. 4, 431 'exultans *rorem late dispersit* amarum'.
518: Aen. 11, 569 '*solis exegit* montibus *aeuum*'; ecl. 10, 14 '*sola* sub *rupe*'.
521: Cat. 66, 1 '*omnia qui . . . stellarum* ortus comperit' eqs.
524: Cat. 76, 26 '*pro pietate* mea'; Aen. 3, 20 '*nitentem* caelicolum regi mactabam in litore *taurum*'.
526: Aen. 10, 619 'et tua *larga saepe* manu multisque ornauit limina donis'.
532: Aen. 1, 361 '*odium crudele* tyranni'.
533: Cat. 66, 7 'caelesti in *lumine*' (cf. ib. 59).
538—541: toti desumpti ex Georg. 1, 406—409.

3 vols
c/m/2
85/35

PA 6104 .P65 1879 1-2 IMSC
Poetae latini minores
47126905

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5, CANADA